milia. Eſt qđdā īpfcm̄ ex circūſtātia: ſicut
dimittere veſtē illā violēter accipiēti ꝓpt̄
fugā maioris īiurie. Eſt ⁊ qđdā īpfectū ſꝫ ſe
qđ nullo mō pōt ſtare cū euāgelica pfecti/
one: ſicut fugere pauptatē. ¶ Bonū g ſm ſe
nullo mō pōt eē malū ⁊ ecōuerſo: neq̄ pfe/
ctū ſꝫ ſe pōt eē īpfectū ⁊ ecōuerſo. Sꝫ bene
bonū ex gn̄e pōt eē malū ex circūſtātia: ſic
ſi aliq̄s iret ad eccl̄iā vl̄ faceret elemoſynā
vt placeret hoībꝰ ⁊ nō deo. Et malū ex gn̄e
pōt eē bonū ex circūſtātia: ſicut ſi iudex ma
leficos iuxta legū ſāctiones occideret. Ita
etiā pfectū ex gn̄e pōt eē īpfectū ex circū/
ſtātia: ſicut ītrare religionē cā alicuiꝰ cōmo
di tpalis cōſequēdi. Impfcm̄ adhuc ex gn̄e
pōt pfcm̄ fieri ex circūſtātia: ſicut facere ali
qđ opꝰ ad debitū finē caritatis ordinatum:
ex radice intime caritatis ꝓcedēs ſicut de/
cliare mortē nō ꝓpt̄ timorē ſꝫ ꝓpt̄ maiꝰ bo/
nū ⁊ magis neceſſariū quēadmodū Paulꝰ
fecit qn̄ euitauit etiā fugiēs furorē iudeoꝝ:

τ a fribus p murū submissus fuit in sporta. H modo xps bndictus oīa pfectissime fecit: τ oēs actus illius i quib⁹ apparet aliq̄ iper fectio perfectissimi erāt ex circūstātia cari tatis sue. Quo fit vt maioris pfectiōis fue rit in ipso cib⁹ τ pot⁹ q̄ i Joāne baptista illo rū abstinentia: maioris pfectiōis i eo cōuer satio cū hoib⁹ q̄ solitudo Joānis i heremo: qm̄ hec τ similia proueniebant ex fonte sue ardentissime caritatis. nā sicut humanaꝫ as sumendo naturā i nr̄is quidē factus ē humi lis ꝫ in ꝓprijs remāsit excelsus: sic ex sūme caritatis dignatione ad act⁹ quosdā nostre imbecillitati τ iperfectioni cōformes depri mit: τ a sūme pfectionis rectitudine nō cur uat: τ ideo talia opera in ipso pfecta fuerūt. necꝫ acceptanda ē snīa falsa illoꝝ q dicunt ꝙ perfectio τ iperfectio differunt sicut duo cōtraria: vt rectitudo τ distorsio. iusticia τ pctm̄. gloria τ ignominia. vita τ mors. ꝫ hn̄ verū ē ꝙ magis differt sic magis bonū τ mi n⁹ bonū. magis meritoriū: τ min⁹ meritoriū: ideo nullo mō valet ↄseq̄ntia. ꝟginitas ē ↄ mēdabilis: ergo matrimoniū vituperabile Uirginitas est bona: ergo mr̄imoniū ē ma lūꝫ. q2 hec duo nō differūt sicut bonū τ ma lū: sed sicut bonū τ meli⁹. ideo Aug⁹ in li⁹. de bono cōiugali ait. Bonū erat qđ Mar tha faciebat occupata circa ministeriū san ctoꝝ: ꝫ melius qđ Maria ei⁹ soror. Bonū Susāne i cōiugali castitate laudamus: ꝫ tn̄ ei bonū vidue Anne ac multo magis Ma rie virginis anteponim⁹. Bonū erat qđ fa ciebāt q de substātia sua xp̄o τ ei⁹ discipulis ministrabant: ꝫ meli⁹ qđ faciebāt q oēꝫ sub stantiā dimiserūt vt xp̄m expeditius seque rentur. hec ille. ¶ Tertij act⁹ in xp̄o respi ciunt iformationē vite pfecte: sicut virgini tatē τ paupptatē extremā seruare: τ similia. Jn his operib⁹ nō tenemur xp̄m sequi: nisi vel inq̄tū volumus: sicut si votonos astrin gerem⁹ ad obseruantiā diuinoꝝ cōsilioruꝫ vel i casu quo extrema necessitas expostu laret: velut si aliquis mortē pateref vt non negaret xp̄m. idcirco mali iudices sunt q ex operib⁹ perfectionis i xp̄o aut sanctis eius cōsideratis: eos lacerant i quib⁹ talia opa non relucent. Si. n. vident sacerdoteꝫ aut

clericū vestes sibi cōuenientes ferentē ꝑ tinus susurrantes illum redarguūt τ dicūt. nō sic fecit xp̄s. Si vident prelatuꝫ ſm̄ sui gradus dignitatē honorata familia associa tū ꝑtinus asserūt. nō fecit sic xp̄s nec Pe trus. Si vident religiosū apposita sibi ciba ria licꝫ qn̄qꝫ delicata: nec cōtra sue regule aut statutorū suoꝝ prohibitionē comedētē seu vestimenta sibi cōcessa habētē: aut eq tātē interueniente legitima causa stati cla mant. Non sic fecit Dn̄icus. nō Benedict⁹ nō⁹ deniqꝫ ipse Franciscus. Reputāt ex his malos τ dānandos p̄latos clericos religio sos: tēporales dn̄os: ciues nobiles τ artifi ces oēs q non faciunt q̄ xp̄s fecit τ sci. O rudes intellectus. o arida ingenia. o teme rariū damnabilecꝫ iudiciū qđ diui Hiero nymi verbis cōfunditur Jnq̄t. n. ipse ad De metri. ꝟ. scribēs. Prohibētur mala: preci piunt bona: cōcedūt media: suadenf pfecta: Jn duob⁹ primis oē pctm̄ cōcludif. reliqua ꝟo i nostra posita sunt ptāte: vt aut vtamur cōcessis ac licitis. aut ob mai⁹ p̄miū ea que nobis ꝓmissa sunt respuam⁹. hec ille. Dicē dū igitur ꝙ tenemur sequi xp̄m i generali nō i particulari. i. vt benefaciam⁹ seruātes mādata dei qđ ipse docuit qn̄ adolescētulo eū iterroganti τ dicēti. magister bone quid hōi faciā vt habe vāitā eternaꝫ? Rn̄dit. Si vis ad vitā igredi serua mādata. ideo i quo libet statu volētes seruare dei mādata po terunt obtinere vitā eternaꝫ. Hoc dico de regibus. hoc de principib⁹. hoc de militib⁹ h de mercatorib⁹. hoc de religiosis. hoc de secularib⁹. h de ꝟginib⁹. hoc de cōiugatis. hoc de omnib⁹ deniqꝫ mundi hominibus.

¶ Q semp hō debet benefacere etiā si sit extra caritatē: τ de vtilitatibus bonorum que fiunt in peccato mortali. ¶ Capl̄m. 3.

T Ertiuꝫ ↄsiderandū circa regulam necessariaꝫ τ q̄litatē bonoꝝ opum dicif caritatiua iformatio. Solent enim quidam trepidare τ in seipsis non cō fidentes. quia faciles se cognoscunt ad ruen dum i peccata: ne benefaciēdo laborē τ tē pus amittant. Pro qb⁹ in hac vltima par te disputandū est. Utrū bona facta in mor tali peccato sint alicuius valoris. Et argui

posset ꝙ nõ. p̊ ex ṽbo Greg.in omel'. Nec
habet aliqd viriditatis ramus boni opis si
nõ manserit ĩ radice caritatis. ¶ 2°q: Apl's
ait. 2.Cor.13.Si linguis hominum loquar
⁊ angeloꝝ caritatẽ autẽ nõ habeã: factus
sũ velut es sonans aut cĩbalũ tinniens. Et
si habuero prophetiã ⁊ nouerĩ mysteria oĩa
⁊ oẽm sciam: ⁊ si habuero oẽm fidem ita vt
montes transferã: caritatẽ aũt nõ habuero
nihil sũ. ⁊ si distribuero ĩ cibos paupeꝝ oẽs
facultates meas: ⁊ si tradidero corp⁹ meuꝫ
ita vt ardeã: caritatẽ aũt nõ habuero nihil
mihi ꝓdest. Et ad idẽ ẽ textus.i.q.i.c.vide.
⁊ in.c.teneamus. ⁊ ẽ tritum vsitatũqꝫ di/
ctũ. Opera ĩ peccato mortali facta ad nihil
eẽ ꝑficua. ¶ Sꝫ ĩ oppositum ẽ auctoritas
Aug.in li.de li.arb.d. Nullũ malũ ĩpunitũ
nullũ bonũ irremuneratũ. Pro hui⁹ dubij
declaratione tria sũt vidẽda. Primũ q̃diu
dicit̃ qs extra caritatẽ eẽ ĩ statu pctĩ. Secũ
dũ qd ẽ bonũ ĩ caritate fctm̃ eẽ meritoriũ vi
te eterne. Tertiũ an illi q sunt in statu pctĩ
adhortãdi sint vt bñfaciãt. ¶ Primũ vidẽdũ
q̃diu dicat̃ qs eẽ ĩ statu pctĩ ⁊ ex̃ caritateꝫ.
Et ĩ hoc nõ pauci solẽt grauit̃ errare tenẽ
tes ꝙ p⁹ pctm̃ mortale cõmissuꝫ vsqꝫ ad cõ/
fessionẽ sequẽtẽ semꝑ hõ pctõr sit ex̃ carita
tẽ. Sꝫ ego dico ꝙ p⁹ pctm̃ mortale vsqꝫ ad
cõtritionẽ sequẽtẽ hõ ẽ in statu pctĩ: ita ꝙ
si vn⁹ nũc peccet ⁊ hĩc ad vnã horã: vel ad
vnã diẽ vel ad vnũ ãnũ: vel ad plures non
ɔterat̃: q̃ diu ñ ɔterit̃ semꝑ ẽ ex̃ grãm ⁊ ca/
ritatẽ: ⁊ bona ꝑ eũ facta ĩ pctõ fieri dicunt̃
Si qs vero p⁹ mortale cõmissum statĩ aut
paululũ p⁹ eẽt cõtrit⁹ ⁊ a cõtritiõe vsque ad
ɔfessionẽ sequẽtem vel vsqꝫ ad aliqꝺ aliud
pctm̃ mortale ꝑ eũ nouit̃ ꝑpetratũ bona ali
qua faceret illa eẽnt facta ĩ caritate. Qua/
liter aũt ꝑ cõtritionẽ aĩa iustificet̃: ⁊ quare
cõfessio vltra illã sit necessaria pleni⁹ dicet̃
ĩ sequẽtib⁹. ¶ Secũdũ vidẽdũ ẽ qd ẽ bonũ
ĩ caritate factũ eẽ meritoriũ eterne vite: ⁊
dico ꝙ cũ ĩ beatitudine scõꝝ dei grad⁹: q:
nõ oẽs equaliter illã ꝑcipiunt. quãto plura
qs in caritate opat̃ bona tãto plures illius
btĩtudinis gradus meretur: vtputa si aliqs
opat̃ decẽ in bona caritate: possibile ẽ ipsũ
ĩ btĩtudine sublimari ad equalitateꝫ ange/
loꝝ. Si idẽ suꝑadderet alia decẽ bona pos
set equari gl'ie archãgeloꝝ: ⁊ quãtomagis ĩ
bono ꝑficẽt: ⁊ bonis bona addẽt: tãto alti⁹
conscẽderet ad altiorẽ btĩtudinis statũ. De
illo ergo q ĩ pctõ mortali opat̃ bonũ dico ꝙ
nihil meretur de cõdigno q̃tũ ad meritum
vite eterne. vnde posito ꝙ aliqs ĩ statu pctĩ
opat⁹ eẽt tot bona quot oẽs scĩ simul. si ad
pñiam rediẽs ꝓpter illa moriat̃ in statu sa/
lutis: nihilomin⁹ ex opib⁹ illis nullũ gradũ
btĩtudinis obtinebit. ⁊ licet in statu pctĩ fe/
cerit illa bona q̃ fecerũt illi q meruerũt eẽ
cũ angelis: aut illi q meruerũt eẽ cũ archã/
gelis: aut illi q meruerũt eẽ cũ virtutib⁹ do
minationib⁹ principatib⁹ ptãtibus thronis
cherubin ⁊ seraphin: tñ ꝓpter illa talis non
merebit̃ eẽ etiã in ĩfimo angeloꝝ loco ⁊ or/
dine. Et hoc modo bonuꝫ ĩ pctõ mortali fa/
ctũ dicit̃ nihil eẽ: nihilqꝫ ꝓdesse.s.q̊ ad me/
ritũ eterne vite. ¶ Tertiũ vidẽdũ an illi q
sunt ĩ statu pctĩ mortalis monẽdi sint ⁊ ad/
hortãdi vt bñ opent̃ ⁊ bñ faciãt. Et dico ꝙ
sic dũmõ opent̃ bona aĩo ⁊ ĩtẽtione honorã
di deũ: eiqꝫ ac ei⁹ ecclesie obediẽdi: q: talia
bona sẽper vtilia sũt sempqꝫ fructuosa: nec
patit̃ deus liberalissim⁹ inanẽ eẽ laborẽ q̊/
rũcũqꝫ opantiũ bñ: q̃ nimo vt pꝫ ĩ ſmone p̃/
cedẽti.c.2. Ipse ẽ q obstinatos ⁊ duros sua
grã gratis data monet vt velint ⁊ opẽtur
bonũ. A deo ẽ a deo o pctõres nequissimi.
Si qñ vobis firmantib⁹ mẽtẽ ĩ aliquo vr̃o
delicto: de quo emendari nõ vultis. veniat
ĩ corde vt faciatis aliqꝺ bonũ: vt ieiunetis
vt oretis: vt visitetis ecclesias: vt elemo/
synas pauperib⁹ erogetis: ⁊ similia. Audite
vocẽ dei ⁊ facite qꝺ ĩmittit ĩ aĩo vr̃o. nõ la/
borabitis etiã ĩ pctõ bñfaciẽdo absqꝫ mer/
cede. Et vt id clari⁹ videat̃ oĩb⁹ assignabo
nouẽ vtilitates q̃ ꝓueniũt ex bono facto ĩ
mortali pctõ: q̃ ponũt̃ ab Alex.ꝺ ales.i. 4.
volumine sũme. Prima dicit̃ delectatiõis.
2.ª satisfactionis. 3.ª diminutiõis. 4.ª augmẽ/
tationis. 5.ª liberationis. 6. dispositionis.
7.ª cõtinuationis. 8.ª alleuiatiõis. 9.ª gl'ifica
tionis. ¶ Prima vtilitas q̃ ꝓuenit ex bono
fcõ ĩ pcto mortali dr̃ delectatiõis. Ualet nã
qꝫ tale bonũ ad delectationẽ ⁊ iocũditateꝫ
mẽtis. Hinc Ar. ait ĩ.4.eth. Nullus ẽ q nõ

gaudeat bonis opatiõibꝰ Et i.ij.reth. Bñ/
facere ⁊ bñ pati delectabilissimũ ẽ ꝫm nã3.
Et.9° eth. Boni operatio studiosa dlecta/
bilis ẽ ꝫm seipsã. Et Tulliꝰ i li.de senectute
Cõsciã bñ acte vite multorũq3 bñfactoꝝ
recordatio iocũdissima ẽ. Secũda vtilitas
ꝓueniẽs ex bono qd fit i pctõ mortali dicit̃
satisfactio.ꝑ illud qdẽ satisfit p̃ceptis dei ⁊
ecclesie: ⁊ iobediẽtie pctm̃ vitat̃.nã si qs in
pctõ mortali existẽs tenet̃ officiũ diuñ di/
cere si illud omittit mortalit̃ peccat.si ṽo il/
lud ꝑsoluit satisfacit p̃cepto. Sic etiã si lai/
cus obligat̃ dieb9 festiuis audire missã lic3
i pctõ sit si illã ex cõtẽptu omittat aliud pec
catũ mortale icurrit.si ṽo audiat p̃ceptum
ipleuit: ⁊ sic de reliqs ẽ dicendũ. ¶ Tertia
vtilitas dr̃ diminutio. Ualet bonum i pctõ
mortali factũ ad diminutionẽ tp̃alis pene.
Merent̃ siqdẽ pctõres qñq3 nõ solũ puniri
eternaliter s3 tp̃aliter flagellari. S3 ꝓpter
bona que faciunt ds temporalis pene miti
gat seueritatem quod putamꝰ esse sodomi/
tas. vsurarios ⁊ sacrilegos.homicidas per/
iuros. blasphemos. ⁊ sceleratissimos hoĩes
q̊s nisi ꝟuarẽt bõa q̃ faciũt.extminaret de
terra potẽtissimꝰ ds: s3 eos suffert: eos tole/
rat: eisq3 q̃ mala i p̃nti vita mererent̃ suspẽ/
dit: iõ quãto magis qs volũtatẽ suã sẽtit ad
pniam minꝰ dispositã: tãto magis cõari de/
bet facẽ aliqd bonũ: vt sic saltẽ vitare pos/
sit t̃ribilia iudicia di. ¶ Quarta vtilitas dr̃
augm̃tatiõis. Adauget siqdẽ ds his q i pctõ
mortali aliq̃ sua p̃cepta ꝟuare cõtẽdũt tem
poralia bona qbꝰ dat salubrẽ aerẽ fertiles
agros. armẽta fecũda. vberes fructꝰ.letã
familiã. amicorũ copiã. sanitatis leticiã. ho/
noris excellẽtiã. ⁊ alia siͣlia. Propterea di/
cit ds pctõribꝰ oĩbꝰ illd Esa.i. Si volueritis
s.adhuc in pctõ exñtes bñfacẽ ⁊ audieritis
me bona t̃re comedetis. ¶ Quita vtilitas
dr̃ liberatiõis. Liberat ꝑfecto bonũ a pec/
catoribꝰ opatũ a ptãte diabolica.quãto eni
qs magis abũdat pctis: tãto maiorẽ aucto
ritatẽ sumit diabolus ꝯ eũ: ⁊ ꝫm multitudi
nẽ pctõꝝ: ita iusto di iudicio ꝑmittit̃ vexar̃
⁊ molestare malos aĩa3 ⁊ corpꝰ simul qñq3
ledẽdo: s3 cũ iter tot pctã iterserit̃ aliqd opꝰ
bonũ piissimꝰ ds restrĩgit audaciã eiꝰ: tãq3
magna ẽ opis boni vis etiã i pctõribꝰ vt nõ
solũ diabolo resistere: s3 illũ vicere valeat
⁊ expugnare. Est de h̃ exẽplũ Greg.i dial.
li.de iudeo illo nõ baptiçato q nocturno tp̃e
existẽs sub quodã antiquo tecto: ⁊ i heremo
sito idolis cõsecrato signo crucis tm̃ cõmu
nitꝰ: demones oẽs q ibidẽ ꝯuenerãt terruit
atq3 fugauit: cui demones ipsi ꝓpter signu3
crucis tm̃ nullã molestiã iferre potuerunt.
¶ Sexta vtilitas dr̃ dispositio. Ualet ad/
huc bonũ factũ a pccõribꝰ vt magis disposi
ti sint ad suscipiẽdã grã3 di vocãtis ⁊ eos il/
lustrãtis ad pniã3. vnde de eo q nõ ẽ paratꝰ
pctã dimittere Gregꝰ ait de pe.d.5.i.c.fal/
sas. Nec tñ despet ⁊ iteri qcqd poterit boni
facẽ hortamur vt faciat: vt oĩpotẽs ds cor
illiꝰ illustret ad pniã3. Hinc Alex i.4. vo/
lumine sũme ꝯsulit his q nõ sunt parati sua
pctã reliquẽ vt semel i ãno ꝫm eccl̃ie statu/
tũ sacerdoti se repñtẽt eiq3 dicãt: ora ꝓ me
ad deũ pat̃ qa tale pctm̃ hẽo qd dimittere
nõ ꝓpono. Ex h̃ igt ipse possibile cẽt vt qui
credebat ꝓpositũ malũ mutare non posse:
tãtã a deo asseq̃t grã3 vt mutet̃ i alterũ vi/
rũ ⁊ de nõ cõtrito fiat ꝯtritꝰ. Sic ⁊ Ric. in
4.dis.z. cũ querit. an valeant exñtibꝰ in
mortali indulgẽtie sacre ⁊ relaxatiõis quas
facit eccl̃ia. rñdit ꝙ q̃uis nõ possit fieri re
missio pene manẽte culpa ⁊ ex cõseq̃nti exi
stẽtes i mortali idulgẽtiã nõ ꝯsequant̃: tñ si
faciũt illd qd cõtinet̃ i forma idulgẽtie pru
dẽter faciũt: q2 bona facta in mortali pctõ
pctõrẽ d ꝯgruo disponũt ad pniã3 ⁊ illa me
diãte ad susceptionẽ grẽ ⁊ remissionis pec/
catoꝝ ꝑ diuinã mĩſicordiã.hec Ric. Et qd
ipse doctissime loqt̃. Marie egyptiace pec
catricis exẽplũ roborat ⁊ cõfirmat q̃ ex ale
xãdria vbi.17.ãnis libidini publice dseruie
rat discessit vt iret Hierosolymã cũ his qui
ibãt ad adorãdũ crucẽ xp̃i nõ eo ꝓposito: vt
a turpitudine sua dsisteret: s3 tm̃ vt modicũ
illd bonũ ipa cũ alijs oparet̃. In itinẽ naui
gãdo nautis suũ corpꝰ ꝓstituit.cũ tandẽ hie
rosolymã aduenisset terq3 tentans ingredi
tẽplũ ⁊ tanq3 meretrix repulsã passa a dño
tacta se ꝯuertit ad lachrymas: peccata dfle
re cepit q̃ iã cognoscebat illa abhorrebat: il
la detestabatur: illa ãpliꝰ nõ ꝑseq cõfirma/

bat clamabat ad dñm. Miſerere mei quia peccaui nimis. clamabat ad ꝩginē matrē. Succurre ⁊ tu mihi clemētiſſima genitrix dei. Ecce iā tertio ingredi volui eccleſiam vt adorarē crucē filij tui ī qua pepēdit pro me peccatrice ⁊ viriliter vt mereor eiecta ſuȝ. Succurre tu mihi o fons pietatis. o miſericordie ſpeculū. ⁊ audiuit vocē de celo dicētē ſibi. Si trāſieris iordanē ſalua eris. Qua voce cōfortata iterū ad eccleſiaȝ acceſſit ac eam libere intrauit abſqȝ cōtradictione: ⁊ cū lachrymis ⁊ cōpūctione cordis deoſculata cruce foras ꝓdijt: affuitqȝ illi pſona q̄dam venerabilis tot nūmos illi afferēs quot ad tres panes emēdos ſufficere potuere. Quibus ēptis trans Jordanē petijt ibi .17. ānis orōni cōtēplationi ⁊ deuotioni inſiſtēs: tres tantū illos panes cōſumpſit. Multiplicabant̄ ſiquidē ex miraculo dei ita ꝙ toto illo tp̄e illā cibarūt. Ibi etiā .17. alijs annis ſupuixit ſine cibo ⁊ potu gr̄a dei ⁊ cibo celeſti recreata. Ibi abbatē Zoſimā deſerta pcurrētēȝ ſpū ꝓphetico nouit. noīe ꝓprio eū vocauit: bn̄dictionē ab eo petijt ⁊ vitā ſuā illi reuelauit: poſtulauitqȝ vt ſcō dñice reſurrectionis die ad ripā Jordanis ſciſſimū ſacrm̄ dñi ferret ibiqȝ illū expectaret. Diſtabat loc⁹ ille a Jordanis flumine p dietaſ trigīta. Receſſit Zoſimas fecit qȝ q̄ Maria humiliter petierat. ⁊ ipſa die paſce ſtans in ripa Jordanis vidit eam veniētē: ⁊ facto crucis ſigno ſup aquaȝ ſiccis pedib⁹ ambulantē. Et cū pueniſſet ad eum reuerētiſſime coīone ſuſcepta p eandē viā redijt ad locū vnde receſſerat. Eadeȝ eniȝ die p angelos deportata fuit p oē ſpaciū illud q̄ diſtabat loc⁹ ad quē redijt a Jordāe. Sequēti vero anno ad locū illū Zoſimas puenit: viditqȝ ī terra Mariā iacētē corp⁹ qȝ eius exanime. ad caput vero ſcripturaȝ quādā dicētē. Sepeli Zoſima Marie corpuſculū q̄ die paſce q̄ a te ſacrm̄ venerabile ſuſcepit migrauit ad dñm. itellexitqȝ ꝙ nō niſi āgeli portauerāt eā qn̄ p. 30. dietas vna die iter pfecit. Et cū de ſepultura ei⁹. ſollicitus Zoſimas cogitaret: nec haberet modū effodiēdi terrā vidit leoneȝ ferociſſimū ad ſe gradiētē q fortiter cepit fodere ſepultureqȝ locuȝ cōueniētiſſime p̄parauit In qua recōdito corpore ſcē leo viā ſuā tenuit: ⁊ Zoſimas ad ſuā cellā redijt ī dño cōſolatus. O admirabilis bonitas patris noſtri dei q̄ non reſpicit peccata hoīum cū redeūt ad pn̄iam: nō negligit etiā peccatores ad pn̄iaȝ illuſtrare ſi ⁊ ipſi bonis opꝫ⁹ ſe ad iuuare voluerit. ¶ Septima vtilitas dicit̄ cōtinuatio. Ualet bonū in mortali peccato factū ad cōtinuandū ⁊ pſeuerandū ī bona vita. Facili⁹ enī pōt pſeuerare in bono qui bn̄facere conſueuit q̄ȝ qui benefacere nunq̄ȝ didicit. ſic̄ diffuſius dixi ī tractatu ꝺ virtutibus ſermone. i. c. ij. Hinc ſapiens. Ecc. iz. c. ait. Non eſt ei bene qui aſſiduus eſt in malo. ¶ Octaua vtilitas dicitur alleuiatio Poſito .n. ꝙ quis ī pctō mortali faciēs bonū ꝓpter ſuā īpenitētiā eēt damnat⁹: virtute illi⁹ boni penā forti⁹ ſuſtīeret leuiorqȝ ei fieret. vn̄ Aug⁹ ī ench. ait. Tale bonū facit vt tolerabilior fiat dānatio. ¶ Nona vtilitas dicitur glorificatio. Nā ſi pctōr p penitētiā moriat̄ ī ſtatu ſalutis ⁊ p illā obtīeat vnū tm̄ gradū beatitudinis: ī eo gradu erit cū āpliori gaudio accidētali ꝓpter bonum qꝺ in pctō mortali fecit q̄ȝ ſi illud omiſiſſet. Animētur ergo oēs ⁊ iuſti ⁊ pctōres ad bona opera ꝓpter q̄ pijſſim⁹ ꝺs ꝓuocatur: ⁊ ipſe etiā peccatores equanimiter ferre eiſqȝ ſua beneficia innumera imptiri largiēs h̄ gratiam ⁊ in futuro gloriam ī qua viuit ⁊ regnat per infinita ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Feria tertia p⁹ dñicā ī ſeptuageſima de his q̄ mouē habēt penitētes ad obediēduȝ ꝺo: ⁊ qualiter omnes hoīes ſtudere debent ad ſeruandū precepta altiſſimi. Sermo. 5.

Multi ſunt vocati pauci vero electi. iterum vbi ſupra. Data eſt ab omnipotenti deo: ſuo digito cōſcripta lex mandatoruȝ ad q̄ obſeruāda oēs hoīes cōuocauit: ſȝ pauciſſimi reperiūtur q vt decet tam excelſo ⁊ glorioſiſſimo dño obedire velīt: nec r̄cte excuſare ſe pn̄t diuiorꝝ p̄ceptorꝝ trāſgreſſoreſ q̊s oēs voces ſcripturaꝝ excitāt ⁊ inuitant ad obediētiā dei. Et qr vt p̄miſſū ē ī ſmone p̄cedenti: merces eterne vite nō datur niſi

ſeruãtibꝫ dei mandata.idcirco in hᷤmone
de his q̃ merito īducũt nos ad ferēdũ iugũ
obediētie diuine ero dicturꝫ:vt ſic hi q ad
pniaꝫ redire ſe diſponũt magis animēt ad
exeq̃nda opa bona:ꝛ eſſe valcãt d̄ numero
illoꝝ paucoꝝ q electi erũt. Notabimꝫ ergo
tria eē illa q̃ nos ad dei obediētiã pꝛecipue
ꝛ pꝛincipaliter debent animare.

Pꝛimũ ē legis excellētia.
Secundum dei reuerentia.
Tertium obedientie efficacia.

De excellētia moſayce legis.ꝛ q̃re nõ ſer
uat̄ a nobis niſi q̊ ad p̄cepta moꝛalia.Ca.j.

PRimũ qđ nos animare ꝛ īducere
debet ab obediētiã dei dicit̄ legis
excellētia. Mandat̄ qdeꝫ nobis ꝛ
iniungit̄ ſeruare legē excellentiſſimã conti
nētē p̄cepta virtutũ:vt dicit Alex. de ales
in.3.volumine ſũme. Sꝫ ꝓ claꝛioꝛi ītelligē/
tia hꝫ partis tria erũt dubia declarãda.
¶ Pᵐ vtrũ lex diuinoꝛũ p̄ceptoꝛũ ſit a bono
deo data. ¶ Secũdũ vtꝝ lex Moyſi ſit a
nobis ꝯuenienter obſ̄uata. ¶ Tertiũ vtrũ
ī p̄ceptis decalogi ſit regula ſalutis ſuffici/
ent̄ aſſignata. ¶ Pꝛimũ dubiũ declarãdũ
vtrũ lex diuinoꝝ p̄ceptoꝛuꝫ ſit a bono deo
data.qꝛ lex illa ē ea quã Moyſes dux po/
puli hebꝛeoꝝ tulit ꝛ ꝓmulgauit. Et ſtati of
ferunt ſe heretici aſſerentes illã legē eē nõ
a d̄o ſꝫ a p̄ncipe tenebꝛarũ. Et arguebãt ſᷤꝫ
ꝙ Augꝫ dicit in li. ꝯ aduerſariũ legis ꝛ ꝓ/
phetarũ dicētes. Dei pfecti ſũt opa.ſed lex
Moyſi erat īperfecta. Heb.7. Nihil ad ꝑ
fectũ adduxit lex .ergo non erat opus dei.
Sꝫ ſcũs Tho.i.ij.q.88. rñdit ꝙ lex illa pꝛo
illo tp̄e bona erat ꝛ optima licꝫ īperfecta ſit
reſpcũ tp̄is euangelij ꝛ legis gr̄e. Qđ auteꝫ
fuerit a bono deo ꝓbat̄ triplicit̄.p̊ ex Mo
yſi ſc̄itate.2° ex xp̄i auctoꝛitate.3° ex legis
bonitate. ¶ p̊ ꝓbat̄ ex Moyſi ſc̄itate. Ipſe
eqdē legiſlatoꝛ ſciſſimꝫ ꝛ amicꝫ d̄i fuit ama
toꝛ veritatis ꝛ iuſticie.ſanctioꝛ Nũma Põ
pilio q ſᷤm Iſidoꝝ.vj.ethimol. leges dedit
romanis.ꝛ Foꝛoneo q grecis.ꝛ Mercurio
Thermegiſto q egyptijs.ꝛ ipſo Ligurgo q
leges tulit Lacedemonijs.de qbus oībꝫ ē
c. Moyſes.diſ.7.decretoꝛuꝫ. De ſc̄itate v̄bo
Moyſi loq̄t̄ ſapiēs Ecc.xlv.cũ de eo dicit.
Dilectꝫ deo ꝛ hoībꝫ cuiꝫ memoꝛia ī bñdicti
one ē. Similē illũ fecit ī glīa ſcõꝝ ꝛ magni
ficauit eũ ī timoꝛe inimicoꝝ:ꝛ ī verbis ſuis
mõſtra placauit. Gloꝛificauit eũ ī cõſpectu
regũ.ꝛ vnxit illũ coꝛã populo ſuo ꝛ oſtēdit
illi gloꝛiã ſuã. In fide ꝛ lenitate ipſiꝫ ſcm̄ fe
cit illũ ꝛ elegit eũ ex oī carne. Audiuit eniꝫ
vocē ipſiꝫ ꝛ īduxit illũ ī nube. Et dedit illi
coꝛ ad p̄cepta ꝛ legē vite ꝛ diſcipline.ꝛ Nu
meri.xij.c.de eo dr̄. Erat Moyſes vir mi
tiſſimꝫ ſup oēs hoīes q moꝛabãt̄ ī terra. Et
Exo.34.recitat̄ hiſtoꝛia q̃liter Moyſes ie
iunãdo.40.dies ꝛ.40.noctes legē accepit
a dño. Et Act.7. Stephanꝫ leuita accuſan
tibꝫ eũ q̃ſi male ſēſiſſet de lege ꝛ d̄ Moyſe
rñdebat.ꝺ. Moyſes fuit gratꝫ deo ꝛ erudi
tus ī oī ſapiētia egyptioꝝ potēs ī v̄bo ꝛ in
operibꝫ ſuis:ꝛ infra. Hic eſt Moyſes de q̊
dixit d̄s filijs iſrl̄. Pꝛophetaꝫ vobis ſuſcita
bit de frībꝫ vr̄is tanq̃ꝫ meipſũ audietis. Et
īfra. Accepiſtis legē ī diſpoſitiõe angeloꝛũ
Et Gal.3.aplus inq̄t. Lex data ē ꝑ ãgelos
ī manu mediatoꝛis. ¶ 2° ꝓbat̄ ꝙ lex Moy
ſi a bono d̄o fuerit data ex xp̄i auctoꝛitate.
nã Math.5.dixit. Nõ veni ſoluere legem
ſꝫ adimplē. Si igit̄ fuiſſet lex a pꝛincipe te
nebꝛarũ nõ īpleuiſſet eaꝫ. Et Luc.2°.dicit̄.
Poſtq̃ꝫ īpleti ſũt dies purgationis Marie
ſᷤm legē Moyſi tulerũt illũ ī hieruſaleꝫ vt
ſiſterēt eũ dño ſic̄ ſcriptum ē ī lege dñi. Et
Luc.16. Hñt Moyſen ꝛ ꝓphetas audiant
illos. Et Luc.vlt.c. Neceſſe ē īpleri oīa q̃
ſcripta ſũt in lege Moyſi ꝛ ꝓphetis ꝛ pſal
mis de me. Et apl̄i ſciētes voluntateꝫ xp̄i
de lege Moyſi eis p̄dicata illã cõmēdarũt
Unde Paulus ad Ro.7.ait. Lex qdē ſcã ꝛ
mandatũ ſcm̄ ē. Et.i. Thi.p̊. Scimꝫ q̃ñt.qꝛ
bona eſt lex ſi qs ea iuſte vtat̄. ¶ 3° ꝓbat̄ ꝙ
lex fuerit bona ex legis bonitate:qꝛ lex illa
hoīes oꝛdinabat ad bonũ illud p̄cipiendo ꝛ
malũ ꝓhibēdo .nõ enī diabolus legē tuliſ
ſet ꝑ quã hoīes fierēt boni ꝛ diabolus ipſe
eſſet cõfundēdus. ¶ Secũdũ dubiũ decla
randũ erat. vtrũ lex Moyſi ſit a nobis cõ
uenienter obſeruata. Et videt̄ ꝙ nõ.qꝛ nos
illiꝫ legis ſumus manifeſtiſſimi violatoꝛes.
nã ī lege illa multa dant̄ p̄cepta q̃ nõ obſer
uant̄ a nobis. vtputa p̄ceptũ de ſc̄ificatione

ſabbati Exo. 20. de celebratiõe ſceõphegie paſce. pentecoſtes. ⁊ ꝺ eſu agni paſcalis. de lapidatione filij inobediẽtis. mulieris adul tere: ⁊ violantis ſabbatũ: ac de alijs oĩbus. de quibus habeť in li. Leuiti. Numeroꝝ. ⁊ Exo. in pluribus capľis. Si lex illa bona erat: ⁊ xp̃s illã ĩpleuit ea faciẽs q̃ ⁊ iudei faciũt pſeuerãť quõ pñt ea xp̃iãi dimittẽ abſq; pctõ? Ad hanc difficultatẽ ego rñdeo ƀz Alex. ꝺ ales. in. 3. volumĩe ſũme. Et Tho. .i. 2. q. 99. ꝙ in lege Moyſi tria erant genera p̃ceptoꝝ. Judicialiũ. Cerimonialiuz. Moraliũ. ¶ P̊ ĩ lege illa erant p̃cepta iudicialia quib⁹ plectebanť deliquentes ⁊ puniebãť rei. Sȝ ſeueritas taliũ p̃ceptoꝝ finẽ habuit ĩ aduẽtu ih̃u xp̃i redẽptoris: p quez facta ẽ pax iter deũ ⁊ hoĩes pctõres. Ex ƀ inquit Hiero⁹ ad Damaſũ papam de filio prodigo. Lex qppe iuſticie tenax clemẽtiaz nõ habebat: ſed quicũq; adulter fraudator homicida: ⁊ vt breuiter dicã mortali crimine detinebať nulla venia pnĩe laxabatur a crimine. oculũ ꝓ oculo: dentẽ ꝓ dẽte: aĩam ꝓ aĩa videbať exoluẽ. ſȝ miſit ꝺs filiũ ſuuz natũ ex muliere factũ ſub lege q auſteritatẽ legis euãgelij gratia tẽperauit. vñ apľs eccleſijs ſcribẽs. Gratia inquit vobis ⁊ pax a deo p̃re ⁊ domĩo ieſu xp̃o. gratia q̃ nõ ex merito retributa eſt: ſȝ ex donãte conceſſa. Pax ꝟo qua deo recõciliati ſum⁹ habẽtes ꝓpitiatorẽ dominũ nr̃m ieſũ xp̃m: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio ꝓ pctĩs nr̃is. hec ille. Jõ dicendũ ꝙ ꝑ xp̃ȝ dñȝ liberati ſum⁹ ab onere iudicialiũ p̃ceptoꝝ ⁊ a timore penaꝝ legis que nõ obligabant q̃ꝫtũ ad hoc niſi vſq; q̊ xp̃s veniſſet: q adultere dixit Joh. 8. c. Nec ego te cõdẽnabo. vade ⁊ amplius noli peccare. ¶ 2° ĩ lege erant p̃cepta cerimonialia de q̃bus ſcribitur Exo. 18. c. Eſto ppľo ĩ his que ad deũ ſunt. oñdaſq; ei cerimonias ⁊ rituȝ colẽdi. hec p̃cepta cõtĩebãt oĩa ad ꝺi cultũ ꝑtinẽtia. de quib⁹ ĩ tractatu de legib⁹ deo dante tractabo diſtincte. Jdeo nũc ſufficit declararť q̃re illa obſ̃uare p̃termittim⁹. Et dico ꝙ id facimus rationabiliť ⁊ abſq; peccato: qm̃ oẽs cerimonie veteris legis vmbra erant ⁊ figura eorum que per chriſtum erant gerenda. iõ adueniente veritate ceſſat figura. vnde apoſtolus ad Heƀ. 10. dicebat. Umbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum. Umbra ſiquidem minus eſt q̃ꝫ imago tãq̃ꝫ imago pertineat ad nouam legẽ. vmbra ad veterem. Et iterum Colľ. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu: aut in parte dici feſti aut neomenie aut ſabbatorũ q̃ ſunt vmbra futurorum. Et Aug⁹. in. 7. li. de ciui. ꝺi. c. 32. de hac re ſic pulchre loqtur. Omnes enim non ſoluȝ prophetie que ĩ verbis ſũt: nec tñ precepta vite que mores hominum pietatemq; conformãt atq; illis litteris cõtinentur: verum etiaȝ ſacra ſacerdotia. tabernaculuȝ ſiue templũ. cerimonie: ⁊ dies feſti: ⁊ omnia alia que ad eam religionem pertinẽt que deo debetur: ⁊ grece proprie latria dicitur: ea ſignificarunt ⁊ ꝓnũciarũt que propter eternam vitam fidelium ĩpleta in chriſto credimus impleri cernimus ⁊ implenda confidimus. ƀ ille. Sed contra arguere poſſumus: quia cerimonie veteris legis non ceſſauerunt in xp̃i aduentu. p̊. q2 Baruch. 4. dicitur. Hic eſt liber mãdatorum dei: ⁊ lex que eſt in eternum. ſed ad legem pertinebãt cerimonie: ergo durature erant in eternum. ¶ 2° obijcitur. quia oblatio leproſi mundati ad legis cerimonias ꝑtinet: ſed etiam in euangelio precipitur leproſo mundato vt huiuſmodi oblatiões offerat: ergo cerimonie legis veteris nõ ceſſauerunt xp̃o veniente. ¶ 3° obijciť ex eo ꝙ circũciſio erat ĩſtituta ĩ ſignũ fidei Abrae. obſeruatio aũt ſabbati ad recolẽdũ bñficiũ creatiõis: ⁊ alie ſolẽnitates legis ad recolẽduȝ alia dei bñficia: ſȝ fides Abrahe eſt ſẽp imitanda etiã a nobis: ⁊ bñficiũ creationis ⁊ alia dei bñficia ſemp ſunt recolẽda: g̊ ad min⁹ circũciſio ⁊ ſolẽnitates legis ceſſare nõ ꝺbuerũt. ¶ Rñſio ad hec oĩa ƒm Tho. i. 2. q. 103. ¶ Ad primũ ꝙ lex vetus dr̃ eſſe ĩ eternũ ƒm moralia q̃dẽ ſimpliciter ⁊ abſolute. ƒm cerimonialia ꝟo q̃ꝫtũ ad veritatez ꝑ ea figuratã. ¶ Ad ſecũduȝ dicẽdũ ꝙ myſterium redemptiõis humani generis completuȝ fuit ĩ paſſione xp̃i. vnde tũc dñs dixit. Cõſumatuȝ ẽ. Joh. 19. iõ tũc totaliť debuere ceſſare legalia iã ꝟitate coꝝ ꝯſuma-

ta.ĩ cui⁹ ſignuz ĩ paſſiõe xp̄i veluz tẽpli ſciſ/
ſuz ẽ. Math.27.⁊ iõ añ paſſionẽ xp̄o p̄di/
cãte ⁊ miracula faciẽte currebat lex ⁊ euã/
geliuz.q2 iã myſteriuz xp̄i erat ĩchoatuz ſed
nondũ ↄſumatũ:⁊ ꝓpter h̄ mãdauit dñs añ
paſſionẽ ſuã leproſo vt legales cerimonias
obſeruaret. Poſt paſſionez ꝟo xp̄i vſq3 ad
tẽp⁹ euãgelij diuulgati legalia cũ euãgelio
currebãt.nõ de neccitate:ſ3 ex q̄dã ↄgruita/
te ne ſcãdaliçarẽt iudei.ideo Paulus circũ
cidit Timotheũ q ex matre iudea erat. Ti
tũ ꝟo q2 ſimplicit̃ erat gentilis circũcidere
noluit vt ĩ circũciſione Timothei oſtende/
ret ſacr̃a legalia nõ debẽ damnari.⁊ in hoc
ꝙ Tituz circũcidere noluit oñderet ea nõ
eẽ neceſſaria. Poſt diuulgatuz aũt euãge/
liũ ſũt oĩa ꝓhibita ⁊ mortifera. Concordat
his Alex.ĩ.4.volumine ſũme.⁊ Ric.in.4.
di.i. ¶ Ad tertiuz obiectũ ſic r̄ndit Tho.ꝙ
fides Abrahe fuit cõmẽdata ĩ h̄ ꝙ credidit
diñe ꝓmiſſioni de futuro ſemine in q̊ bñdi/
cerent oẽs gẽtes:⁊ iõ q3 diu h̄ erat futurũ
oportebat ꝓteſtari fidẽ Abrahe ĩ circũciſi/
one.ſ3 poſtq3 iã h̄ ẽ ꝑfectum oportet alio ſi/
gno declarari.ſ.baptiſmo q ĩ hoc circũciſio
ni ſuccedit.ẜ3 illud ap̄li Col.2.c. Circũciſi
eſtis circũciſione nõ manifeſta: ſ3 ĩ circũci/
ſione xp̄i ↄſepulti ei ĩ baptiſmo in q̊ ⁊ reſur
rexiſtis ꝑ fidẽ oꝑatiõis dei.hec ille. De ſab/
bato aũt qd̄ ſignificabat p̄mã creationẽ di/
cimus q2 mutatũ ẽ ĩ diẽ dñicũ ĩ quo cõme/
morat̃ noua creatura ĩchoata ĩ reſurrecti/
one xp̄i. Similiter alijs ſolẽnitatibus vete/
ris legis noue ſolẽnitates ſuccedũt:q2 bñ/
ficia illi populo exhibita ſignificãt bñficia
nobis ꝑ xp̄m ↄceſſa. vñ feſto paſce ſuccedit
feſtũ paſſiõis xp̄i ⁊ r̃ſurrectiõis . Feſto pẽt.
in q̊ data fuit vetus lex ſucceſſit feſtũ pent.
in q̊ data fuit lex ſp̄us vite. Feſto neome/
nie ſuccedit feſtũ btẽ ꝟginis ĩ q̄ primo appa
ruit illuminatio ſolis.i.xp̄i ꝑ copiã gr̃e. Fe/
ſto tubarũ ſuccedũt feſta apoſtoloꝝ. Feſto
expiationis ſuccedũt feſta martyrũ ⁊ cõfeſ/
ſorũ. Feſto tabernaculorũ ſuccedit feſtum
cõſecrationis eccl̃ie. ¶ Et ĩ lege Moyſi erãt
p̄cepta moralia :de quib⁹ dr̃ Ecc.17. Addi/
dit illis diſciplinã ⁊ legẽ vite hereditauit il/
lis. vbi glo.ait. Diſciplina ẽ eruditio morũ

Talia ĝ p̄cepta moralia a nobis obſeruari
debẽt q̄ Exo.20.c.cõmemorãt̃. Et hec du/
ratura erũt vſq3 ad copletũ numeꝝ electo/
ruz ¶ Tertiũ dubiũ declarãdũ erat. vtruz
in p̄ceptis decalogi ſit regula ſalutis ſuffi/
ciẽter aſſignata.nã ex.20.c.exodi colligũt̃
tm̄ decẽ mandata . videlicet. Primũ. Non
habebis deos alienos. Sc̄d3. Nõ aſſumes
nomẽ dei tui ĩ vanũ. Tertiũ. Memẽto vt
diẽ ſabbati ſcĩfices. Quartũ. Honora pr̃e3
tuũ ⁊ matrẽ tuã vt ſis longeu⁹ ſuꝑ terram.
Quintũ. Non occides. Sextũ. Nõ mecha
beris. Septimũ. Nõ furtum facies. Octa/
uum. Nõ loquaris cõtra ꝓximũ tuũ falſuz
teſtimoniũ. Nonũ. Non cõcupiſces domũ
ꝓximi tui. Decimũ. Nõ deſiderabis vxorẽ
eius. In q̄bus p̄ceptis plene continent̃ oĩa
ꝑ que poſſit hõ eternã ſalutẽ accipere. Qm̄
vt inq̄t. Bon̄.ĩ.3.diſ.37. Oĩs lex mãdat iu/
ſticiã que coĩter dicta nil aliud eſt niſi vt hõ
ſit ad deũ ⁊ ad ꝓximũ ordĩat⁹. vñ Luce.x.
⁊ Math.22.xp̄s dixit . Diliges do . d.t. ⁊
ꝓ.t.ſicut teipſũ.in his duobus p̄ceptis tota
lex pẽdet ⁊ ꝓphete. Ex h̄ Moyſi date fue
runt due tabule lapidee.in quarum prima
cõtinẽt̃ mandata ad deũ nos ordinãtia.ĩ ſe/
cũda mãdata nos ad proximum ordinãtia.
¶ Sufficientia vero mandatorum prime
tabule ſumi poteſt tripliciter.ex parte obie
cti.ex parte ſubiecti.ex parte actus medij.
¶ Primo ſumitur ex parte obiecti ſic .na3
cum in deo ſint tres perſone: ⁊ tria appro/
priata:⁊ triplex genus cauſe ſecundum ꝙ
cõꝑat̃ ad creaturã:triplex ẽ p̄ceptum ẜm ꝙ
creatura rationalis ordinari hẽt ad deum.
nã ẜm rõnẽ maieſtatis q̄ appropriat̃ patri ⁊
conuenit deo ẜm ꝙ ẽ cã efficiens creature
ordinat̃ ꝑ illud p̄ceptũ. Non habebis deos
alienos. ẜm rationẽ ꝟitatis q̄ appropriatur
filio ⁊ ↄuenit deo ẜ3 ꝙ ẽ cã formalis ⁊ exẽ/
plaris creature ordĩat̃ ꝑ illud. Nõ aſſumes
nomẽ dei tui ĩ vanũ. ẜm rõnem bonitatis q̄
appropriat̃ ſpiritui ſancto.⁊ cõuenit deo.ẜ3
ꝙ ẽ cã finalis:ordinat̃ homo ꝑ illud p̄ceptu3
Memento vt diem ſabbati ſanctifices.ita
vt per hec tria ſubiaceat ſumme maieſtati.
credat ſũme veritati:⁊ adhereat ſũme boni
tati. ¶ 2° ſumitur ſufficientia ex ꝑte ſub/

iecti ordinabilis:qđ ē aīa rationalis ī q̄ est
triplex vis motiua ꝯm quā hʒ ī deū ordina
ri. videlicet rationalis cōcupiscibil̃ ꝛ irasci
bilis. Mandatum de adoratione respicit
ipsā irascibilē. mādatum vero ꝯm ipsam ra
tionalē:ꝛ mandatū tertiū de scificatiōe sab
bati respicit ipsā ꝯcupiscibilē. ¶ 3° sumit̃ suffi
ciētia ex pte act⁹ medij. Triplex enī ē act⁹
ꝯm quē hʒ hō ī deū ordiari. videlicʒ cordis
oris:ꝛ opis. Penes actuʒ opis attendit̃ pri
mū mādatū de adoratione. Penes actum
oris attēdit̃ ꝯm mandatū quo ꝓhibet̃ falsa
īuocatio noīs diuini. ꝯʒ actū cordis attēdit̃
tertiū mandatū:ī q̊ p̄cipitur scificatio men
tis:ꝛ sic mandata ad deū nos dirigētia suf
ficientissime tradita esse ꝯstat. ¶ Sufficien
tia aūt mādatoꝝ secunde tabule haberi po
test ex pte act⁹ medij. nā ad ꝓximū ordina
ri hēmus ꝯm bn̄ficētiā ꝛ ꝯm īnocentiā. i. vt
ei bn̄faciam⁹ ꝛ illi nō noceam⁹. q̄ sūt duo p̄-
cepta iuris nāe. đ qb⁹ dr̃ dis. i. đcretoꝝ. c. i.
Jus nāle ē qđ ī lege ꝛ in euāgelio ꝯtinet̃. q̊
qsq; iubet̃ alij facē q̄ sibi vult fieri: ꝛ ꝓhibe
tur alij īferre qđ sibi nō vult fieri. Un̄ xp̄s
ī euāgelio. Oīa q̄cūq; vultis vt faciāt vob̄
hoīes ꝛ vos facite illis. H̄ ē enī lex ꝛ ꝓphe.
Scđm bn̄ficētiā igit̃ ordinat̃ hō ad ꝓximū
p illud p̄ceptū. Honora prēm tuū ꝛ mr̃em
tuā. ꝯm īnocētiā ꝟo necesse ē triplicē ordi
nē obseruare. s. opis. oris ꝛ cordis. i. vt ꝓxi
mo nō noceam⁹. nō ope. nō ore. non corde.
Nocere aūt qs pōt ꝓximo suo triplicit̃ ope
Aut in psona ꝓpria. ꝛ hoc ꝓhibet̃ p illud p̄
ceptū. Nō occides. Aut ī psona ꝯiuncta. ꝛ
ꝓ hoc ē illud p̄ceptū. Nō mechaberis. Aut
ī possessione terrena. ꝛ p h̄ ē aliud p̄ceptuʒ
Nō furtū facies. ¶ 2° pōt ꝓximo nocumētū
īferri ore:ꝛ ad id reprimēdū dat̃ illud p̄ce-
ptū. Nō loq̄ris ꝯ ꝓximū ꝛc̄. 3° ꝯm actū cor
dis ꝓxim⁹ ledi pōt. Aut cōcupiscēdo eius
vxoreʒ:ꝛ sic ē illud p̄ceptū. Nō cōcupisces
vxorē ei⁹. Aut iordinate desiderādo ei⁹ bo
na tpalia. ꝛ de h̄ dat̃ vltimū p̄ceptū. Nō cō
cupisces rē ꝓximi tui. ꝛ sic pʒ sufficiētia mā
datorū. ¶ Sʒ statī ē q obijciat ꝛ dicat ꝙ cū
septē sint capitalia pctā:ꝛ nō nisi de duob⁹
fiat ꝓhibitio. s. luxuria ꝛ auaritia. nihilq; di
cat̃ de supbia đ accidia đ gula de īuidia ꝛ
đ iracūdia. Aut ergo ista nō sūt pctā aut re
gula p̄ceptoꝝ deficiet:qꝛ illa n̄ ꝓhibet. R̄n̄
det dn̄s. Bon̄. ꝙ oīa hec pctā ꝓhibent̃ in p̄
ceptis decalogi īplicite. Nā superbia ꝓhi
bet̃ ī adoratiōe dei. Jnuidia ꝛ ira ī fuga ho
micidij. Accidia ī scificatōe sabbati:ꝛ gulla
in detestatione luxurie. Luxuria autem ꝛ
auaritia prohibentur explicite propter ma
iorem ꝓnitatē quā ad illam omnes vniuer
saliter habent. Et ꝓp̄t dicta asserit Bon̄.
ꝙ in omnibus p̄ceptis quādo deus expli
cite aliquid prohibet implicite p̄cipit ei⁹ cō
trarium. ꝛ qn̄ aliquid explicite p̄cipit impli
cite prohibet eius contrariū. Est igitur pre
ceptoruʒ decalogi regula cōpēdiosa breuis
ꝛ suauissima continēsq; oīa ad salutē spectā
tia. Ab eius obligatione nullus excipit̃:sed
omnes illā seruare tenētur. Uerūtn̄ dolen
dum puto de xp̄ianorūʒ ignauia ignorātia
q; multoꝝ qui non tm̄ p̄cepta dei trāsgredi
untur: verum etiam illa scire non curāt. Hi
sunt qui si īterrogent̃ que ꝛ quot sunt legis
p̄cepta respondere minime scient. O vere
detestabilis cecitas. o rep̄hensibile maluʒ.
o dānabilis deniq; negligētia. Uerificatur
certe ī talib⁹ illud O sec. 4. d. Audite ver
bū domini filij israel. qꝛ iudiciū domini cuʒ
habitatorib⁹ terre. nō ē veritas nō est mise
ricordia ꝛ nō est scīa đi ī terra. Maledictū
enī ꝛ mendaciuʒ:homicidiū ꝛ furtū:ꝛ adul
teriū īundauerūt. Sāguis sanguinē tetigit
propter hec lugebit terra. ꝛ īfirmabit̃ oīs q
habitat ī ea. h̄ ille. Que enī cōfusio q̄ vere
cūdia īesse debet ignorātibus salutis sue re
gulā:cū sciant tot cātilenas vanas:tot īuti
lia ꝛ curiosa:ꝛ illud qđ dei seruitiū respicit
dei honorē deiq; obediētiā addiscē noluīt.

¶ Qꝛ oēs debēt ꝓmpto aīo ꝯuare p̄cepta
dei ob reuerētiā diuine maiestatis. ꝛ quare
deus hominem obligauit ad illa. ¶ Cap. ij.

Secūdū qđ nos aīat ꝛ īducit ad obe
diētiā dei dr̃ dei reuerētia. Dictat
eqdē ipsa nā reuerētiā exhibēdam
fore sūmo īpatori celi terre āgeloꝝ ꝛ hoīuʒ
oīuʒq; creaturaꝝ. Hoc aūt maxime fit cuʒ
ei⁹ mandata seruant̃ ad q̄ ipse hoīes ligauit
rōnabiliter maxime ꝓpter tria. p̊ ꝓpter au
xiliationē. 2° ꝓpter iustificationeʒ. 3° ꝓpter

bumiliationē. ¶ p̊ de⁹ rõnabilit̃ obligauit
hoīes ad obseruātiā mādatoꝝ pp auxiliatio
nē: vt sic auxiliū haberet liberū arbitrium
qđ poſſat a bono deficere ⁊ ī malū declina-
re. Qm̄ ut ingt Hiero⁹ ad Demet. v. Utrū-
que nos posse voluit optim⁹ creatoꝛ: sed fa-
cere tm̄ qđ īperauit. Et si obijceret̃ ꝙ obli-
gatio repugnat libertati. Et vt Aug⁹ dicit
supꝛa Geñ. ad litterā. Melioꝛes iudicauit
hoīes q ei liberalit̃ deſuirēt. Si g° a pꝛīci-
pio de⁹ reliqt hoīem ī manu ꝯsilij sui dando
ei libertatē arbitrij. vr̃ ꝙ nullo mō debue-
rit addere obligationē p̄cepti. Rn̄deri pōt
ſm Boñ. ꝙ obligatio ad bonū nō repugnat
libertati simpliciter sed repugnat libertati
peccandi. Quanto autem quis magis inhe
ret ṽtutib⁹ ⁊ euitat pctā: tāto liberioꝛ eē cē
ſet̃. qđ plene oñdi ī ſmone p̊ de ṽtutib⁹. Et
h̃ exp̄sse asseruit Tulli⁹ ī paradoxis. Dictū
ingt ē ab eruditissimis neminē nisi sapientē
liberū eē: nā cū ſuit⁹ sit obia fracti aī atque
abiecti ⁊ arbitrio suo carētis qs neget oēs
leues: oēs cupidos: oēs deniq̄ ipꝛobos esse
ſuos: h̃ ille. 2° de⁹ rõnabilit̃ obligauit hoīes
ad obſuātiā p̄ceptoꝝ pp iustificationē. De-
cēs nāq̄ ē iustū iudicē ſm merita retribue
re. sed meritū ⁊ demeritū ñ hꝫ locū vbi nul
la cadit obligatio legis: q̄re ꝯueniēs fuit vt
de⁹ hoīem cui ꝯtulerat liberū arbitriū ſꝫ iu
sticiā remūeraret. Qđ si obijceret̃ ꝙ maio
ris liberalitatis ē dare aliqd sine merito q̄
cū merito: ⁊ de⁹ ē liberalissim⁹. g° vr̃ ꝙ đbu
it hoī dare btītudinē sine merito: ⁊ p ꝯñs si
ne mādatoꝝ obligatione. Dici pōt ꝙ lꝫ hoc
veꝝ sit ex pte dei dātis btītudinē sine me
rito. nō tñ ē tāte glīe ⁊ excellētie ex parte su
scipiētis. Et qm̄ dñs ī ꝯferēdo p̄miū nō tm̄
attēdit sue liberalitatis manifestationē: im
mo ēt ⁊ glīe nr̃e ꝓmotionē. hinc ē ꝙ maluit
nobis dare eternā btītudinē p impletioneꝫ
mādatoꝝ ⁊ meritū obie q̄ nullo merito pꝛe
cedēte: neq̄ ꝓpterea merita nr̃a derogant
dīne liberalitati: qꝛ de⁹ remunerat vltra cō
dignū. Ob qđ Hiero⁹ ī qōnib⁹ ad Helbidi
am exclamat. d. O quāta btītudo ꝓ paruis
magna recipe. eterna ꝓ bꝛeuib⁹: ꝓ moꝛitu-
ris sp viuētia: ⁊ hr̃e deū debitoꝛē. Et idē ad
Celātiā ingt. Quid tā īgratū. qd taꝫ supbū

videri pōt q̄ aduersus ei⁹ viuere volūtatē
q iō aliqd īperat vt causas hēat remunerā-
di. Neq̄ eñi obsequij nr̄i de⁹ īdiget: ſꝫ nos
illi⁹ īdigemus īperio. hec ille. ¶ 3°. rõnabilit̃
de⁹ obligauit hoīes ad obſuāda mādata ꝓp
ter humiliationē. Decēs nāq̄ erat vt hō de
uꝫ cognosceret superioꝛē ⁊ dñꝫ suū. se āt ser
uum ⁊ īferioꝛē. Et si ad ei⁹ famulatū cūcta
mouent̃ eiq̄ obediūt vt īsensibilia elemēta
t̃ra. aq̄. aer. ignis. planete. herbe. arboꝛes. ⁊
pecoꝛa cāpi fōtes flumina maria. volucres
celi. pisces maris. sol. lūa. stelle. ⁊ celestia cō
poꝛa: quanto magis hō sui creatoꝛis īpio pa
rere debet. Sed heu heu qꝛ ī oꝛdine creatu
raꝝ nulla est tā ptinax tā p̄sūptuosa tāq̄ te-
meraria ad ꝯtēnēdū deū q̄ īgratissim⁹ hō.
Qꝛ vt ait Aug⁹ ad heremitas. Ad nutū dei
sol sua via nō deuiat. nō luna. nō stelle. Cā-
pi decoꝛantur floꝛib⁹. frondibus crispatur
silua. ī nemoꝛe cytharizat auicula. Insensi-
bilia ⁊ irrõnabilia obediūt deo. solus hō dei
volūtati resistit. hec ille. Expergiscimini ita
que o pctōꝛes ⁊ audite loquentē deū Deu-
tero. 4. c. dicētēqꝫ. Custodite mādata mea
que ego p̄cipio voƀ. ⁊ de h̃ xp̄s de⁹ nr̄ Joh.
14. dicebat. Si diligitis me mandata mea
ſuate. ¶ Qꝛ deo est obediēdū: qꝛ per obediē
tiā assequitur homo bona temporalia spūa
lia ⁊ eterna. ¶ Caplm. 3.

TErtiū quod nos īducere dꝫ ad obe
diendū deo ē obedientie efficacia.
Est qdem obia efficacissima ad īpe
trādū maxime tria bona. Pꝛimū tēpoꝛale.
¶ Scđm spūale. Tertiū et̃nale. ¶ p̊ obia est
efficax ad īpetrandū bonū tp̄ale. s. ꝓsperita
tem ⁊ reꝝ tp̄aliū abūdātiā. Qđ īmoꝛtal' đs
Leuit. 26. sic declarauit. d. Si ī pꝛeceptis
meis āmbulaueritis ⁊ mādata mea custodie-
ritis ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias tp̄o
ribus suis. Terra gignet germen suū ⁊ po
mis arboꝛes replebunt̃. Apphendet messiū
tritura vīdemiā: ⁊ vīdemia occupabit semē
tē. ⁊ comedetis panē vr̄m ī saturitate: ⁊ abs
que pauoꝛe habitabitis ī t̃ra vr̄a. Dabo pa-
cē ī finibus vr̄is. doꝛmietis ⁊ nō erit q exter
reat. Auferā malas bestias: ⁊ gladi⁹ ñ trāsi
bit t̃mios vr̄os. Perseq̄mini inimicos vr̄os
⁊ coꝛruent coꝛaꝫ voƀ. Perseq̄nt̃ qnqꝫ đ vr̄is

cētū aliēos: ⁊ cētū ex vob dcē milia. Cadēt inimici vr̄i ī ꝯſpcū vr̄o gladio. Reſpiciā vos ⁊ creſcē faciā ⁊ multiplicabimini. Et firmabo pactū meū vobiſcū. Comedetis vetuſtiſſima veterū: vetera nouis ſupuenientibus ꝓijcietis. Ponā tabernaculū meū ī medio vr̄i ⁊ nō abijciet vos aīa mea. Ambulabo īter vos ⁊ ero vr̄ deꝰ voſq₃ eritis ppl̄us meꝰ h ibi. He ſūt ꝓmiſſiones q̄s audiuimꝰ a deo factas in qbꝰ tpalia bona offerunt̄ poſſidenda obſuātibus dei mādata. Sed ecōtra inobediētibus ī dicto. c. ſic deꝰ oīpotens cōminat̄. d. Si ſpreueritis leges meas ⁊ iudicia mea. contempſeritis vt nō faciatis ea que a me ꝯſtituta ſūt: ⁊ ad irritū pducatis pactū meū: ego h q̊q₃ faciā vobis. Uiſitabo vos velocit̄ egeſtate ⁊ ardore qui cōficiat oculos vr̄os ⁊ ꝯſumat aīas vr̄as. fruſtra ſeretis ſementē: q̄ ab hoſtibus deuorabit̄. Ponam faciē meā cōtra vos ⁊ corruetis corā hoſtibus vr̄is ⁊ ſubijciemini his q oderunt vos: fugietiſq₃ nemine pſequente. Sin aūt nec ſic obedieritis mihi: addā ad corruptiōes veſtras ſeptuplū pp pctā vr̄a: ⁊ ꝯterā ſupbiam duritie vr̄e: daboq₃ vob celū deſup ſic̄ ferrū ⁊ t̄rā eneā. Cōſumet̄ ī caſſu₃ labor vr̄. nō pferet t̄ra germen ſuū: nec arbores poma p̄bebūt. Si ābulaueritiſ ex aduerſo mihi: nec volueritis audire me: addā ad plagas vr̄as vſque ī ſeptuplū pp pctā veſtra. Immittam ī vobis beſtias agri q̄ ꝯſumant vos ⁊ pecora veſtra ⁊ ad paucitatē cūcta redigāt: deſ̄teq₃ fiāt vie vr̄e. Q2 ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinā: ſed ābulaueritis ex aduerſo mihi: ego q̊₃ cōtra vos īcedā ⁊ pcutiā vos ſepties pp pctā vr̄a: īducāque ſup vos gladiū vltorē federis mei. Cūq₃ cōfugeritis in vrbes mittā peſtilentiā ī medio vr̄i ⁊c. ibi

2°. obedientia ē efficax ad īpetrādum bonū ſpūale dei. ſ. grām amicitiā ⁊ beniuolentia₃. Nec fuit illa decorā v̄tus pp quā Abrabā meruit audire angelu₃ ſibi. d. Per memet ipſū iuraui dic̄ dn̄s: q2 feciſti rē hāc ⁊ nō pepciſti filio tuo vnigenito pp me: bn̄dicā tibi ⁊ multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas celi: ⁊ velut arenā q̄ ē ī littore maris. Poſſidebit ſemē tuū portas inimicoꝝ ſuoꝝ. ⁊ bn̄dicent̄ ī ſemine tuo oēs gētes t̄re: q2 obediſti voci mee. Grāde admirandūq₃ obſequiū deo p̄ſtitit Abrabā: vt ei obediret: ſ₃ maiora ꝯſecutus ē diuine liberalitatis bn̄ficia. Tentauit ſiqdē deꝰ illū. ſicut ſcribit̄ Gen̄. 22. id eſt experiētiā fecit ſ₃ Nico. de lira. nō pp ſe ſ₃ pp alioꝝ exēplū: vt filiū ſuū dilectū ⁊ vnigēitū īmolaret ī mōte: qđ vtiq₃ grauiſſimū erat īperiū. p̊ q2 iniungebat̄ ei vt re ſibi cariſſima ſe priuaret. 2° ꝙ filiū ſuū occidi ⁊ mori violēta morte pateret̄. 3° ꝙ ad h exequēdu₃ ⁊ cōmittēdū ſuis proprijs manibus aſtringebat̄. 4° q2 filiꝰ ille vnigenitus erat: neq₃ alium ex libera vxore filium habebat. 5°. q2 miraculoſe illum genuerat ſenex iā centum ānorū cū vxore vetula ⁊ ſterili. 6°. quia magna ꝓmiſſio facta erat Abrahe đ ipſo. 7°. quia ipſe Iſaac ſolatium erat mr̄i ſue: ⁊ baculus ſenectutis patris. 8°. q2 debebat eū non ſolum occidere: ſed etiam in igne vrere 9°. quia noluit deus eu₃ ſtatim audito prececepto illud perficere: ſed triduo pſeuerare quouſque venirent ad montem ad quē potuiſſent citius properare. Sed iō deo volēte vſque in tertiū diem ibide₃ nō puenerūt vt ſic magis luceſceret firmitas voluntatis Abrahe ſ₃ Nico. de lira. Unde ⁊ glo. Gen̄. 22. ait. Nō eſt iuſſus Abrabā ſtatim occidere filium: ſed per triduum ducere ad imolationis locum: vt longitudine tpis tentatio augeretur ⁊ creſcentibus curis paterna viſcera cruciarentur. Accepto itaq₃ precepto ta₃ difficili Abrabā nō ſe excuſauit nec p̄cepti cām īterrogauit: neq₃ in eius executione filij blādientis dulci pn̄tia mutatus ē a propoſito. Ibant ſimul: erantque cum eis duo famuli domus qui ligna īciderant pro holocauſto. ⁊ die tertio remanentibus illis cum aſino tulit Abrabam ligna ⁊ īpoſuit ſuper Iſaac filium ſuum qui ſm Joſephū agebat tunc annum. 25. Ipſe v̄o Abrabā portabat ī manibus ſuis ignem ⁊ gladiū. O ꝙ̄ reuerenter cum pgerent duo ſimul dicebat Iſaac pr̄i ſuo. Ecce ignis ⁊ ligna vbi eſt victima holocauſti? O ꝙ̄ ardent̄ rn̄debat ei pater ſeipſum ſuperans: ſeipſum vicēs. Dn̄s prouidebit ſibi victima₃ holocauſti fili mi. voluntate ſenſualitatis forte ſecum tacite colloquente atq₃ dicente. Tu es victima

quem ego proprijs manibꝰ iterficiaȝ: quē aduram super altare vt satisfaciam deo nostro. O quale spectaculũ. o quale virtutis exemplũ mente inspicere illos postquā venerũt in monteȝ: postꝙ ibi cōstruxerunt altare: postꝙ deniꝙ sup illud ligna ꝯposuere Inquit enī Josephꝰ i ꝑ ātiqtatũ li. ꝗ Abrahā anteꝙ filium ligasset aduocauit illuȝ ad se: dixitqȝ illi. O puer queȝ īnumeris votis optaui a deo mihi ꝯferri: ⁊ dũ ꝑuenisses ad vitā nihil ē qđ ꝓ alimēto tuo nō feci. Neqȝ me feliciorē magis arbitrabar ꝙ cũ te ad hāc viderē etatē successorē mei pricipatus relinqre. Cōgaudebā: qꝛ dei volũtate tuus pr̄ sũ factꝰ. denuo ſm eiꝰ placitũ te reponā. Hāc fortiᵉ porta dicationē. Deo nāqȝ te cedo q mihi ꝑ oīa placidꝰ fuit ⁊ suffragatō. Natꝰ ergo morere nō cōi mō hac vita egrediens: sȝ a pr̄e ꝓprio oblatꝰ cũctoꝝ ob legitimũ sacrificiũ. Reor enī qꝛ te dignũ iudicauerit nō egritudine nec bello: nec q̄libȝ alia passione q̄ solet hoībus accidere: hac vita liberare: sed cũ igni ⁊ sacrificijs tuā aīaȝ suscipere: ⁊ apud se retinere. Eritqȝ ꝺ ceřo mei curā hñs: senectutē r̄gēs: q̄ gr̄a te maxime nutriebā. Auditis his: Jsaac humili voce pr̄i rñdit. O pr̄ mi colēdissime rē audio grādē ac durā. Asseris te pr̄em meũ velle me ꝓprijs manibꝰ iterficere ⁊ igne adurere vt obedias deo. Doleo nēpe gratissime iuuentutis mee floreȝ amittē. Doleo pr̄is mei me diligētis expiri i me gladiũ seuiētis. Doleo īsup tali mō deserere dilectā matrē ⁊ te patrē meũ cui parauerā i hac senectute sua in oībus subuenir̄. O care genitor. o paᵗ amātissime crdebā me eē baculũ senectutis tue ⁊ ecce mihi dicis vt fortiᵉ ferā mortē per te mihi īferendā. O inaudita res. o admirandũ nouũ quo viscera mea cōmouēť aīa turbať ⁊ cor vndiqȝ vexať angustia. Veruntñ pr̄ mi dulcissime: qꝛ sic placet đo ita fiat. Et si nũꝙ h̄ fieri ille mādasset ⁊ tu tm̄ iuberes adhuc ꝓmptissimus obedirē. nō fugiā a tua p̄ñtia. nō me defēdā. ⁊ huiusmōi ꝟbis ꝓstrauit se ī terrā: patrēqȝ adhuc alloquebatur. d. Habes me filiũ tuum ad vota pr̄: strīge manꝰ meas ⁊ pedes meos funibus. īterfice me sicut tibi ⁊ deo nr̄o placet. O qd erat videre venerandũ senē illũ mirādo feruore ligare manus ⁊ pedes filij: eleuātēqȝ euaginatũ gladium vt illũ ꝑimeret. O inaudita obedientia patris ⁊ filij. o vtriusqȝ ardētissima volũtas ad obsequēdũ deo. O deniqȝ īmēsa diuine largitatis bñficia eisdē collata. Multo qdē susceperũt ābo ampliora dona a liberalissimo deo ꝙ fuerit illoꝝ ad obediēdũ cōmēdabilis feruor volũtatis. ¶ 3º. obediētia ē efficax ad ipetrandũ bonũ eternale. diximꝰ enī i ꝑcedētibꝰ sermonibꝰ quēadmodũ deꝰ bñdictꝰ largiť eterne vite premiũ oībus seruantibꝰ eiꝰ mādata. sed tāta ē hũana negtia ꝗ magis hoīes diabolo obedire volũt ꝙ deo. Clamat deꝰ. Nō habeƀ deos alienos. Et diabolꝰ dicit. Sīt tibi dij tui tēporalia bona que magis ꝙ deum diligas. Noli scripturis credere. Noli debita vota cōplere. superstitiones incantationes ⁊ diuinationes sectare. Cultum dei negligas ⁊ contemnas. Sacris locis atque personis reuerentiam nullam exhibeas. Ecclesiasticas leges atque cēsuras despicias voci que mee obedias vt deuȝ minime colas. Clamat deus. Non assumes nomen dei tui in uanuȝ. Et diabolus. d. Sis piurus. blasphema sepius. maledic nomen sanctum dei ⁊ omnium sanctoruȝ suorum ac matris eiꝰ: nomenque meum in omnibus tuis operibus frequentius commemora: ⁊ dei nomē in turpibus cantilenis admisce. Clamat deus. Sabbata sanctifices. Et diabolus. d. Diebus festiuis nulla sit ī te memoria dei. nulla recordatio salutis proprie ⁊ eternorũ bonorum. Ecclesias fugias ⁊ predicatiōes euangelij: ad quas si accesseris nullā modestiam serues. Vano aspectu mulieres ⁊ viros circunspice. vestibus inhonestis illis diebus vtere. Ludo choreis atque tripudijs tempus expendas ⁊ pro lucro temporali si quid operis facere poteris facias. Clamaᵗ deus. Honora patreȝ ⁊c̄. Et diabolus dicit. Parentibus tuis infestus sis: disciplinā eoꝝ ⁊ cōrectionē fuge. pietatē r̄uerētiā ⁊ obediētiā eis denega. ꝯtumelijs illos afflice. ⁊ si potes ꝟbis ꝟbera adde: atqȝ ꝺ domo illos expelle. Clamat deꝰ. Nō occides. Et diabolꝰ. d. Jniuriā noli sufferre. sume ꝺ

inimicis vindictā. da locū ire. percute. interfice. ꝛ que nō potes manu ꝓsequere corde Clamat deus. Non mechaberis. Et dia⁹ dicit. Nullū sit ꝑtū qđ n̄ pertrāseat luxuria tua. Nō erubescas adulťari fornicari īcestū molliciē sacrilegiū ꝛ sodomiā nefādissimā: ꝛ īnoīabilē perpetrare. Clamat de⁹. Nō furtū facies. Et dia⁹ dicit. Rape depꝛdare furare q̄ꝫtū potes Nulla sit tibi ꝯscia ꝓpť lucrū de periurijs de mēdacijs de fraude de simulationib⁹ de iiusticia đ vsuris de extorsionib⁹ de malis cōtractib⁹ ꝛ de excoīcationib⁹. Clamat de⁹. Nō dices falsū testimoniuꝫ ꝯtra ꝓximū tuū. Et diabol⁹ ait. Loquere sine mēsura ī dedec⁹ alioꝝ. detrahe vicinis extraneis sacerdotibus religiosis ꝑlatis dn̄is virginib⁹ viduis ꝛ cōiugatis. Clamat de⁹. Nō ꝯcupisces vxorē ꝓximi tui. Et diabol⁹ dicit. Oēs mulieres q̄s vides ꝯcupisce ꝛ voluptuosa mente desidera. Clamat de⁹ Nō ꝯcupisces rē ꝓximi tui. Et diabol⁹ diċ. Appōe cor tuū ad alioꝝ bōa. ꝯsidera mōtē propinquoꝝ tuoꝝ ut eoꝝ bona ad manus tuas ꝑueniāt. Et tn̄ sine cōparatiōe magis audiť vox diaboli q̄ꝫ dei. O extrema ꝺmētia. o stulticia perniciosissima ſuire diabolo ꝓ eťnis īcendijs: ꝛ reliquere deū liberalem ꝛ munificentissimū q ſuis ꝛ amicis suis polliceť gaudia ꝑadisi: ad q̄ nos ꝑducat xp̄s đi fili⁹ q viuit ꝛ regnat ꝑ īfinita secľa Amē.

¶ Feria q̄rta p⁹ dn̄icā ī septuagesima. De īfinita miſicordia dei q̄ ipse pať pijssim⁹ dulcissime vocat aīam ad penitentiā: oēs etiā pessimos pctōres promittens eis liberaliter īdulgētiā ꝛ remissionē. ¶ Sermo. 4.

Vox dilecti mei pulsātis. Aperi mihi soror mea spōsa. Hic peccatrici ad pn̄iam redire disposite ꝟba sūt ista originaliť Cāti. 5. c. Pijssimus omnium pater deus offert peccatoribus vt occasionem habeāt ad eū reuertendi vberrimum fontē ꝛ indeficiētēꝫ. ꝛ inhauribilē misericordie sue. Neq̄ꝫ vnq̄ꝫ tam grandis pctōr inuētus est qui ad eū cōfugere volēs non fuerit benigne misericordissimeq̄ꝫ susceptus. Hec est illa misericordia que fiduciam ꝑstare debet cūctis pctōribus ne vnq̄ꝫ desperēt. Hec ē illa decora ꝛ formosa regina: q̄ sꝑ astat a dextris dei in vestitu deaurato circūdata varietate. hec ē que blāda voce humili sermōe deliquētes admonet vt ad fōtē aque viue deū ꝓpitiū atq̄ꝫ benignū currāt sitientes. Et qm̄ multoꝝ corda molliri nolunt. ꝛ duriora saxis ī dies obstinanť ī malo: statui ī hoc ſmōe ꝟba facere đ iocūdissima voce miſicordie đi q̄ ipse dilect⁹ aīarū spōsus illas ī pctīs errātes liberalissime aduocat: vt de erratis cōpuncte veniā ꝛ īdulgentiā suscipiāt. Qđ bn̄ sēsit aīa peccatrix disposita iā ꝑterita mala corrigere ꝛ de cetero a futuris cauere. d. ī ꝟbis nōtis ī themate. Vox dilecti mei q creauit me: qui me fecit: q me redemit: q mihi polliceť gaudia ꝑadisi: pulsātis per intrinsecas inspiratiōes: ꝑ extrinsecas monitiones: ꝑ spūales illuminationes ꝑ sacroꝝ dispositionē. Aperi mihi. s. cor tuū o soror mea. o aīa mea ad meā imaginē ꝛ silitudinē facta. O spōsa mea quā ꝺspōsaui mihi ī fide cū sacrū suscepisti baptisma. ꝛ ego tibi meā gratiā sum largit⁹. Aperi īquā mihi vt audias me exhortātem te quaten⁹ pn̄iaꝫ agas ꝛ pctōꝝ tuoꝝ veniā īdulgentiamque a misericordia mea abunde suscipias. In q̄bus ꝟbis de voce miſicordie dei aīaꝫ vocātis tria mysteria ꝓponim⁹ cōtemplāda.

¶ Primū dř reuelationis.

¶ Secūdum ampliationis.
ſ. maguntinēſi. treuerēſi. colonienſi. marchi
one brandeburgēſi. palatino. duce ſaxonie
ꝛ rege bohemie. De ptāte ꝟo pape ſupra i
patorē dixi i ſermoē de ſacerdotali dignita
te. ¶ 3° poteſt aliquis eſſe princeps ꝛ dn̄s
ex paterna ſucceſſione. ſic̄ de Salomone di
citur. 3. Reg. 2. c. Salomō āt ſedit ſup thro-
nū Dauid patris ſui ꝛ firmatū ē regnū eius
nimis. 4° pōt aliquis eē princeps ex electi
one: qn̄ eligit̄ vniformiter ꝛ cōcordit̄ ab illis
quibꝰ hȝ ꝑeſſe. his modis exceptis q dn̄ari
cupit āmbitiōis vitio tāgitur. Sȝ dubitaret
aliquis. quid de officijs ꝛ dignitatibus ſe-
cularibꝰ ſi appetāt̄ ꝛ ꝓcurentur per ꝑces ꝛ
obſequia: vt officiū ptātis ſenatoris capita
nei ꝛ hiꝰ. nunquid ē peccatū? Rn̄deo ꝙ ſi
quis huiuſmōi appetat ꝛ q̄rat magis curās
de honore ꝛ lucro q̄ȝ de iuſticia ſeruāda ꝙ
talis peccaret. Similiter ſi ignorat ea q̄ ſpe
ctāt ad executionē debitaȝ dicti officij: nec
iuuari ꝑ aliū pōt. Similiter ſi paratus ē ſe
intromittere de his ad q̄ ſua ptās nō extēdi
tur q̄ȝuis ibi cōſueuerit fieri. puta ſi laicꝰ ve
lit de clericis iudicare vel de eccleſia diſpo
nere. qđ eis ꝓhibet̄. di. 96. ꝑ totū. Si āt ap
peteret quis illos gradꝰ zelo iuſticie ꝛ cari
tatis ꝓximoꝝ exigēte: nō rōne ꝓprij cōmo
di nō peccaret. Sȝ quis ē hic ꝛ laudabimus
eū? Ideo magnus erit numerꝰ dānatoruȝ.
¶ Q̄ ƺ abhominānda ē āmbitio: tū qꝛ īducit mlt̄
ta mala: tū qꝛ oīs iuſtꝰ illā fugit: tuȝ etiā qa
tollit q̄etē mentis. ¶ Capitulum tertium.

TErtiū myſteriū declarādū de am-
bitiōe dr̄ abominatio. Abominan-
dū q̄ppe ꝛ fugiēdū eſt hꝰmōi pctm̄
ꝓpter tria. ꝑ qꝛ multa crimina īducit. ſcđo
qꝛ oīs iuſtꝰ illā fugit: 3° qꝛ q̄etē mentis tol-
lit ¶ Pꝛīo ambitio multa crimina inducit.
Hoc maxie malū hȝ āmbitioſus ꝙ nec timet
deū: nec veret̄ hoīes: ſepe ꝛ libēter mētitur
adulat̄ ſepe ſimulat humilitatē īclinat̄ ꝯctis
ſeruus ē oīum ꝛ tributarius crudeliſſimus
ꝛ venenoſus qn̄qȝ ꝓpter āmbitionem etiā ſu-
is. Romulus q̄dē occidit fratrē Rhemum
vt ſolus regnaret. Julius ceſar Pōpeiū eſt
ſēper perſecutꝰ vſqȝ ad mortē cū q̄ plurima
bella geſſit cupiditate īperij. Abſalon ſuuȝ
p̄rem Dauid tēptauit pellē regno vt rex ipe
ꝑficeret̄. Et q̄d hiſtorias q̄rimꝰ qn̄ clara ſūt
oīa bella q̄ fuerūt i mūdo vſqȝ nūc? nec du
biū ē illa fuiſſe ꝓ maiori ꝑte ꝯfecta ex liuor̄
āpliādi dn̄ia. Propterea Ninus rex aſſirio
rū bellis vexauit ꝓuincias. ꝓpterea ma-
gnus Alexāder duxit exercitū extra patri
am cōtra dariū: īmo cōtra oēs reges orien
tales. Propterea martiales romani ſēꝑ fu
erūt i bello ab vrbe cōdita vſqȝ ad tēpora
Cōſtātini: habuerūtqȝ bella plurima aduer
ſus ſabinos ꝯtra volſcos coriolanos. veios
faliſcos. pelignos picentes. ſānites: tarenti-
nos carthaginēſes. hyſpanos. mitridatem.
egyptū. germanos. cymbros. ꝛ parthos. Et
vt breuiter dicā cōtra totū mundū. Et quiſ
enumeret q̄ȝtus hoīuȝ ſāguis in tot ꝑlijs ſit
effuſus? quot milia miliū ſint extincti. q̊t ci
uitates depopulate? q̊t violate ꝟgines: q̊t
vtriuſqȝ ſexus ꝑcio venūdati? O āmbitio tā
torū ſcelerū mater. o venenoſa radix ex q̄
facile prodit oīs facinoris germē. o bonorū
moꝝ diſſipatrix: o inimica iuſticie. o ſemina
trix odioꝝ. o fons oīs ſcādali. o cōfuſio reli-
gioſoꝝ. o turbatrix eccleſie. o ƺſolatrix ciui
tatū. o deniqȝ deſtructrix generis humani
Propter āmbitionē nāqȝ vix pōt aliq̄s ꝑ viā
rectā īcedere ꝛ qn̄qȝ īmo multotiēs q boni
credūtur ꝛ ſācti ꝓpter āmbitionē efficiuntur
reprobi ꝛ diaboli filij ¶ 2° abominanda eſt
ambitio: qꝛ quilibet iuſtus eā fugit. Dn̄s nr̄
ieſus xp̄us cū facto miraculo de quinqȝ pa
nibus voluiſſēt eū ſibi regem facē: aufugit
vt habet̄ Joh. 6. Moyſes cū eēt annorum
83. ꝛ mitteret̄ a dn̄o vt eēt dux populi iſrael
multū excuſauit ſe. d. ꝙ eēt impeditioris li
gue. Exo. 4. c. Hieremias cū mitteretur a
dn̄o: ꝛ conſtitueret̄ ſuper reges ꝛ regna ad
annūciādū ꝟbū ƺi ſubtrahebat ſe. d. ha. ha.
ha. dn̄e deus nr̄ neſcio loq. Hiere. i. c. Mar
cus euangeliſta vt ſacerdotio inhabil̄ eēt
āputauit ſibi policē. Gre. magnꝰ a clero ꝛ
populo acclamatus in papaȝ occulte fugit.
Ambroſiꝰ ne ꝓmoueret̄ in archiepiſcopum
magnā reſiſtētiam fecit. Et ſic oēs boni ꝛ iu
ſti viri ambitionē ſūt ƺteſtati. Tertio abo-
minānda eſt ambitio: qꝛ quietē mētis tollit.

Semper enim ambitiosi habēt ī corde ignē semper sūt in cogitationibus: semper in dsi derijs martyres nō dei sed principis tene/ brarum. Propterea Berñ. li. 3. de cōsidera tiōe ad Eugeniū. ait. O ambitio ābiētiū crux: quō oēs torques. omnib⁹ places? Nil acrius cruciat nil molesti⁹ īquietat nil tam apud miseros mortales celebri⁹ negocijs eius. Et idē ī sermoē. 40. Ambitio subtile malū secretū vir⁹ pestis occulta doli arti/ fex mater hypocrisis liuoris parēs vitioꝝ origo tinea sāctitatis excecatrix cordiū. hec ille. Propt̄ hec itaqꝫ oīa vitari debet ābi/ tio: ut sic obtineri possit ꝑ humilitatē diui/ na gratia ꝛ ī fine sēpiterna gloria: ī qua vi uit regnatqꝫ gloriosus deus per infinita se/ culorum secula. Amen.

Feria quita secūde hebdomade ī quadra gesima. de vitio vane glorie: quo labora/ bat diues ille damnatus: ꝛ qđ plurimū ti/ mere debēt penitētes: quia oriri solet ma/ xime ex operib⁹ bonis.

Sermo. 35.

Induebantur pur/ pura et bysso. Uerba sūt redēpto/ ris nostri originaliter. Lu ce. 15. c. ꝛ ī euangelio hodi erno. Audiuimus ex lecti one sācti euāgelij damna/ tū fuisse diuitem in īferno: nō quia diuitias possidebat sed quoniā male illis vtebatur. Erat enī crudelis proximis ꝛ Lazaro men dico cuius vlcera canes lingebāt animalia bruta. ipse homo nullā pietatē exhibebat. Cōstituerat finē suū ī copia bonorū tēpora liū: et propter illa superiorē nō cognoscebat deum. exaltabat seipsū et elatus corde cu/ piebat honorari. Et propterea induebat̄ pur pura ꝛ bysso gloriam querēs in excessiuo ornatu et immoderato. Et qm̄ plurimi sunt illius diuitis sequaces ꝛ imitatores ꝗ omne desiderium suū īflāmant ad hanc gloriam temporalē ianem et uacuam: idcirco in pre senti sermone de uane glorie vitio aliqua discutiemus de qua tria mysteria occurrūt declaranda.

Primum dicitur diffinitio.
Secundum detestatio.
Tertium generatio.

Quid sit uana gloria ꝛ quō differt a glo ria sancta que esse potest in bonis ꝛ virtuo sis et a gloria btā. Capitulum. j.

Primū mysteriū de vana gloria di citur diffinitio. ī q̄ quid sit uana glo ria videamus. Et Alex. in. 2. sūme diffinit eam sic. d. Uana gloria ē appetitus inordinatus ꝛ iordinata delectatio huma ne laudis. Naꝫ gloria claritatē quādā signi ficat. Uñ glorificari idē ē quod clarificari ut Aug⁹. dicit super Joh̄. Et Ambo. i li. de officiis. Gloria est clara cum laude no/ titia. Et Tullius in rhetoricis. Gloria ē fre quens de aliquo fama cum laude. Laus uero ut Ar. d. ꝑ. rhetoricoꝝ est sermo eluci/ dās magnitudinē uirtutis. Jdeo nomē glo/ rie importat manifestationē alicuius đ hoc quod apud hoīes decoꝝ videtur siue illud sit aliquod bonuꝫ spirituale siue temporale Possumus tamē ꝑ clariori intelligētia di/ stinguere triplicē gloriā. Prima dicitur be ata. Secūda sācta. Tertia. vana Prima ē gloria beata de qua in ps̄. Gloria et diui/ tie in domo eius. Et ps̄. 149. Exultabunt sancti in gloria. Et de hac diffusius loco suo dicemus. Secđa ē gloria sācta: ꝛ h̄ f̄m Tho. 2. 2. q. 132. est cū quis cognoscit bonū suum dignū lauđ ꝛ approbat illud cupiēs ab alijs laudari: aut ꝓpter diuinū honorē: aut ꝓpt̄ ꝓximorū salutē. Nā f̄m Alex. laudari ꝓpt̄ deū ꝛ propter bonū ꝓximi ñ ē aliud ꝙ deū laudari in nobis. Unde nō errat̄: sꝫ sācte ap petitur gloria cū virtuose viuitur ꝛ nō cōsti tuit̄ ibi finis. Ad hāc hortat̄ nos xp̄s dicēs Matth̄. 5. Sic luceat l. u. c. h. ut. ui. bo. opa u. ꝛ. glo. p. u. q. i. ce. ē Et. i. Corin. x. Sine of/ fensione estote iudeis ꝛ gentibus ꝛ ecclesie dei: sicut ꝛ ego oībus ꝑ oīa placeo: nō q̄rens qđ mihi vtile est. sed qđ multis: ut salui fiāt Et Ro. 12. Prouidentes bona nō tantū co rā deo: sed etiā corā oībus hoībus. ꝛ Eccle. 41. Curā habe de bono noīe. Et puer. 15. Fama bona īpinguat ossa. Et Ouidi⁹ li. de

tristibus. Denique nõ paruas aio dat gloria
vires. Et fecũda facit pectora laudis amor
Ideo. Aug⁹. in smõe de ɔfes. Solet moueꝛ
carissimi ꝙ dñs noster ihs xp̃s in smõe euã
gelico cũ prius dixisset. Luceat lux vestra
corã hoĩbus vt videãt vestra opera bona ꝛ
glorificẽt patrem vestrũ q̄ ĩ celis est. postea
dixit. Attẽdite ne iusticiã vestrã faciatis co
rã hoĩbus vt videamini ab eis. Turbat. n.
mẽs parũ intelligẽtis ꝛ p̃cepto vtrique obau
dire cupientis ꝛ p̄ diuersa ꝛ aduersa disten-
ditur. Tã nemo enĩ põt q̃uis vni dño obtẽ
perare repugnantia iubenti q̃ nemo põt ẽt
duobus dñis suire. qδ codẽ sermone salua
tor ipse testatus est. Quid g̊ faciat animus
nutãs cũ se obtẽperare nõ posse existimat: ꝛ
nõ obtẽperare formidat? Si enĩ opa sua in
luce posuerit hominibus intuẽda vt faciat
qδ p̃ceptũ ẽ. Luceat lux vestra corã hoib⁹
reũ se teneri arbitrabiꝛ quasi cõtra p̃ceptũ
fecerit: vbi diciꝛ. Attẽdite ne iusticiam ve
strã faciatis corã hominibus vt videamini
ab eis. Qui autem recte intelligit vtrunque
implet ꝛ seruiet vni verissimo dño qui suuꝫ
pigrũ nõ damnaret si ea que nullo mõ pote
rat imperaret. hec ille. Et ibi ɔcludit dicẽs
Intentio q̄ppe cordis humani quo dirigaꝛ
ꝛ quid expectet intuendum est. Ex quibus
omnibus colligiꝛ ꝙ nõ sunt virtutis opera
pretermittẽda quoniã ad illa sequitur laus
multorũ ꝛ redundãt in virtuosoꝝ famã: dũ-
modo ibi intentio non cõstituat finẽ suum.

Tertia est gloria vana que secũdũ Alex. ꝛ
Boñ. vbi. s. põt esse triplex. Primo ex p̄te
rei pro qua quis gloriã querit. vtputa si q̄s
gloriam quereret de sapiẽtia quã nõ habet
ꝛ huiusmodi. vel de eo quod est peccatum.
Propter qδ in p̊s dicitur. Quid gloriaris ĩ
malicia? Uel cũ querit gloriam de eo quod
nõ est gloria dignum: vt de diuitijs. de pul
chritudine. δ dominijs ꝛ huiusmodi. de q̄b⁹
non est gloriandũ eo ꝙ transitoria sunt ca
duca ꝛ vana. Unde Esa. i. dicitur. Omnis
caro fenum: ꝛ omnis gloria eius quasi flos
agri. Secundo gloria est vana ex parte
eius a quo quis gloriam querit. puta ab ho
mine principaliter cuius iudicium non est
rectum. Unde in psalmo. Maledicta ossa
eorum qui hominibus placent. supple cum
ponitur ibi finis. Tertia gloria est vana ex
parte ei⁹ qui gloriam appetit: qui videlicet
appetitum glorie sue non refert in debi-
tum finem: puta ad honorem dei ꝛ proximi
saluteꝫ. Naꝫ omnis gloria finaliter ad deũ
est referenda. Unde Dauid in p̊s. Non no-
bis domine non nobis sed nomini tuo da
gloriam. Et christus Joh. io. Ego gloriam
meã non quero. Si ego gloriaꝫ meam q̄ro
gloria mea nihil est.

Qδ fugienda ẽ vana gloria tũ quia p̄ illã
offenditur deus: tum quia homo per eam
spiritualiter infatuatur: tum etiã quia oẽs
iusti ipsam conati sunt vitare. Captm. z.

Secundum mysterium declarandũ
de vana gloria dicitur detestatio.
Est siquidem vitium graue ꝛ de-
testabile propter tria. Primo propter offen
sionem. Secundo propter infatuationem
Tertio propter exemplationem. Primo
vanagloria est vitium graue ꝛ detestabile
propter offensionem: quia per illam offendi
tur deus. Notandum autẽ secundũ Boñ.
vbi supra. ꝙ aliquando est peccatum veni
ale. aliquãdo mortale. Ueniale ẽ cum ex su
bito motu trahitur animus ad propriã lau-
dem ꝛ gaudet de bona hominum opinione:
tñ cũ ratio excitatur statim reprimit ꝛ subij
cit motum illum recognoscens deum ꝛ illi
se humilians. Difficile nãque est primis moti-
bus glorie vt nõ veniant posse resistere: q̄a
vt dicit. Seneca ad Lucillũ. Nulla est taꝫ
excelsa virtus que dulcedine glorie ñ tan-
gatur. ꝛ Hieronymus ad Sabinianũ. Na
turali ducimur malo ꝛ adulatorib⁹ nostris
libenter fauemus. ꝛ q̃q̃ respondeam⁹ nos
indignos ꝛ calidus rubor ora perfudant: tñ
ad laudem suam intrinsecus letatur anim⁹
Et Criso⁹. d. super Math. Cum cetera vi
tia locum habebant in seruis diaboli; ina-
nis gloria locum etiam habet in seruis xp̃i.
Si ergo amor humãe glorie q̃uis sit inanis
non repugnat caritati neque q̃tum ad id de
q̊ est gloria: neque q̃tum ad intentionem glo
riam querentis non est peccatũ mortale: sꝫ

veniale. Peccatum autem mortale est va-
na gloria quando contrariatur caritati dei
dupliciter. Uno modo ratione materie
de qua quis gloriatur: vtputa de aliquo
falso qđ cōtrariatᷣ diuine reuerētie. ſm illđ
Ezech. 28. Eleuatū ē cor tuū ⁊ dixisti. De⁹
ego sū. Uel cū qs bonū tpale de q̄ gl'iatᷣ pre
fert deo. aut etiā cū qs prefert testimonium
hominū testimonio dei. sicut cōtra quosdaȝ
dr̄ Joh. 12: Qui dilexerūt magis gl'iam ho
minū q̄ȝ gl'iam dei. Alio mō cōtrariatᷣ cari-
tati ex pte ipsius gloriātis qui intētionē suā
refert ad gloriam tanq̄ȝ ad vltimū fineȝ ad
quē etiā ordinat virtutis opa: ⁊ ꝓ illo cōse-
quēdo nō p̄termittit facere etiā ea q̄ sūt cō
tra deū. Sic faciebāt antiqui romani de q-
bus dicit. Aug⁹. 5. de ciui dei. c. 12. Ueteresᷣ
igitᷣ primiq̄ȝ romani q̄ȝtū eorū docet ⁊ com-
mēdat historia q̄ȝuis vt alie gētes excepta
vna populi hebreoꝝ falsos deos colerent ⁊
nō deo victimas: sȝ demoniis imolarēt: ta-
mē laudis auidi pecunie liberales erāt: glo
riā ingentē diuitias honestas volebāt. Hāc
ardentissime dilexerūt: propᷣ hāc viuerᷣ vo
luerūt. ꝓ hac mori n̄ dubitauerūt: ceteras
cupiditates hui⁹ vni⁹ ingēti cupiditate pres
serūt. hec ille. ⸿ 2°. vana gl'ia ē vitiū graue
⁊ detestabile rōne infatuatiōis: q2 in hoc vi
tio magna est fatuitas. quā dn̄s explicauit.
⸿ Math. 25. in parabola de decē v̄ginibus
quaꝝ quinq̄ȝ erāt fatue: ⁊ q̄nq̄ȝ prudentes.
Et prudētes intrauerūt cū spōso ad nupti-
as: fatue vo lȝ essēt v̄gines: q2 tn̄ oleū re-
cte ītētiōis ad di gloriā nō habebāt: excluse
fuerūt a spōso. Pro qb⁹ dicit Gre. in omel.
Sepe vos fratres carissimi admoneo pra-
ua opa fugere: mūdi hui⁹ inquinamēta de
uitare: sȝ hodierna sci euāgelii lectiōe com
pellor dicere. vt ⁊ bona q̄ agitis cū magna
cautela timeatis: ne per hoc qđ a vobis re-
ctū geritᷣ: fauor aut gratia humana requirᷣ:
ne appetitus laudis subrepat: ⁊ quod foris
ostēditur int⁹ a mercede euacuetᷣ. Ecce enī
redēptoris voce decē v̄gines ⁊ oēs dicunᷣ
v̄gies. ⁊ tn̄ intra btitudinis ianuam nō oēs
recepte: q2 earū quedā dū de v̄ginitate sua
gloriā foris expetūt oleū in vasis suis habe
re noluerūt. 3°. detestabilie ē ⁊ graue vitiū
vane glorie ꝓpter exēplationē. Oēs qdeȝ
sci dederūt nobis exēplū vanā gloriā fugiē
di: vt patet ī eorū gestis. Cicero etiā. 1. de of
ficiis. d. Cauēda est glorie cupiditas Eripit
enī animi libertatē: ꝓ qua magnanimis vi
ris omnis debet eē ꝯtēptio. i. cōtēptus. Le
gimus ī vitis patꝝ q̄ cū qdā senex in spelū
ca requiesceret rogatus ē multis p̄cib⁹ a quo
dā seculari vt veniret oratione facturus su
per filiū suū defunctū. Cūq̄ȝ ille iret occur-
rerūt multi cū lampadib⁹ ī eius occursū: q2
homo sanctus erat. Quod cum percepisset
senex finxit se esse stultum ⁊ expolians vesti
menta sua in flumen descendit ⁊ stans laua
bat ea nudus. Secularis autem ille erube
scens dixit populo. Reuertimini. senex no-
ster infatuatus est. Et veniens ad seneȝ in-
terrogauit eum. d. Quare sic fecisti: qa oēs
dicunt: demoniuȝ habet senex: Qui respō
dit. Et ego volebam hoc audire. ⁊ sic rediit
in speluncam suam. Similiter fecit beatus
frater iuniperus: de quo sepius sanctus frā
ciscus dicebat. Utinam multi essent tales
iuniperi in hortis nostris. Cū ergo semel p̄-
fatus iret romam ⁊ multi obuiā ei venirēt
propter famam sanctitatis sue. eos declina
re volens iunxit se ad ludendum cum vno
puero ad vnam tabulam: que duȝ leuaba-
tur de vno capite deprimebatur in alio.
⸿ Quod illi videntes reputarunt eum leueȝ
⁊ fatuum. Ipse vero sub illa specie vanam
gloriam euitauit.

⸿ Qꝛ ex vana gloria generantur septē pec cata que dicunᷣ septem eius filie. Cap. 3.

Tertium mysterium declarandum
de vana gloria dicitur generatio.
Secundū enim Grego. 31. moralᷣ.
Inanis gloria generat septem filias. prima
est iactantia: secunda est presumptio nouita
tum. tertia hypocrisis. quarta pertinacia.
quinta discordia. sexta contentio. septima
inobedientia. Naȝ vt dicit Tho. vbi supra.
Uitia illa que de se nata sunt ordinari ad fi
nē alicui⁹ vitii capitalis dicunᷣ filie eius.
Finis aūt īanis gl'ie ē manifestatio proprie
excellētie ad quā pōt hō tendere dupliciter
Uno mō directe alio mō īdirecte: directe
siue ꝑ verba: ⁊ sic est iactātia: siue per facta
⁊ si sint hn̄tia aliq̄ȝ admiratōeȝ: ē p̄sumptio
nouitatū quas hoīes solēt magis admirari

Si autē facta sint simpliciť: sic ē hypocrisis Alio mō nitiť qs māifestare suā excellētiaȝ indirecte oñdēdo se nō esse alio minorē: ⁊ h̄ quadrupliciter. p̊ q̄tum ad intentioneȝ. ⁊ sic est ptinacia p quā hō nimis innititur sue sciētie nolēs crederī meliori. Scđo q̄tū ad volūtatē ⁊ sic ē discordia dū nō vult a ppa volūtate: discedē vt alijs cōcordet. Tertio q̄ȝtū ad locutionē: ⁊ sic ē cōtētio: dū aliquis verbis clamorosis cōtra aliquē litigat. 4°. quātū ad factū. ⁊ sic ē inobediētia: dū. s. aliquis nō vult exequi supioris p̄ceptū. Nos aūt tres tm̄ filias primas. s. tria peccata declarabimus. Primū ē iactātia. Scđm nouitatuȝ p̄sumptio. Tertiuȝ hypocrisis. Primuȝ est iactātia de qua dicit. Ari. in. 4. ethicoruȝ ꝙ ē ostētatio proprie laudis cum veritas nō suadet. Nā sicut cū aliquis a longe vult iactare aliquid manuȝ in altum leuat ita qui cupit se laudare v̄bis in altuȝ extollit. Contra ꝙ diciť pv̄. 27. Laudet te alienus ⁊ nō os tuuȝ: extraneus ⁊ nō labia tua. Et Tullius in p̊ de officijs ait. Turpe ē de seipso p̄dicare presertī falsa. Notāduȝ tñ ꝙ aliquis pōt seipsū laudare tripliceř: p̊ meritorie. Scđo venialiť. Tertio mortaliter.

Primo meritorie. ⁊ hoc adhuc tripliciter aut propter caritatem dei: aut propter caritatem proximi. aut propter caritatem sui.

Primo ppter caritatem dei. cuȝ. s. quis bona propria laudat nō ppter iactātiā: sed vt pro illis referat gratias deo sicut gloriosissima v̄go in cātico suo dicebat. Luc. 2. qr fec. hu. a. s. e. e. ex. h. b. m. d. o. g. ga. f. m. m. q. p. e. ⁊. s. n. eius. Htc ē qđ Cyprian⁹ ī epistola ad Donatum ait. Odiosa iactatio ē q̄uis n̄ [illegible]tatū eē possit sed gratū quicqd non hois v̄tuti ascribitur: sed đ dei munere p̄dicatur

Scđo pōt aliquis cū merito laudare seipsū ppter pximi caritatē. Est enī q̄nqȝ necessariū ad reprimēdas detractiōes ⁊ falsas criminationes maloꝝ p fame proprie cōs̄uatione enarrare suas virtutes. qr vt scribitur. 6. q. i. c. Sūt plurimi. Uex manifestū ē diabolū qui sič leo rugiens circuit querens quē deuoret cordibus plebium suadere vt doctoribus suis atqȝ pastoribus detrahant vt plebes languescētes nō tenētibus pastoribus frena earū lasciuiant atqȝ ī ima ruāt. Jō Aug. 12. q. i. c. nolo. dicebat. Conscientia necessaria ē mihi fama pximo. In s̄mone quodā q legiť in festo eiusdē ipse ait. Caritati vestre de nobis ipsis hodie sermo reddēdus est. Quia enī vt ait apostol⁹. Spectaculum facti sumus mūdo ⁊ angelis ⁊ hominibus. Qui nos amāt q̄runt quid laudēt in nobis. Qui nos oderūt q̄rūt qd detrahant nobis. Nos aūt in vtroqȝ medio cōstituti ⁊ vitā ⁊ famā deo adiuuāte sic custodire đbemus: vt nō erubescant de detractorib⁹ laudatores. Et pau. 2. Cor. xi. ⁊. 12. c. mľtis laudibus predicat seipsū nō ppter inanē gloriā: sed propter Corinthioꝝ salutē. Nam vt inquit Hierony. in argumēto in epistola ad Corinthios. Corinthij sunt achaici. ⁊ hi ab apostolo audierunt verba veritatis ⁊ subuersi sūt multipharie a falsis apostolis. Quidā a philosophie verbosa eloquentia. alij a secta iudaice legis inducti. Hos reuocabat apostolus ad veram et euangelicam sapiētiam. hec ille. Quoniam v̄o multi illorum multa dixerūt Paulo detrahēdo: ex opposito ipse mľta loquiť seipsū laudādo.

3° potest quis cū merito laudare seipsū propter caritatē sui: ut cōsoleť seipsū. quādo ē ī aliq̄ tribulatiōe posit⁹: sič dicebat Job. 29. c. de se loquēs cū amicis suis. Oculus fui ceco ⁊ pes claudo pater erā pauperū.

3° potest qs laudare se venialiter: cū aliqua de se dicit ex quadā animi leuitate que nō sūt contra caritatē dei nec proximi.

3° potest quis laudaŕ se mortaliter. ⁊ hoc est secūduȝ Tho. 2. 2. q. 112. ⁊ s̄m Alex. in. 2. sūme. cum qs laudat se de eo qđ est cōtra gloriā dei: ut puta de aliquo pctō mortali etiā si dicať veritas. aut cū qs nimis supbe pfert de se falsa ut đcipiat proximos uel causa cupiditatis uel glorie: aut cū qs refert aliqua de se ī expressā proximi cōtumeliā sicut faciebat. goliath primo reguȝ. 17. qui dicebat. Ego exprobraui agminibus israel hodie. Et sicut peccatum est his modis iactantia: ita etiaȝ et ironia que est cū quis de se minora dicit ut reputetur bonus. Quod secundum Tho. 2. 2. q. 113. potest dupliciter fieri. Uno modo cum ueritate ut si quis est ignorans

⁊ huiuſmodi:⁊ ſic nõ ē peccatum niſi per ali
cuius circūſtātie corruptionē. Alio modo
cum falſitate.cū aliquis dicit illud quod in
ſe nec recognoſcit nec credit:ut ſi vir doct⁹
dicat ſe īdoctū:aut fortis dicat ſe eſſe debi
lem ⁊ ſimilia:et ſic pertinet ad peccatū. Vñ
Aug⁹.22.q.2.c.cū humilitatis. Cū humili
tatis cauſa mentiris ſi non eras peccōr ante
q̄ꝫ mentireris:mentiendo efficeris quod vi
taſti. Ueritas non eſt in te niſi ita te dixeris
peccatorez ut etiam eſſe cognoſcas. Et idē
ī.c.nõ ita. Nõ ita caueat̄ arrogātia ut ueri
tas relinquatur. Et Greg⁹.ibidē in.c.incau
ti.ait. Incauti ſūt humiles qui ſe mētiendo
illaqueant.hec ille. Debet tamen vnuſquiſ
qꝫ ſemper eſtimare ſe peccatorez: ⁊ ſi non
inueniat peccata de quibus poſſit ſe excu/
ſare ſaltem ſciat ꝙ nullus põt deo ita perfe
cte fuire quin in aliquo deficiat. Propte/
rea dicitur diſ.5.i.c.ad eius. Bonarum mē
tium eſt ibi culpam timere vbi culpa nõ eſt
Secundum peccatuꝫ quod ex uana gloria
naſcitur eſt preſūptio nouitatum. Et con/
ſiſtit in hoc ꝙ aliquis ī actibus exteriori
b⁹ aliquid inconſuetum facit ſine cauſa ra
tionabili. Sic ſūt īuētores nouitatū q no/
uos modos aut cerimonias ſm ſuū caput
ī dei cultu aut ī diuinis officijs adīueniūt
Pro quib⁹ dicitur.2.q.5.c.ↄſuluiſti Quod
ſanctorū patrum documēto ſancitum non
eſt:ſupſtitioſa adinuentione non eſt preſu/
mendum. Sic ſunt inuentores nouitatum
clerici qui in officiādo obmiſſis antiphonis
ut placeant populo cantāt diaboli cantica
ī qb⁹ omnia ſunt uana mundana atqꝫ laſci
ua:⁊ gloriantur ī ſuo cantu artificioſo ⁊ mo
dulato. Cōtra quos ē.c.cū āt.⁊.c. cantātes.
82.diſ.in c. vero in ſancta. Grego.ait. Deū
manibus ſtimulat ideſt ad irā prouocat q
populū uocibus delectat. Sunt īuentores
nouitatū religioſi qui non contenti cōmu/
nibus ordinationibus aliquid ſingulariter
agere uolūt in orando comedendo loquen
do.et in alijs auſteritatibus ut pre ceteris
reputētur. Sed tales confuſi remanēt niſi
ſpeciali inſtinctu moueantur.ſicut Domini
cus et Franciſcus ⁊ alii. Sunt et q̄ꝫplures
alij ī quolibet genere hominū etiā ⁊ mulieꝝ
qui propter ſuperbiam preſumūt ſemper ut
ſingulares uideātur adīuenire noua. Ter
tium peccatum quod ex vana gloria naſci
tur eſt hypocriſis. Et ut dicit Iſidorus ethi
moli. ¶ Hypocrita greco ſermone in lati/
no ſimulator interpretatur qui dū intus eſt
malus bonū ſe palā oñdit.nā in eo eſt defe
ctus ſcītatis ⁊ bonitatis:⁊ tamen ſimulat
ipſaꝫ. Alex.in.2. Hypocriſis eſt amor appa
rētis bonitatis propter ſe. Hoc vitium ma
ledictum impugnatur a tribus.primo a phi
loſophis.2° a ſcis.3° a xp̄o.prīo a phis: Scri
bit enim Ar.i.elēcorum. Quibuſdam ē ma
gis operepreciũ videri eſſe ſapientes q̄ꝫ
eſſe et nõ videri. Et Señ ad Lucilluꝫ. Qđ
loquimur ſentiam⁹:cōcordet ſermo cū vita
Et idem ad eundem. Uirtutem bona ſequi
tur fide qui ſe non exornat et pingit. Sed
idem ſiue ex denudato uideatur ſiue impe/
rat⁹ ac ſubito nihil ſimulando proficit. Ue
ritas in omnem partē ſui eadē ē. Et ideꝫ ad
eundem. Multomagis ad rē pertinet qua
lis tibi q̄ꝫ qualis alijs uidearis. Et idē ibidē
Malum ubi ſe bonū ſimulat tūc ē peſſimū.
Et iterum ad eundē. Illud te admoneo ne
eorum more qui non proficere ſed conſpici
cupiunt facias aliqua que ī habitu tuo aut
genere uite nobilia ſint. Et Tulli⁹.in li.de
offi. Totius iniuſtitie nulla capitalior ē q̄ꝫ
eorum qui cum maxime fallunt id agunt:
ut boni uiri eſſe uideantur. Et iterum in eo
dem li. Ficta omnia celeriter tanquā flo/
ſculi decidunt:nec ſimulatum quicquam
poteſt eſſe diuturnum. Et Oratius. Nun/
quam te fallāt aī ſub uulpe latētes. Impia
ſub dulci melle uenena latēt. ¶ 2° reproba
tur et impugnat̄ hypochriſis a doctorib⁹ ⁊
ſcis. Vñ ſapiens Ecc.i.ait Ne fueris hypo
crita in cōſpectu hominū. Et Job.8. Spes
hypocrite peribit. Et.20. Gaudium hypo
crite inſtar puncti. Et Eſa.9. Omnis hypo
crita eſt nequam. Et Auguſtin⁹. ſuper ps
63.ſimulata equitas non eſt equitas:ſed du
plex iniquitas:quia et iniquitas ⁊ ſimula/
tio. Et Chriſo⁹ ſuper Math. Nulla res ſic
exterminat bonum ſicut ſimulatio. Nā ma

lum sub specie boni celatum dum non co/ gnoscitur non cauetur. Et Petrus rauenn. in quodam sermone. Hypocrisis subtile malum secretum virus venenum latens tinea sanctitatis. Tertio reprobatur hypocrisis a domino iesu xpo quem sepe inuenimus contra hypocrisim reclamasse. Unde matth. 5. dixit Cum facis elemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciunt. Et Matth. 6. c. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. et Math. 23. Ueh vob scribe et pharisei hypocrite qui clauditis regnum celorum ante homines. Uos enim non introitis nec introeuntes sinitis intrare. Quod dictum est eo quod scribe erant doctores legis et pharisei erant religiosi apparentes boni: existentes mali. quibus similes sunt hodie multi. Et pro his. d. Augustinus. 83. di. in. c. nemo. Nemo nocet in ecclesia amplius quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis et sacerdotis habet. Et iterum Matth. 23. xps ait. Ueh vobis scribe et pharisei hypocrite qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes. Istis similes sunt hodie qui promittunt dicere missas et psalteria. et plures orationes vt accipiant bona aliorum. Et iterum subdit xpus. Ueh vobis scribe et pharisei hypocrite qui circuitis mare et aridam vt faciatis vnum proselitum et cum factus fuerit facitis eum filium gehenne duplo quam uos. Proselitus dicebatur qui ex gentilitate conuertebatur ad iudaismum ad quod multum pharisei laborabant propter inanem gloriam. sicut hodie faciunt multi religiosi et predicatores qui passim et indistincte induunt habitum religionis vel tertij ordinis quoscunque viros vel mulieres et multiplicant gentem: sed non magnificant leticiam. Et iterum xpus ibi dicit. Ueh vobis scribe et pharisei hypocrite qui decimatis mentam et anetum et cyminum: et reliquistis que grauiora sunt legis. iudicium et misericordiam et fidem. Similes sunt hodie illi qui curant de quibusdam leuibus: vtputa fratres minores magnum peccatum reputantes si quis propter necessitate portaret duas tunicas aut ferret calciamenta et similia. et tamen de odio proximi: de iudicijs falsis: de detractionibus venenosis. de liuore inuidie: de fastu arrogantie: de spiritu presumptionis: de ambitione honoris et huiusmodi. aut nihil aut parum curant. Sequitur ibi xps. Ueh vobis scribe et pharisei hypocrite qui mundatis quod deforis est calicis et paropsidis: intus autem pleni estis immundicia et dolo. Et iterum ibi. Ueh vobis scribe et pharisei hypocrite qui similes estis sepulchris dealbatis que foris parent hominibus speciosa. intus vero plena sunt ossibus mortuorum: et omni spurcitia. Et iterum. Ueh vobis scribe et pharisei hypocrite qui edificatis monumenta prophetarum. patres autem vestri occiderunt illos. Ex quibus omnibus habetur quam acriter quamque duriter propter hypocrisim increpabat phariseos xpus. Modernis autem temporibus o quanta diceret si nunc sicut tunc conuersaretur in terra. Et quis explicet quantus sit hodie hypocritarum numerus: quanta vitia peccata et scandala sub specie sanctitatis et bonitatis sunt. O deus meus tu vides omnia. Facile est decipere indoctas plebes que exteriora tantum considerant. Sed tu intueris et penetras etiam intima cordis. Audeo dicere quod in die iudicij multi qui nunc creduntur boni. iusti. sobrii. continentes. amatores paupertatis: puri: recti: et simplices: videbuntur in societate damnatorum propter maliciam incontinentiam lasciuiam. castimargiam. cupiditatem. et alia peccata que nunc hominibus abscondita sunt. tunc vero omnibus fient nota. O Hypocrite antichristi discipuli qui ideo ad perpetranda multa facinora estis prompti atque securi eo quod populus illa non videt: immo sanctos esse vos arbitratur. Ecce in celo testis omnium nostrum deus noster cui nihil est absconditum. Hinc Seneca ad Lucillum dicit. Quid prodest aliquid ab homine esse secretum? Nihil deo clausum est. Idcirco omnis hypocrisis est reijcienda: viuendumque recte atque humiliter: quoniam deus humilibus hic dat gratiam et in futuro sempiternam gloriam: in qua viuit et regnat per eterna secula. Amen.

¶ Feria sexta secūde hebdomade ī q̄drage sima. de iobediētia ꝑpter quā deus merito indignatur contra ipsos inobediētes ꝛ suorū p̄ceptoꝝ transgressores. ¶ Sermo. 36.

Auferetur a vobis regnuꝫ dei: ꝛ dabit᷑ genti facienti fructus eius. Uerba sunt saluatoris nostri origialit᷑ Math. xxi. c. ꝛ in euāgelio hodierno. Irascit᷑ valde omnipotēs de⁹ cōtra elatos superbos ꝛ iobediētes hoīes. Et cū eos absq̄ fructu humilitatis ꝛ bonoꝝ opeꝝ īuenit: merito suis bñficijs ꝑuatos ī eternū supplicīu cōdēnat. Hoc mystice innuit̄ in lectione sci euāgelij in q̄ xp̄s sapiētissim⁹ phariseos idu᷑xit vt sniam ferrēt cōtra malos agricolas: q patrisfamilias nō dederūt fructum vi nee ī tpe suo. Dixerūt aūt q̄ malos male ꝑdet. At ꝛ ipse ih̄s supaddidit q̄ regnum dei eēt auferēdū ab illis q superbissimi erāt ꝛ inflati vane glorie vento: ob quā sine fructu vere obediētie legis dei viuebāt. Qm̄ aūt hec pestis viruléta iobediētie iā inuasit multos cū ipsa sit vnū ex pctis descēdētib⁹ a vana gloria: ꝛ ꝑpt̄ ipsā de⁹ aufert ab hoīb⁹ regnū gr̄e et glorie sue: idcirco in hoc sermone de ea erimus tractaturi. Distinguemus auteꝫ triplicem inobedientiam.

¶ Prima dicitur prothoplastorum.
¶ Secunda religiosorum.
¶ Tertia excommunicatorum.

¶ De inobedientia primorum parentum ꝑpter quam abstulit eis deus plurima beneficia que contulerat. ꝛ acriter puniuit pena multiplici. Capitulum primum.

Prima est inhobedientia prothoplastorum siue primorū parentū ꝑ qua deus abstulit eis regnū suuꝫ. i. gratiā suam ꝛ beneficia illa quibus eos priuauit qn̄ illos eiecit post peccatū de terrestri paradiso. Ad qd̄ plenius intelligendū cōsiderem⁹ de illa inobediētia tria. p̄ veritatē 2° grauitatē. 3° penalitatē. ¶ Primo consideremus veritatē. Pro qua disputandū est. vtrū primoꝝ parentū peccatū fuit iobediētia. Et q̄ sic. pꝫ ꝑ auctoritates scripture. Un̄ apl's Ro. 5. ait. Per unius hoīs inobedientiā peccatores cōstituti sunt multi. ꝛ ꝑ vni⁹ obedientiā iusti cōstituent̄ multi. Et Aug⁹. in li. de vera religione. Adā ꝑpter trāsgressioneꝫ obedientie de padiso eiectus est. Et ideꝫ sup Gen̄. ad litterā. Nō potuit melius ꝛ diligentius cōmendari quantuꝫ malū sit sola inobedientia. cū ideo reus iniquitatis factus est hō: qꝛ eam rem tetigit ꝯ ꝓhibitionem quā si nō prohibitus tetigisset nō vtiq̄ peccasset. Et idē li. 4. de ci. dei. c. 12. Nō debet existimare quisquā leue ac puum illud fuisse cōmissum: qꝛ in esca factū est: non quidem mala nec noxia nisi qꝛ ꝓhibita. Nec. n. quicq̄ mali deus in illa tante felicitatis paradiso crearet atq̄ plantaret. Sed obediētia cōmendata est in precepto. Que virt⁹ ī creatura rationabili mater ē quodāmodo omnium custosq̄ virtutū. Hoc itaq̄ de vno cibi genere nō edēdo vbi alioꝝ tanta copia subiacebat tam leue p̄ceptū ad obseruandū: tā breue ad memoria retinendū p̄sertim cum nondū volūtati cupiditas resistebat. Quod de pena transgressionis postea subsecutum est tanto maiore iniusticia violatum est quāto faciliore posset obseruātia custodiri. Confirmari etiam potest quod dictum est. quia primi parentes propter inobedientiam originali iusticia sunt priuati. Inde Gen̄. 3. dixit deus Ade. Quis indicauit tibi q̄ nudus esses nisi qꝛ de ligno de quo preceperam tibi ne comederes: comedisti? Sed ꝯtra pōt quis arguere. Primo q̄ peccatū illud fuit superbia. Nam Ecc. 10. dicit᷑. Initium om̄is peccati superbia est. Et eiusdeꝫ. 25. c. A muliere sumpsit initiū omnis perditio. Et aug⁹ in li. de virginitate. Diabolus in celo voluit esse sicut deus: cadens autem persuasit homini similitudinem voluntatis sue. ¶ Secundo arguitur q̄ peccatum illud fuit auaricia largo modo sumpta. Secundum enim Gregoriuꝫ. super Ezechielem. Auaricia non tantum pecunie est: sed etiam sciencie ꝛ altitudinis. Sed mulier appetijt sciētiam qn̄ diabolus dixit ei. Eritis sicut dii sciētes bonum ꝛ malum. ergo peccatuꝫ id fuit auaritia. ¶ Tertio arguitur q̄ peccatum illud fuit gulla: quia comederunt pomū ligni vetiti. Et ambr. d. 35. di. c. sexto dic. Gulla re

gnāte a paradiſo expulit. Et Hieronymus
ꝯ Iouinianuꝫ. Sollicite ꝓuidendū ē: vt q̊s
ſaturitas a paradiſo expulit: eſuries redu-
cat. Rn̄det Bon̄. di. 22. 2. li. ꝙ principale
pccū̄ꝫ hominis per quod lapſus eſt: fuit ino-
bedientia. Et ad hanc diabolus conatus ē
illum adducere. Sꝫ qm̄ nemo operat̄ aliqđ
malum aſpiciens: nec appetit maluꝫ niſi ſb
ſpecie boni. Iō clare deprehēdēs diabolus
qđ nō poſſet mulierē p̄cipitare niſi propo-
neret aliquod appetibile: illa temptando
ꝓpoſuit ad que oīs homo naturaliter incli-
natur. Naturaliter autē omnis hō appetit
beatitudineꝫ: que ē bonū glorioſū copioſū
⁊ delicioſum: vn̄ omnis homo naturalit̄ ap
petit excellētiā ſufficientiam ⁊ leticiā. Et in
ordinato appetitu taliū conſiſtit iuſticia: in
īmoderato vero culpa. Gula eni eſt inordi
natus appetitus cibi ſuauiter reficientis.
Auaritia ē iordinatus appetitus ſufficien-
tie. Superbia eſt īmoderatus appetitꝰ ex-
cellentie. Diabolus ergo primo ꝓmiſit mu
lieri dignitatis excellentiā cū dixit. Eritis
ſicut dij. 2° ſubiunxit cognitionis abundan
tiā cū dixit. Scientes bonum ⁊ malū. Po-
ſtremo ſubiunxit ſuauitatis experientiā cū
oſtēdit lignū pulchrum viſu ⁊ ad veſcendū
ſuaue. Quia ergo mulier diabolice ſugge-
ſtioni conſenſit in appetendo primo eſſe ſic̄
deus: fuit ſuperba. Deinde appetendo ſcire
bonum ⁊ malū: fuit auara. Poſtremo ī ex
periendo ſuauitatē ligni vetiti: fuit gulloſa.
Et in hoc fuit tranſgreſſionis rea ⁊ iobedi-
entie culpa inuoluta. Nec ē inconueniens
plura genera peccatoꝝ ſm̄ ꝓgreſſū ꝯcurre
re ad vnū flagitiū ꝑpetrādū. hec Bon̄. Ex
cuius verbis accipimus ꝙ primi parentes
ꝑ iobedientiā deliquerūt. ¶ 2° cōſideremꝰ
de inobediētia primoꝝ parentū grauitatē
Utrū. ſ. fuerit peccatū eoruꝫ grauiſſimum
oīm pccōꝝ. Ad qđ rn̄det dn̄s Bon̄. di. 21. 2.
li. ⁊. 33. in declaratione littere. d. ꝙ vnū pec-
catū pōt dici grauius altero duodeciꝫ mo-
dis. ¶ pmō cauſalitate: ⁊ ſic peccatuꝫ dia-
boli dicitur eſſe maximū aliorū: cuiꝰ īuidia
mors intrauit in orbem terraꝝ. ¶ 2° modo
enormitate: ⁊ ſic pccm̄ Iude dicit eſſe maxi
mū eo ꝙ vendidit xp̄m. ¶ 3° mō ingratitu-
dine ⁊ ſic peccatū illius dr̄ eſſe maius ꝗ plu
ra ꝑcipit dona ⁊ bn̄ficia. ¶ 4° modo pericu
loſitate: ⁊ ſic peccatū ignorātie dicit ēē ma
ximū qꝛ ꝑiculoſū. ¶ 5° modo iſeparabilitate:
⁊ ſic peccatū cupiditatis dicitur eſſe maxi-
muꝫ: qꝛ cū cetera vitia ſeneſcēte homine ſe
neſcant ſola auaritia iuueneſcit. ¶ 6° īpor-
tunitate: ⁊ ſic ſuperbia dicitur eſſe maximū
qꝛ etiā ex ipſis bonis operibus cōſurgit. 7°
modo pronitate: ⁊ ſic luxuria dicitur ēē ma
ximū ad quā homines magis ſunt ꝓni ¶ 8°
modo maioris gratie īpugnatione: ⁊ ſic pec
catum in ſpūꝫ ſcm̄ dicitur eſſe maximum.
¶ 9° modo ratione maioris offenſe: ⁊ ſic pec
catū idolatrie dicitur ē maximū. 10° modo
rōne maioris improbitatis atqꝫ libidinis. ⁊
ſic cuiuſcūqꝫ generis peccatum poteſt fieri
maiꝰ altero. ¶ xi° modo generalitate: ⁊ ſic
peccatum primi parentis dicitur fuiſſe ma-
ius: qꝛ in totum genus humanū ſe diffudit.
Et ſic dicit magiſter ſententiaꝝ in textu ꝙ
peccatum. Ade fuit grauiſſimū. Un̄ Augꝰ
li. 14. de. ci. dei. ait. Magna fuit in peccan-
do iniquitas vbi tanta fuit non peccādo fa-
cilitas. Sed adhuc dubiū ē qs eoꝝ grauiꝰ
peccauit vir aut mulier: Ad qđ. d. Bon̄. ꝙ
ſi loquamur de maiori grauitate q̄ſtum ad
īgratitudinem grauius peccauit vir q̄ꝫ mu
lier pro eo ꝙ abūdātiora dona ſuſceperat.
ſecūdo modo ratione felicitatis reſiſtendi
Et ideo cū beneficioruꝫ oblitus benefacto-
rem ſuum contēpſit ⁊ offendit: magis ingra
tus fuit ⁊ in ſui ingratitudine maiori culpa
bilior extitit. ſi auteꝫ loquamur de maiori-
tate q̄ſtuꝫ ad libidinē: ſic amplius peccauit
mulier q̄ꝫ vir ꝓ eo ꝙ magis improba volū-
tate peccauit dū cōcupiuit deo aſſimilari
Et ardentiꝰ appetiuit dum credidit hoc ſe
obtinere poſſe quod diabolus ei ſuggeſſit.
Et ideo ꝑꝑ voluntatem magis improbam
mulier peccauit ex maiore libidine: ⁊ q̄ſtū
ad hoc culpabilior viro fuit. Si autem lo-
quamur de maioritate culpe q̄ſtum ad cor-
ruptionem conſequentem: diſtinguenduꝫ:
quia aliquid poteſt dici corrumpe dupliciť.
aut ꝑ moduꝫ cauſe: aut ꝑ moduꝫ occaſiōis.
Si ꝑ modū cauſe: ſic quia peccatuꝫ viri fu
it cā tranſfuſionis peccati in poſteros: ⁊ ita

corrupit se et alios: maior cõsecuta ẽ ex pec-
cato viri corruptio: et quantum ad hoc cul-
pa viri dicitur fuisse grauior. Si vero per
modum occasionis: sic quia peccatum mulie-
ris fuit occasio peccati viri: et ita p cõsequẽs
omnium aliorũ hoc modo mulier potest dici cor
rupisse ceteros: non solum posteros: sed etiã
virũ suum. Unde nõ solũ peccauit in se: sed etiã
in proximũ. Et quantũ ad hoc dici põt ĩ muliere
grauius fuisse peccatũ. ¶ 3º consideremus
circa peccatũ primorum parentũ inobediẽtie
penalitatẽ. Puniuit namque deus inobediẽtiã
illã triplici pena. ¶ Pª fuit temporalis. ¶ 2ª
corporalis. ¶ 3ª spũalis. ¶ Prima fuit pe-
na tẽporalis: quoniam eiecit eos de terrestri padi
so in quo habitabant in quiete: et delicijs ac
iocũditate: priuauitque illos habitatione tã
grata: vt dicitur Gen. 3. ¶ Secũda pena fu
it corporalis. Nã p illã inobedientiã intro-
ducte fuerũt omnes penalitates: oẽs labores
oẽs angustie: oẽs egritudĩes: oĩa denique ge
nera mortis: quibus affligitur humanũ genus.
Ut enĩ docent doctores .i. 3. di. 30. Nisi fuis-
set culpa: non essent hec mala subsecuta: quia
vt dicit Ansel. li. Cur deus hõ. c. x. Ei q fa-
ctus est iustus ad beatitudinem nõ dz ĩfligi
pena sine culpa. Propterea dixit deus mu
lieri. Multiplicabo erũnas tuas et conceptus
tuos in dolore paries filios. Ade vero dixit
Maledicta terra in ope tuo: ĩ laboribus co-
medes ex ea cũctis diebus vite tue. Spinas et
tribulos germĩabit tibi et comedes herbas
terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo
donec reuertaris in terrã de q sumptus es: quia
puluis es et in puluerẽ reuerteris. ¶ 3ª pena
fuit spiritualis: quia pp illã inobediẽtiã priuatus
fuit hõ originali iusticia et factus indignus
btã visiõe dei. O quale fuit illud malũ pp
quod indignatus deus p tot ãnorum milia ĩ ira cõ-
tinuit misericordias suas. O grandis culpa
que nõ nisi xpi sanguine vnque potuit deleri
O dãnosa transgressio diuini pcepti q clau
sit oĩbus celũ p tot ãnorum milia. Patet ergo
quod ablatum sit dei regnũ .i. cõcessa beneficia
ab hoĩe instituto propter inobedientiam.

¶ De inobedientia religiosorũ q aliquãdo
põt excusari: aliquando interptari: aliquãdo vero
rephendi et reprobari: et de septem gradibus
vere obedientie. ¶ Capitulum. 2.

Secunda inobedientia ẽ religiosorum
ĩ quibus possumus inuenire precipue
triplicem inobedientiam. ¶ Pª dr
excusata. ¶ 2ª interptata. ¶ 3ª reprobata
¶ Prima iobediẽtia ẽ excusata. quando aliqs nõ
obediret plato: aut quia pcipet aliqd contra carita
tẽ dei aut contra caritatẽ proximi: aut mandaret
quod vel nullo mõ cũ magna difficultate fie-
ri posset. xi. q. 3. c. Non semp malum est non
obedire pcepto. Cũ enĩ dñs iubet q deo cõ
traria sunt: tũc ei obediẽdũ nõ est. Et in. c. si
dñs. Si dñs ea iubet que contraria nõ sũt:
vel aduersa sanctis scripturis subijciat dño
suo seruus. ¶ Secunda inobedientia ẽ in-
terpretata: quando aliquis licet obediat: interp-
tatiue: tñ inobediens dici potest. quia desũt ei
veri obedientis cõditiones. Secũdum enim
Bern. septẽ sunt obedientie gradus. Quo-
rum primus est obedire libenter: quẽ grad-
dum vt ipse ait non põt ascẽdere qui volun
tatẽ pcipientis nõ fecerit. Hoc dr pp mul-
tos subditos qui platos stimulant: aut ve-
xant in multis: quibus tũc obediunt cũ pre
lati ea q volunt ipsi subditi mandant. Etsi
quandoque in alijs obediant: id facere vidẽtur co
acti. Secundus gradus obediẽtie est ob-
tempare simpliciter. Multos enĩ videmus
post pcipientis impium multas facere que-
stiones dicẽdo. Quare. Unde. Quis potest
hoc facere? Inde seqt murmuratio: excu-
satio: simulatio: et aduocatio amicorum. Ter-
tius gradus est obedire hilariter. Hilarem
enĩ datorẽ diligit deus. 2. Cor. 9. c. Quartus
gradus est obedire velociter in cuius figu-
ram xps dixit Zacheo Luc. 19. Festinans
descẽde. ¶ Quintus gradus est obedire viri-
liter. Inquit enĩ sapiens in psona obedien-
tis anime. Manũ suã misit ad fortia. Sex-
tus gradus est obedire humiliter: iuxta re-
gulã xpi. d. Luc. 18. Cum oĩa feceritis q pce-
pta sunt vobis dicite. Serui inutiles sumus.
¶ Septimus gradus est obedire idesinen-
ter. Quia vt. d. Bern. Quid cũ regula pro
dest et ante cursus metã deficere. Notandũ
tñ secundum Bon. in. 2. di. 44. quod de obedientia
exhibẽda plato a subdito religioso possu-
mus loqui dupliciter. aut secundum pfectionẽ: aut

ƀm obligationē: Si pmo mō: sic dicit Bern̄ ꝙ pfecta obedientia finē nescit. Et pfect⁹ obediens non solum in his que mandat: sed etiā supra ea q̄ platus mādat promptū habet officium. Si autē loquamur de obediētia secundū obligationē: sic habet terminū ⁊ mensurā iuxta magnitudinē voti emissi. Non enī ampli⁹ tenētur subditi obedire suis platis nisi in his q̄ pmiserunt dn̄o obseruare ⁊ non sunt ꝯtraria anime ⁊ regule sue. Unde si platus aliquis pcipiat qđ sit supra votū subdit⁹ n̄ tenet̄ ad illud iplēdū. ¶ Tertia ē inobedientia reprobata. coꝝ. s. q de facto suoꝝ platoꝝ pceptis q̄ iusta q̄ bona que discreta sunt psumunt repugnare. Et qn̄qꝫ totaliter sine vlla causa: sine alicuius superioris licentia totaliter a religione discedere ⁊ apostatare: a qb⁹ aufertur dei gratia ⁊ datur facientibus fructus obediētie.

¶ De iobedientia excoīcatoꝝ: ⁊ q̄re pōt qs excoīcari: ⁊ quō iniusta excoīcatio ē timēda. ⁊ de septē penalibus sepationibus quas excōmunicatio facit. Capitulū. 3.

Tertia iobedientia est excoīcatoꝝ coꝝ q pp iobedientias ⁊ transgressiones suas merito ab ecclesia excoīcantur: p quibus de ipsa excoīcatione cōsiderem⁹ tria. ¶ p causā. ¶ 2° iiusticiaꝫ. ¶ 3° penam. ¶ p cōsideremus cām. Utrum. s. solū pccīꝫ mortale sit cā vt aliqs excōmunicet̄. Et videt̄ ꝙ nō. q2 qn̄qꝫ excoīcat̄ innocens: cū pbat̄ crimē ꝯtumacie cōtra euꝫ in foro iudicij: nec tn̄ iudex hoc faciēs repbenditur q̄uis in sua cōsciā sciat illū īnocētē. g̊ aliquando debet hō excoīcari nō p mortali. Sed cōtra. extra. de verbo. sig. c. ex pte. ī gl. dicitur. Nemo excoīcat̄ nisi pro mortali ⁊ q2 aliter n̄ pōt corrigi. Et. xi. q. 3. c. Nemo epoꝝ. dicitur. Anathema nō nisi p mortali debet imponi crimine: ⁊ illis q aliter n̄ pn̄t corrigi. R̄n̄det. Ric. in. 4. di. 18. ꝙ excoīcatio maior ē grauissima pena quā eccl̄ia possit inferre. Un̄ dr̄ ī palk̄. c. Nemo. ꝙ anathema ē eterne mortis dānatio. Et. 24. q. 3. c. Corripiantur. dr̄ ꝙ excoīcatione nulla maior pena ē ī ecclesia. Et ideo sicut dicit glo. ibideꝫ non ē īfligenda p leuibus criminib⁹. Unde dicēduꝫ ꝙ iudex nullū debet excōmunicare nisi p mortali peccato: nec p q̊cūqꝫ mortali: sꝫ p peccato ꝯtumacie vel cui ꝯtumacia est annexa. xi. q. 3. c. absit. ⁊. c. epi. Quadrupliciter autem homo peccatuꝫ cōtumacie incurrit. s. aut qn̄ sufficienter vocatus non venit ad iudicium. nec remanendi habet legitimam causam. 24. q. 3. c. de illicita. Aut veniens respondere contemnit: ⁊ rationē reddere quare respondere nō debet. Aut anteq̄ꝫ debeat discedit. xi. q. 3. c. certuꝫ est. Aut s̄nīe nō obedit. vt. 2. q. 6. c. q̄squis pbat⁹. Ille autē q īpedit aut fraudulent̄ pcurat ne ad ipsū citatio pueniat: p citato ħbet haberi. Ille etiā q veniēs se nō represētat iudici sꝫ se occultat reputādus ē q̄si nō venisset. ¶ Ad argumētū in oppositū dicēdū: ꝙ etsi ille q excoīcat̄ in pdicto casu nō sit ī pctō mortali: tn̄ iudex fert s̄nīam sic pro mortali. quia iudex in foro ꝯtētioso nō debet iudicare ƀm s̄nīam conscie pprie: sꝫ ƀꝫ allegata. iō iuxta leges ⁊ iura pnunciat. 2° de ipsa excoīcatiōe consideremus iniustitiaꝫ. Et querimus vtrum excōmunicatus iniuste debeat excōmunicat⁹ reputari. Et videt̄ ꝙ nō. quia. 24. q. 3. c. certū. ⁊. §. illicita. dicit̄. Illicita ergo excoīcatio n̄ ledit eū q notat̄: sed illū a quo notat̄. Et. xi. q. 3. c. Si cui ē illata. dicit̄. Si iniusta ē tāto curare eā nō debet quāto apud deū ⁊ ei⁹ ecclesiā neminē pōt g̃uare iniq̄ s̄nīa. Cōtra ē qđ dr̄. xi. q. 3. c. s̄nīa. Sētētia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit timēda ē. R̄n̄det Ric. vbi. s. ꝙ vt dicitur. xi. q. 3. c. eps. §. si g̊. ꝙ s̄nīa aliquādo ē iniusta ex aīo pferētis iusta vero ex ordine ⁊ causa. Aliquādo est iusta ex aīo ⁊ ordine. sꝫ nō ex causa. Tūc aūt. ex cā ē iniusta qn̄ nullum delictum oīo ē ī eo in quem fertur excōmunicatio quod sit excōmunicatione dignum. Ex animo iniusta est sententia quando non fertur amore iusticie: sed liuore odij vel precio: aut fauore aduersariorum. Ex ordine iniusta est quando fertur iudiciali ordine non seruato. vt dr̄. xi. q. 3. c. seruet̄. §. item sententia. In omnibus his casibus sententia excōmunicationis iniusta timenda est quousque per eum qui tulit eam vel per alium superiorem fuerit reuocata. exceptis aliquibus casibus in quibus non est timenda. qui ponuntur in glo. in prefato. c. sententia. Unus est quando excōmunicās

non habet ptãtem excoĩcandi. Alius est qñ
fertur excoĩcationis sñia post appellationẽ
legitimã ⁊ cõtinet itollerabilẽ errorẽ. vt pꝫ
extra de appellationib⁹.c.ad nostraꝫ ꝑsen/
tiã: ⁊ de sñia exco.c.ꝑ tuas. ¶ Tertius ca/
sus cum pro indebitis exactionibus aliquis
excoĩcatur .extra. de excess.ꝑla.c.cum ad
quorũdã. Ad auctoritates aũt primo allega
tas dicẽdũ: ꝙ intelligũtur de lesiõe quo ad
deũ ⁊ de illo ꝗ excoĩcationẽ ñ cõtẽnit: ⁊ qñ
excoĩcatio ẽ iniusta ex cã. ¶ Tertio cõside
rem⁹ de excoĩcatione penã. Nã excoĩcatio
maior dr̃ anathema: qḋ interꝑtat̃ sepatio:
eo ꝙ sic excõmunicat⁹ in penã cõtumacie
⁊ inobedientie separat̃ a septẽ magnis bo/
nis. ¶ p̊ separat̃ a celo. q₂ nunq̃ intrabit in
illud nisi absoluatur ab ea. Unde xp̃s dixit
Math.16. Quodcũq̃ ligaueris suꝑ terraꝫ
erit ligatuꝫ ⁊ ĩ celis. Propterea Criso⁹.xi.q
.3.c. Nemo ait. Nemo ɔtẽnat vicula eccle/
siastica. Non est hõ ꝗ ligat. ſꝫ xp̃s ꝗ hanc po
testatẽ dedit ⁊ dños fecit hoĩes tanti hono
ris. ¶ 2° separat̃ excoĩcatus ab oĩ sacr̃o ec/
clesie vt pꝫ.3.q.4.c. Engeltrudã. Et iõ nul/
lus sacramẽti talis est capax: q₂ sacramẽta
conferuntur existentibus ĩ ecclesia. Unde
talis nec absolui potest a peccatis in con/
fessione quantũcunq̃ esset contritus ⁊ dis/
positus ad faciendũ oĩa nisi prius absoluat̃
a vinculo excoĩcatiõis: ſm Tho. in.4. Et si
absolueret̃ nõ valeret: ſꝫ oporteret cuꝫ po/
stea absolui iterũ. Nec talis põt cõtrahere
mr̃imoniũ. Si tñ cõtraheret teneret ꝗdeꝫ
matrimoniũ: ſꝫ peccaret mortaliter contra
hendo. Uel si recepit ordĩes sacros vl̃ exe
quit̃ eoꝝ actus: vel celebrando vel cãtãdo
euangeliũ ⁊ hꝰ. efficitur irregularis ĩdigẽt
dispensatione pape. ¶ 3° sepatur excoĩcat⁹
ab ecclesie suffragio. Dicit enim apostolus
Ro.12. Oẽs sumus vnuꝫ corpus in xp̃o. s.
mysticuꝫ ⁊ spirituale. Clarũ est enĩ ꝙ mem
bruꝫ separatũ a corpore nõ recipit partẽ nu
trimẽti qḋ ꝑ cibũ assumit̃. Cibus hic corpo/
ris sunt orationes: ⁊ alia bona que fiunt in
ecclesia. ſꝫ excoĩcatus ẽ membꝝ separatuꝫ
ab ecclesia. Dicit enĩ Aug⁹ de verbis apo/
stoli.xi.q.3.c. Oĩs xp̃ianus. Dilectissimi: ꝗ
a sacerdotibus excoĩcat̃: sathane tradit̃: q₂

.s. extra ecclesiã ẽ diabolus sicut in ecclesia
est xp̃s. Et de hac etiaꝫ loquitur.24.q.3.c.
apostolice.c. tã sacerdotes.c. secãde.⁊.c. cor
ripiãtur: Ex quo excoĩcatus nõ hꝫ partẽ bo
noꝝ que fiunt a fidelibus. Uñ diabolus hꝫ
maiorẽ ptãtem seuiẽdi in eũ. ¶ 4° separat̃
a diuino officio. Uñ Isidorus.xi.q.3.c. cum
excoĩcato. dicit ꝙ nõ licet cũ illo orare ꝑꝑ
quod dicit Ray. in sũma ⁊ alii doc. ꝙ si ex/
cõmunicatus ẽ ĩ ecclesia quãdo dicit̃ diui/
nũ officiũ debet admoneri vt exeat. Et si
exire nolit. violenter debet emitti. Et si fi/
eri nõ potest dimitti debet officiũ quousq₃
exeat: etiã missa si nõdũ incepit canonẽ. Se
cus si incepisset. q₂ tũc debet prosequi usq̃
ad coĩoneꝫ sũptã: ⁊ postea residuũ exeũdo
in sacristiã dicere. Hoc vero ĩtelligẽdum ẽ
quãdo excoĩcatio eẽt notoria. Nã si occul/
ta ẽ: nõ est euitandus excoĩcatus ĩ publico
ne prodat̃ crimen. Hodie tñ. per decretum
cõstãtieñ. ꝓhibita ẽ huiusmodi ꝑticipatio in
diuinis quo ad excoĩcatos ꝺnũciatos in ec
cl̃ia ⁊ noĩatim. Ipse tamẽ excoĩcat⁹ sciẽter
ꝑticipãs in diñis nõ euadit mortale pecca/
tum. 5°. sepatur a fidelium consortio. quia
non potest ꝑticipare cuꝫ alijs fidelibus: nec
ipsi cum eo in comedendo vel bibẽdo vel sa
lutãdo vel loquẽdo exceptis casib⁹ qui po/
nuntur.xi.q.3.c. quoniã in textu. ⁊ in glo. de
quibus loco suo plenius dicemus. 6° sepat̃
excõmunicatus a quolibet actu legitimo.
Unde nec testificari potest nec excusar̃ nec
aduocare nec iudicare. Et iudicata ꝑ eum
cum notorium esset non tenerent: nec absol
uere nec ligare nec eligi potest ad prelaturã
seu dignitatem nec eligere. Solũ ad predi
cationẽ admitti potest: sicut ⁊ ĩfidelis vt cõ/
uertat̃ ex doctrina ad veram penitentiam
⁊ obedientiam. de. ɔse. di.i.c. ep̃s. ¶ 7° sepa/
ratur p⁹ mortem ab ecclesiastica sepultura
quia non potest sepeliri in ecclesia vel in ci/
miterio ſꝫ extra sicut animalia bruta Nec
debet deferri cũ modo cõsueto fidelium ad
eccl̃iaꝫ. nec possũt ꝓ eo fieri orões solẽnes
seu officiũ nisi prius absolueretur p⁹ mortẽ
a sñia. Qḋ fieri potest qñ apparerent signa
contritionis ante morteꝫ: ⁊ ꝙ quesiuit ab/
solutionẽ. Exemplum est de illis sanctimo/

nialibus q̃s beatus Benedict⁹ excoicauit pp loquacitatē suaʒ: que post mortē earum sunt vise exire de sepulchris ꝛ ꝺ ecclesia qn̄ celebrabatur ꝛ dicebat officiuʒ: quas cum beatus Benedictus recōciliasset nō sūt amplius vise exire: sic refert Greg. z. dial'. li. Non sint igitur christiani obstinati ad obediēdū spernentes ecclesiasticas censuras ꝛ excoicatiōes puipendētes: qꝛ vt dr̄ in. c. nihil. xi. q. 3. Nihil sic dʒ formidare christian⁹ q̄ȝ separi a corpore christi. A contumacib⁹ itaqȝ ꝛ inobedientibus ꝛ excoicatis aufert deus gratiā suā: quā nobis ei obedientibus largiatur ī hac vita deinde pducēs ad ethrea regna q sit benedictus in eternū ꝛ ī secula seculoꝝ. Amen

¶ Sabbato secunde hebdomade in q̄dragesima. de peccato cōtētionis quod vtplurimuʒ ex vana gloria oriri solet. Sermo. 57.

bereť. Addit Hoſti. ꝙ qñ ſunt diuerſa iura ⁊ opiniones. ſcilicet nec contra deũ nec bonos mores: humanior ſentẽtia eſt preferẽda ceteris paribus. extra de tranſac. c. ſi alias Stãdũ eſt ei q̃ meliori înitiť rõni. di. zo. §. i. ⁊ extra. ꝺ ferijs. c. capellanus. Adde etiã ꝙ î his que ↄcernũt forꝝ ↄſcie in dubijs tutior via ẽ eligẽda: extra ꝺ ſpõſalibus. c. iuuenis Nec tamẽ de facili ↄtraria opinio eſt reprobãda. ¶ Secũda cauſa diſcordie diciť auaritia. Jnquit Seneca. in li. de. 4. virtutibus Quietiſſime viuerẽt hoies ſup terrã ſi hec duo ꝓnoĩa tollerẽtur meũ ⁊ tuũ. Et Plato î Phedrone. Propter pecuniaꝝ poſſeſſionẽ vniuerſa bella nobis fiũt. Et Saluſtius in catilinario. Jmperij ⁊ diuitiaꝝ cauſa bella atqȝ certamina oĩa inter mortales ſunt. Et Lucanus li. 3. Certamẽ mouiſtis opes. Uidemus hoc ꝑ experiẽtiã omni die: qñ ꝓpter auariciã fili⁹ diſcordat a patre: frater a fratre ⁊ amic⁹ ab amico. ¶ Tertia cauſa diſcordie dicitur ſtulticia. Sũt nãqȝ multi ſtulti ⁊ leues q oĩa credunt que a ſuſurronibns eis dicũtur. Suſurratio ſiquidẽ aptiſſimum eſt îſtrumẽtũ ad diſcordias ſeminãdas. ꝓpterea dixit ſapiẽs ꝓṽ. z6. Cũ defecerit ligna extingueť ignis: ⁊ ſuſurrone ſubtrato iurgia ↄquieſcũt. Et Ecc. z8. c. Suſurro ⁊ biliguis maledictus. Multos eni turbauit pacẽ habentes. Lingua tertia multos cõmouit: ⁊ diſꝑſit illos de gẽte î gẽtẽ. ciuitates muratas diuitũ deſtruxit: ⁊ domos magnatorum effodit: virtutes populoꝝ concidit: ⁊ gẽtes fortes diſſoluit. mulieres viratas eiecit ⁊ priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam non habebit requiem. nec habebit amicum in quo requieſcat. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem lingue comminuet oſſa. hec ibi. Quiſnaȝ ſufficeret enumerare diſcordias que exorte ſunt inter ciues îter vicinos inter dños îter populos inter vxorem ⁊ virum: inter fratrem ⁊ fratrem ꝑꝑ ſuſurrãtes. O lingua ignita: o lingua venenata: o lĩgua îmanior ⁊ crudelior oĩ fera peſtifera: Tu lingua ſuſurronuȝ inſtrumentũ es diaboli. tu illius ſagitta vulnerãs: tu ei⁹ acutiſſimus enſis. Propterea ſuſurratio ponitur inter grauia peccata que execrať de⁹ de quibus ſapiens dicit. ꝓṽ. 6. c. Sex ſunt que odit dñs: ⁊ ſeptimum deteſtatur anima eius: oculos ſublimes: linguam mendaceȝ: manus effundentes inoxium ſanguinẽ: cor machinãs cogitatiões peſſimas: pedes veloces ad currenduȝ in maluȝ: ꝓferentẽ mẽdacia teſtem fallacem: ⁊ eum q ſeminat iter fratres diſcordiam. Sed culpabiles adhuc ſunt illi qui a ſuſurronibus ſibi cauere aut neſciunt aut nolunt.

¶ Ex triplex eſt diſcordia dãnabilis: ſciſmatice prauitatis: ciuilis partialitatis ⁊ importabilis ſocietatis. ¶ Capitulũ. z.

Ecundum myſterium declarandũ de diſcordia diciť diſtinctio. Diſtiguitur enim triplex diſcordia damnabilis ⁊ ꝑiculoſa: videlicet. p[a] eſt ſciſmatice prauitatis. ¶ z[a] ciuilis partialitatis. ¶ 3[a] importabilis ſotietatis ¶ Prima diſcordia eſt ſciſmatice prauitatis. Eſt autẽ ſciſma vitium quo quis ſũmo pontifici ſubeſſe recuſat ⁊ membris eccleſie ſubiectis coĩcare non vult. Sciſma ſiquidem grecũ eſt nomẽ qꝺ latine ſciſſuram ſonat: vt dicitur. z4. q. i. c. ſciſma. Eſt autẽ peccatum mortale: quia cotrariatur caritati eccleſiaſtice vnitatis. Eſt autẽ differẽtia inter herreſim ⁊ ſciſma: qꝛ hereſis oppõitur directe ⁊ ꝑ ſe fidei. vt d. Tho. 2. 2. q. 39. ⁊ ſciſma ꝑ ſe opponitur eccleſiaſtice vnitatis caritati. Unde Hiero. .23. q. i. c. inter ſciſma. Jnť ſciſma ⁊ hereſiȝ hꝰ arbitror iterceẽ ꝙ hereſis ꝑuerſũ dogma habet: ſciſma aũt ab eccleſia ſeparat. Contra ſciſmaticos dicitur. i. c. i. de ſũma tri. ⁊ fide catho. Una eſt fideliuȝ vniuerſalis eccleſia extra quã nullus oĩo ſaluatur. Et. 24. q. i. c. loquitur. Cyprianus ait. Loquitur domin⁹ ad Petrum. Ego dico tibi qꝛ tu es Petrus ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Super vnum edificat eccleſiam. Et q̃uis apl'is oĩbus poſt reſurrectionem ſuam parẽ poteſtatẽ tribuat ⁊ dicat. Sicut miſit me pať ⁊ ego mitto vos. Accipite ſpiritum ſanctum: tñ vt vnitatẽ manifeſtaret vnitatis eiuſdẽ origineȝ ab vno îcipienteȝ ſua auctoritate diſpoſuit. Ad ideȝ eſt. c. alienus. c. omnibus. c. quoniã vet⁹: prefata cauſa ⁊ queſtione. Sed hic oritur vnum dubiũ

Quid cũ duo vel plures sunt ĩ ecclesia ge/
rentes se pro papa: ⁊ quilibet horum habet
suam sequelaʒ. Quis eorũ dicet̃ scismaticꝰ
cũ suis sequacibus? Rñdeo: aut cõstat aut
cõiter tenetur ꝙ quilibet eorũ intrusus ẽ. i.
nõ canonice electus. Aut constat vnũ eorũ
canonice ⁊ rite electum videlicet a duabus
ꝑtibus cardinaliuʒ ⁊ sine violẽtia: ⁊ postea
alius superinductus. Aut dubitatur qs illo
rum sit canonice vel rite electꝰ vnus vł al/
ter. Et in primo casu nullus eorũ ẽ papa: sʒ
quilibet eorũ scismaticus cũ his qui sciẽter
sequũtur ipsum: ⁊ excoĩcati sũt ipso facto ex
tra de elec. c. licet. Et de hoc loquit̃. c. si duo
79. di. vbi dicit̃. Si duo forte ꝯtra fas teme
ritate cõcertantiũ fuerint ordinati ĩ sũmos
pontifices nullum ex eis futurum sacerdo/
tem. i. sũmũ pontificẽ ꝑmittimus. Sed illũ
solum in sede apostolica permansurũ cense/
mus quẽ ex numero clericorum. i. cardina/
liũ noua ordinatione diuinũ iudicium ⁊ vni
uersitatis ꝯsensus elegerint. Nec obstat ꝙ
hoc statuit Honorius augustus. ⁊ ad ĩpe/
ratorẽ nõ spectat statuere aliquid de electi/
onibꝰ ecclesie: sicͣ nec de rebus alijs eclesia/
sticis. vt. 96. di. c. bene. qꝛ vt dicitur in glo.
in prefato. c. Si duo. Honoriꝰ fecit illud ro
gatu ecclesie: ⁊ ecclesia approbauit: ideo ra
tione approbationis statutũ illud valet qua
si fecisset ecclesia. Quando ğ constat nul/
lum eoꝝ canonice electũ: vt qꝛ non a cardi
nalibus: sʒ ab alijs in quo casu loquitur. c. si
qs ex episcopis. ⁊. c. si quis pecunia. 79. di.
Uel si a cardinalibus: non tñ a duabus par
tibus cardinaliũ: vt in. c. licet. de elec. qui ta
li adheret vere scismaticus est: ⁊ per cõciliũ
prouidendum esset cũ cardinales huiusmo/
di essent. Alias si ipsi cardinales aliũ elige/
rent ille esset verꝰ aplicus. Et nõ ꝙ ex hoc
ꝙ electio pape symoniace facta esset a car/
dinalibus dũmodo alias rite cessare nõ põt
nec tolli qn sit verꝰ papa. Et similiter quã/
tuncũqꝫ criminosus ⁊ irregularis esset ele/
ctus. vt. d. glo. ĩ. c. si quis pecunia. In secun
do casu. s. cũ cõstat vnuʒ canonice electum
⁊ postea alius se intrudit: sicut cornelius pa
pa qui fabiano successit: ⁊ post euʒ canonice
creatum Nouatianus quidã papaʒ se fecit
vt dicitur. 7. q. i. c. factus est. ⁊. c. nouatianꝰ
Tunc primus est verus papa: ⁊ secũdꝰ apo
staticus ⁊ scismaticꝰ cũ sequacibus eiꝰ. Sic
sub Eugẽio 3° factũ ẽ scisma tp̄e btĩ Berñ.
Nam ipso Eugenio rite electo alius intru/
sus est: sʒ meritis ⁊ labore scĩ Berñ. scisma il
lud ablatũ fuit remanente Eugenio in apo
stolica sede. Deinde sub Iohe. 22. factum ẽ
aliud scisma. Naʒ cũ ipse declararet fore he
reticos q assererent xp̄m nihil habuisse ĩ cõ/
muni etiã mobile: quidã fraticelli nũcupati
de opinione: dixerunt ipsũ papam Ioh. he/
reticũ cuʒ successoribus ⁊ sequacibus eius
⁊ fecerunt aliũ papã Pisis. Greci autẽ cir/
ca annũ dñi nõgentesimum scisma facien/
tes in heresim inciderunt de spiritu scõ dã/
natã de sũma trinitate ⁊ fide catholica. c. i.
li. 6. Sed reducti fuere ad ecclesie vnitatẽ
tẽpore Eugenij q̃rti. In tertio vero casu cũ
dubiũ est quis horũ duorũ sit canonice ele
ctus: puta qꝛ electio primi dicitur facta per
metũ q cadit in cõstantẽ vir: ꝗuis a duabꝰ
partibꝰ cardinaliũ: postmodũ ab eis fit ele
ctio sine violentia ⁊ metu quocũqꝫ sicut ac/
cidit casus circa annos domini. 1380. nam
mortuo. Greg. xj. cardinales debentes ꝓ/
cedere ad electioneʒ successoris: vt dicitur:
fuerunt a romanis comminati ꝙ occiderẽ/
tur si non eligerent italicum aliqueʒ. Ele/
gerunt igit̃ archiepiscopum barensem: qui
tunc erat rome: exprimẽtes ei ꝙ eligebant
eum ad vitandum periculũ se fingebãt eli/
gere. Electo ergo illo qui Urbanus. 6. di/
ctus est: ille vt fertur: dixit. ꝙ si volebant
eum eligere voluntarie eligerent quia in/
tendebat esse papa. ¶ Publicato igitur Ur/
bano papa ⁊ a cardinalibus ipsis adorato ⁊
consecrato de consensu eorum ac principi
bus christianitatis: ac per eos significato ꝙ
canonice esset electus. inde ad aliquot mẽ/
ses ipsi recesserũt ab eo: ⁊ fugiẽtes ad ciui/
uitatẽ fundẽseʒ q̃ ẽ ĩ pricipio regni: ibi elege
rũt aliũ qui dictus est Clemẽs. 6. q trãstulit
curiã suã in Auinione: illũqꝫ venerata est

pro papa tota francia et hispania et cathalonia. Alteri vero s. Urbano adhesit italia alemania et vngaria: perseuerauitque hoc pessimum scisma vltra .30. annos. Cum ergo hic esset dubium ex ignorantia facti quia exceptis cardinalibus et paucis alijs tunc presentibus: ceteri scire non poterant si talia sic processerunt vel aliter cum diuersi diuersimode referrent. et partim etiam ignorantia iuris: quia dubium erat apud peritissimos: vtrum fuerit talis metus qui cadere posset in constantem virum vel non: vel etiam quia post electionem habuerunt tempus ad recedendum: et non fecerunt: immo per signa expressa ostenderunt voluntarie et libere factam electionem. In illo ergo scismate illi proprie erant scismatici: qui scientes factum contra iura vel contra conscientiam faciebant ducti amore vel odio vel cupiditate vel ambitione. Alij vero excusabantur etiam adherendo ei qui non erat verus papa. quem tamen ipsi credebant verum. Et quamuis vna pars excoicaret alteram tamen qui simpliciter inherebant excusari videbantur. Durante vero illo scismate post Urbanum: successit ex altera parte Bonifacius nonus. Bonifacio successit Inno. 6. Innocentio. Greg. 12. ex alia parte Clementi successit Benedictus. 12. Sub his autem scilicet Greg. 12. ex vna parte et Benedicto ex altera factum est aliud scisma anno domini .1410. Nam recedentibus cardinalibus ab vtroque papa: et conuenientibus Pisis concilium celebrantibus depositis illis duobus .s. Greg. et Bene. sub eadem videlicet ratione: quia dicebantur scandalizare facto suo publico totam ecclesiam: cum non vellent conuenire insimul in aliquo vno loco: vt promiserant: et iurauerant: demum creatus est pisis Alexander papa qui fuit Petrus de candia ordinis minorum: cui successit Ioh. 23. bononie electus. Et cum pene omnes reges et principes christianitatis dimissis Greg. et Bene. obedientiam dedissent Alexandro et successori suo: tamen adhuc maximum dubium erat vtrum causa propter quam creatus fuit Alex. videlicet quia Greg. et Ben. scandalizabant ecclesiam esset vera: nihilominus ex quacumque trium partium quicumque credebat simpliciter suum verum papam: et non alios motus conscientie dictamine: paratus etiam adherere alteri si hoc sibi constaret excusatus creditur a vitio scismatis et sententijs eius: cuius signum est quod in qua libet obedientia erant multi peritissimi et sancti viri: nam sub Urbano et Bonifacio fuit sancta Brigida et sancta katherina de senis. Sub Clemente et benedicto ex alia parte fuit beatus Petrus de luciburgo clarus miraculis. Sub Benedicto etiam fuit sanctus Uincentius de ordine predicatorum Tandem congregato concilio constantie Greg. prefatus sponte renunciauit per Carolum de malatestis suum in hoc procuratorem. Ioh. 23. fugam arripuit: sed captus per imperatorem rediit: et tandem depositus fuit. Benedictus etiam qui nec venire nec mittere voluit: depositus fuit: vbi creatus fuit dominus Oldo de columna cardinalis qui fuit Martinus papa .5. ¶ Secunda est discordia ciuilis partialitatis: quando ciues relicto amore communis boni: conuertentesque omnia ad proprium comodum discordant ad inuicem Nam vt inquit Ar. 2. politi. Ciuilitas quedam comunicatio est. Et ibidem. Politica est ordo quidam inhabitantium ciuitatem. Quando ergo ciues non reguntur secundum ordinem nec sunt coicatiui: ad dissensiones veniunt. Tales sunt hodie quasi in omnibus ciuitatibus italie tyranni quidam de quibus dici potest quod sapiens ait pro. 29. Omnes homines pestilentes dissipant ciuitatem. Et vt idem ait. xi. c. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: et ore impiorum subuertetur. Impii ergo et partiales non rei publice: sed proprie vtilitati semper inuigilant. Contra quos ait Cassiodorus li. 3. epistolarum. Nobilissimi ciuis est patrie sue augmenta cogitare. Et Tulius in primo de officiis Omnino qui reipublice presunt seruent duo precepta Platonis. Unum vt vtilitatem ciuium sic tueantur vt quecumque agunt ad eam referant obliti comodorum suorum: alterum vt totum corpus reipublice curent ne dum partem aliquam tueantur reliquas deserant. Ut enim tutela sic procuratio reipublice ad eorum vtilitatem qui comissi sunt: non ad eorum quibus comissa est: gerenda est. Qui autem parti ciuium consulunt partem negligunt: rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt seditionem atque discordiam. Hinc apud athenienses magne discordie orte: et in nostra republica non solum seditiones: sed etiam

pestifera bella ciuilia: que grauis et fortis ciuis in republica dignus principatu fugiet atque oderit tradetque se totum reipublice: neque opes aut potentiam consectabitur totamque eam sic tuebitur: ut omnibus consulat nec non criminibus falsis in odium aut inuidiam vocabit: omnique ita iusticie honestatique adherescet: ut ea conseruet quamuis grauiter offendat: mortemque appetat potius quam deserat illa que dixi. Miseria omnino est ambitio honorumque contentio: de qua preclare est apud eundem Platonem. Nec ille. Nam et antiqui romani etiam pro republica domesticas iniurias dissimulabant. Unde Ualerius maximus li. 4. rubrica de moderatione. Stagippus teciates hortantibus amicis vt grauem in administratione reipublice et emulum sibi vehementer aduersarium: sed alioquin probum et ornatum virum qualibet ratione vel tolleret vel submoueret: negauit se facturum: ne quem in tutelam patrie bonus ciuis locum obtineret malus et improbus occuparet: seque vehementi aduersario vrgeri quam patriam egregio aduocato carere preoptauit. In eodem libro Ualerius: rubrica. Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia. aliud refert exemplum. Emilius inquit lepidus bis consul: et pontifex maximus splendoreque horum par vite grauitate diutinas inimicitias cum Fuluio flacco eiusdem amplitudinis viro gessit quas simul vt censores renunciati sunt in campo deposuit existimans. eos non oportere priuatis inimicitiis disside re: qui publice summa iuncti essent potestate. O damnosum virus in ciuibus italie a diabolo disseminatum. Jam iam vbique partialitates abundant propter quas omne bonum publicum penitus destructum est et euersum: omnisque iusticia conculcata et abiecta. ¶ Tertia est discordia importabilis societatis eorum qui in simul conueniunt aut in vna domo aut in vicinia aut in religione aut in aula principis aut in quocunque collegio qui discordant: nec vnus alium recto oculo respicere valent: eo quod nesciunt seruare regulam Pauli dicentis ad Eph. 4. Cum omni humilitate et mansuetudine cum patientia supportantes inuicem in caritate solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. O infelix temporis huius conditio in qua ad modicum tolerare socius nescit socium:

frater fratrem: proximus proximum suum. Uix domus reperitur in qua non regnet diabolus discordie: vix etiam vt sic dicam aliqua congregatio eorum qui vocantur iusti. Ubique secte vbique dissensiones vbique voluntatum et animorum contrarietates. O quantos decipit presumptio propria et suiipsius elata opinio: qui dum suas discordias immo et odia ignita considerant formant sibi conscientiam: dicuntque zelo et caritate odire ac discordare. Taceo quod scio quod vidi quodue quottidie de multis qui sancti reputantur experior: Unum dico quod vbi concordia non est non habitat ipse xps Dixit enim Math. 18. Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: in medio eorum sum. Et Ecc. 25. sapiens notabiliter est locutus. In tribus inquit beneplacitum est spiritui meo que sunt grata coram deo et hominibus. Concordia fratrum: amor proximorum: vir et vxor bene sibi consentientes.

¶ Qr discordia offendit omne bonum hominis: spirituale. s. corporale et temporale. Cap. 3

Tertium mysterium declarandum de discordia dicitur offensio. Offendit namque discordia tria desideranda bona. Primum bonum spirituale. ¶ Secundum bonum corporale. Tertium bonum temporale. ¶ Primum bonum quod offendit discordia dicitur spirituale bonum. s. anime. nam nullum est peccatum adeo graue quod discordantibus non fiat facile. Ex illa siquidem prouenerunt ire rixe. odia. inimicitie. et lites contentiones: mendacia. piuria. blasphemie. homicidia obstinationes. et contemptus sacramentorum ecclesie. Propter illam plerique per annos et annos nec confiteri nec comunicari curant. Propterea figurata est discordia per bestiam de qua Joh. Apoc. 13. ait Uidi de mari. i. de amaro corde discordantium. bestiam ascendentem. i. discordiam habentem capita septem. i. septem capitalia vitia. et cornua decem. i. transgressionem decem preceptorum: et super cornua eius diademata decem. i. gloriam de malo: quoniam discordantes et partiales letantur in malis suis. ¶ Secundum bonum quod offendit discordia dicitur corporale Facit namque discordia cor discordantium triste. Et vt dicitur pro. 17. Animus gaudens etatem floridam fa-

cit. Spiritꝰ triſtis exiccat oſſa. Et Ecc. 30. Jocũditas cordis hec eſt vita hoĩs: ⁊ iteruz ibi. Ante tẽpus ſenectã adducit cogitatus.

¶ Tertium bonum qđ offendit diſcordia dicitur tpale. Ut enim ſaluſtiꝰ ait ĩ iugurtino Cõcordia parue res creſcunt: diſcordia maxime dilabunt̃. Et tullius de amicitia. Que domꝰ tam ſtabilis que ciuitas tam firma q̃ non odijs ⁊ diſſidijs funditus poſſit euerti? Patet hoc ꝑ experiẽtiam ĩ romane reipublice deſolatione Cur deſtructa? cur deſolata? cur ad nihilum deducta romanorum gloria atqz potẽtia? Fatua certe falſaqz fuit opinio eorum qui dixerunt romã defeciſſe eo ꝙ ibi acceptatꝰ ſit cultus xp̃i: ob qđ indignati ipoꝝ dij ciuitatẽ ipſã odio graui ſũt perſecuti. Et licet Augꝰ ſatis copioſe cõtra ſic dicẽtes diſputet in li. de. ci. dei. Tamen non đſunt poete ⁊ hiſtoriographi qui dicũt romanorũ regnuz ampliſſimuz fore deperditum ꝑꝑ ciuilia bella. Propterea Lucanꝰ in principio primi ſui libri ſic cantat. Bella per emathios pluſꝗ ciuilia cãpos. Juſqz datum ſceleri canimus populumqꝫ potentez. Jn ſua victrici ꝯuerſũ viſcera dextra. Cognataſqz acies ⁊ rupto federe regni. Certatum totis ꝯcuſſi viribꝰ orbis. Jn cõe nefas infeſtis obuia ſignis. Signa pares aquilas ⁊ pila minantia pilis. Quis furor o ciues q̃ tanta licentia ferri Gentibus inuiſis latiũ ꝓhere cruorẽ? Cũqꝫ ſupba foret babylõ ſpolianda trophéis. Auſonijs vmbraqꝫ erraret craſſus inulta. Bella geri placuit nullos habitura triũphos. Heu q̃tũ terre potuit pelagiqz parari. Hoc quez ciuiles hauſerunt ſanguine dextre. Unde venit titan: ⁊ nox vbi ſidera fundit: Quaqꝫ dies medius flagratibus eſtuat horis. Et qua bruma rigẽs ⁊ neſcia vere remitti. Aſtringit ſcythicũ glaciali frigore pontũ. Sub iuga iam ſeres iã barbarus iſſet araxes. Et in. 7. li. ait. Sũmum brute nephas ciuilia bella fatemur. Qui igitur ꝯſiderat romane vrbis interitũ de q̃ dicitur. Roma quãta fuit ipa ruina docet. Facile cognoſcere poterit quanta ſit diſcordie vis ad nocẽdum ad ꝑdẽdũ ad deſtruenduz: ⁊ annihilandũ omne regnuz. Sz adhuc nobis ſe offerunt exempla tot florentiſſimarũ ciuitatuz italie: ĩ quibus vident̃ palatiorum ruine deſolationes viarum ⁊ platearum: paucitas populorũ ⁊ priſtine dignitatis ac felicitatis antique omnimoda diminutõ. O Bononia ſtudioꝝ mater: o Janua regina maris. o Parma. o Eſculum o Placentia. o Aſſiſium. o Uiterbiuz. O alie ciuitates ⁊ terre q̃ diſcordijs ⁊ partialitatibꝰ locum dediſtis. Ubi eſt gloria veſtra: vbi populi multitudo. vbi antique diuitie? O diſcordia maligna. o diſcordia deteſtãda. Propter illã nẽpe ciuis inſurrexit in ciuẽ: frater in fratrẽ: amicus in amicuz: ⁊ platee ciuitatum humano ſãguine ſunt madefacte: atqz in dies ciuitatũ ꝯditiões deteriorate eo ꝙ omne regnum vt dictum eſt in principio in ſeipſum diuiſũ deſolabitur. a qua diſolatione liberet nos xp̃s ieſus dei filius qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

¶ Feria ſecunda t̃tie hebdomade in quadrageſima: de diuitijs a quaruz cupiditate amoreqz inordinato retrahendi ſunt penitentes qui cupiunt eternas ⁊ celeſtes diuitias poſſidere. ¶ Sermo. 40.

EJecerunt illum extra ciuitatem. Scribũtur hec verba originaliter Luc. 4. c. ⁊ in euangelio hodierno. Horribile ſatiſẽ audire ꝙ naçareni eiecerunt xp̃m foras materialem ciuitatẽ: ſed multo magis deteſtabile eſt ꝙ xp̃iani ipſum de ſuo corde repellant. Et licz multa ſint vitia atqz peccata ꝑꝑ q̃ xp̃s a mlt̃is ꝯtemnitur: veruntñ vnum eſt ſatis generale auaritia. ſ. ꝑꝑ quaz pauci ſunt hodie qui xp̃m velint habere. Ut enim dicit̃ Hiere. 7. c. A maiore vſqz ad minorem oẽs ſtudent auaricie: ⁊ a propheta vſqz ad ſacerdotem cuncti faciunt doluz. Eſt autem auaricia ĩmoderatꝰ amor pecunie: vt dicit Augꝰ ꝑ pecuniaz intelligendo quecunqz temporalia bona que poſſideri poſſunt. Nam. i. q. 3. c. totum. dicitur. Totum quicquid homines habent in terra. omnia quorum domini ſunt pecunia ẽ. Propterea vt homines ad veram penitentiam ꝑ diuitiarũ cõtemptuz

prouenlant in p̄nti sermōe de diuitijs erim⁹
locuturi: i quo tria mysteria erūt dclarāda.
Primum dicitur damnatio.
Secundum conditio:
Tertium malignatio.

Quoz amor inordinatus diuitiarū rep̄hen-
ditur ꝛ dānatur verbo ꝛ exēplo tam a san-
ctis q̄ʒ a philosophis moralibus. Capitulū.j

Rimū mysterium declarandū de
diuitiis dicitur dānatio. Damnat
siquidem non solum a sanctis: veꝝ
etiam a gentilibus ꝛ moralib⁹philosophis.
Et vt clarius habeatur queritur vtrū diui-
tes diuitias habentes aut habere volētes
possint eternam salutē acquirere. Et ꝙ nō
arguitur. Ꝑ̊ p testimonia sanctaꝝ scriptu-
rarū. Deinde p dicta ꝛ exēpla philosophoꝝ
Inquit sapiens Ecc.5.c. Si diues fueris nō
eris imunis a delicto. Et p̄v.28. Qui fe-
stinat ditari non erit inocens. Et Dauid. ps
33. Diuites eguerūt ꝛ esurierūt. Et.i.Thi.6
Qui volūt diuitesfieri icidūt i tēptatiōēʒ ꝛ
laq̄os diaboli ꝛ desideria mlta stlta ꝛ noxia
q̄ demergūt homines i interitū ꝛ pditionē.
Et Jac.6.c. Agite nunc diuites plorate vlu
lantes in miserijs vestris q̄ aduenient vobis
Diuitie vestre putrefacte sunt: ꝛ vestimenta
vestra tineis comesta sunt. Aurū ꝛ argētuʒ
vestrū eruginauit. ꝛ erugo eoꝝ i testimoniū
vobis erit ꝛ mādūcabit carnes vestras si-
cut ignis. Et Aug⁹ in li.83.q. Caritatis ve-
nenū est spes adipiscēdoꝝum. Et Hiero. ad
Eustochiū. Diuinis euāgeliū vocibus into-
nat. Nemo potest duobus dn̄is seruire. Et
audeat quisq̄ʒ xp̄ʒ mēdacē facere: deo ꝛ mā
mone seruiēdo? Vociferatur ille sepe Qui
vult venire post me abneget semetipsum ꝛ
tollat crucē suā ꝛ sequat me. Et ego onust⁹
auro arbitror me xp̄m sequi? Et idē ad Ju-
lianū ait. Diuitē purpuratū gehēne suscepit
flāma. Laçar⁹ paup plenus vlcerib⁹ cuius
carnes putridas lambebāt canes: ꝛ vix de
micis mēse diuitis miserā sustinebat aīam: i
sinu Abrahe recipit: ꝛ tāto patriarcha parē-
te letatur. Difficile imo impossibile ē vt pre
sentibus quis ꝛ futuris fruatur bonis: ꝛ hic
vētrem: ꝛ illic mentē impleat: vt de diuitijs
transeat ad diuitias vt i vtroq̄ʒ seclo prim⁹
sit: vt ꝛ in celo ꝛ in terra appareat gloriosus
hec ille. Et sanctus sanctoꝝ xp̄s Luc.6.c.
ait. Veh vobis diuitibus qui habetis conso
lationem vestram. Et idem Math.5. Bea
ti inquit pauperes spiritu qm̄ ipsorum est
regnuʒ celorum. Et Math.16. Facilius ē
camelū intrare p foramē acus: q̄ʒ diuitē in-
trare in regnū celoꝝ. Genitrix vero ei⁹ vir-
go sanctissima Luc.2.c. sic cecinit. Esurien-
tes impleuit bonis ꝛ diuites dimisit inanes
Satis etiā damnabiles fore diuitias xp̄s ꝛ
sancti exēplo pariter ꝛ opere dmōstrarūt.
Pauper siquidē xp̄s ex paupere matre na
tus: vsq̄ʒ ad patibulū crucis paupem vitaʒ
duxit. Vñ Ber. in sermōe quodā ait. Diuʒ
bonorū eterna i celis affluētia suppetebat:
sed pauptas non inueniebatur i eis. Hanc
itaq̄ʒ dei filius cōcupiscēs descendit: vt caʒ
sibi assumeret: ꝛ sua estimatione illā faceret
pciosam. De pauptate aūt xp̄i dixi i smone
de natiuitate. Paupes adhuc ipse voluit eē
ap̄los suos: pro qb⁹ dic̄ Criso⁹ sup Math.
Si bonuʒ esset aurum h̄ vtiq̄ʒ dedisset apo
stolis xp̄s: q eis iessabilia cōtulit bona. Nūc
autē nō solū non dedit: sʒ etiam habere pro
hibuit. Vñ ꝛ Petrus i pauptate gloriatur
dicens. Aurū ꝛ argentum nō est mihi. Phi
insup atq̄ʒ gentiles suo modo dānabiles ꝛ
periculosas esse p̄dicāt diuitias tpales ꝛ il-
las fatentur noxias. Vñ Tullius i p̊ de offi
cijs ait. Pecunie fugienda cupiditas ē. Ni
hil ē.n. tā angusti animi tāq̄ʒ pui q̄ʒ amare
diuitias: nihil honestius magnificētiusq̄ʒ q̄ʒ
pecuniā cōtēnere. Et Seneca ad Lucillū.
Aude hospes cōtēnere opes: ꝛ te quoq̄ʒ di-
gnum finge deo. Nemo alius ē dō dignior
q̄ʒ qui opes cōtēpsit. Et idē in li. de trāquil-
litate animi inducit exēplū ꝛ v̄ba Zenonis
Zeno inquit noster cū omnia sua audisset
submersa. Jubʒ me dixit fortuna expediti⁹
philosophari. Et Valeri⁹maxim⁹ de Ana
xagora dicit: ꝙ cū post longam pegrinatio-
nē redijsset in patriā oīaq̄ʒ sua dissipata vi-
disset rettulit. Nō essē ego salu⁹ nisi ista pijs
sent. Et de Crate thebano dicit Hiero. ad
Paulinū. Et ponitur. 12.q. 2. c. gloria epi.
Crates ille theban⁹ homo quōdā ditissim⁹
cū ad phandū athenas pgeret magnū auri

pondus abiecit: nec putauit se posse et vir/
tutes simul ꝛ diuitias possidere. Et contra
Jouinianū idē sic loquitur. Legūt plurimi
philosophoꝝ diuitias n̄ tm̄ cōtēpsisse: ſʒ etiā
abiecisse: quasi īpedimētū sapientie ꝛ virtu
tis. Fecit hoc Socrates quē oīuʒ phoꝝū se
cte tāq̄ sapientie ꝛ virtutis vnicū fontē ve
nerantur. Et Lact. li. i. di. insti. ait. Nā ꝛ ab/
iecisse quosdā res familiares suas ꝛ renun/
ciasse vniuersis voluptatibus ꝯstat vt solā
nudāqʒ virtuteʒ nudi expeditiqʒ sequerēt
Concludimus ergo ꝑ oīa dicta ꝙ diuites
cū quibus virtutes stare non possunt eter/
nam salutē nō habebunt. Sed cōtra obijci
potest. Dicitur enī ꝓv. i3. Redemptio ani/
me viri diuitie proprie. Et ꝓv. 27. Propter
inopiā multi deliquerunt. Et salustius ī ca/
tilinario. Semꝑ in ciuitate quib⁹ opes nul/
le sunt bonis inuident: malos extollunt: ve
tera odere: noua exoptant: odio suaꝝ reruʒ
mutari oīa student. Et Ar. 4. ethicoꝝū. Di/
uitie sunt vtilium. Et. 2. rheto. Unū aliquid
necessarioꝝū est substantia. Et ibideʒ. Ois
indigentia mala est. Et. i. politice. Res pos/
sessa organū est ad vitā. Et. 2. politice. Con
fert multitudo substantie. Et in euangelio
Luc. i9. de Zacheo diuite ꝛ principe publi
canoꝝ xp̄s dixit. Hodie huic domui salus a
deo facta est. Et Math. 8. c. Centurionem
sub se milites habentē non dānauit: sed po/
tius approbauit fidē eius. d. Non inueni tā
tam fidē in israel. Respōdeo ad hanc q̄ōneʒ
q̄d diuitie possūt haberi cū peccato: ꝛ absqʒ
peccato. Cū peccato habētur triplici ratio/
ne. ¶ pᵃ dicitur inordinate affectionis. ¶ 2ᵃ
impie iiustificationis. 3ᵃ indebite dispēsa/
tionis. ¶ Prima ratio quare dānabiles sūt
diuitie dicitur īordinate affectionis: cū quis
ad illas inordinate afficitur ꝯstituens in eis
beatitudinis finē. Et sic intelligunt omnes
auctoritates q̄ vident cōcludere ꝙ diuites
saluari nō p̄nt. s. q̄ diuitias diligunt tanq̄
sūmū bonū ꝑuipendentes deū. Unde ī p̄s.
Diuitie si affluant nolite coꝛ apponere. Et
Seneca ad Luciliuʒ. Diuitiarū tibi posses/
sioneʒ non interdico: sed efficere volo vt il/
las intrepide possideas. Quod vno ꝯseq̄ris
modo si te etiā sine illis beate victurū per/
suaseris tibi. propterea Aug⁹ li. i. de ciui. di.
c. io. ait. Cum apostolus dicit. Qui volunt
diuites fieri incidunt in temptationē ꝛc. ꝑ/
fecto in diuitijs cupiditatē reprehendit: nō
facultateʒ: quam precipit alibi dicēs. Pre
cipe diuitib⁹ huius mundi n̄ superbe sapere
neqʒ sperare in incerto diuitiarum: sed ī dō
viuo qui prestat nobis omnia abundanter
ad fruendum. Et Hiero. ad Saluinam de
Nebridio ꝛ viduitate. Nec diuiti obsunt
opes si eis bene vtatur: nec pauperem ege
stas cōmendabiliorem facit si inter sordes:
ꝛ inopiam peccata non caueat. Utrūqʒ no
bis testimoniū ꝛ Abrahā patriarcha ꝛ quo
tidiana exempla suppeditāt: quoꝛuʒ alter ī
summis diuitijs amicus dei fuit. Alij quot/
tidie in sceleribus deprehensi penas legib⁹
soluunt. De Abraham insuper idem ad Pa
machium ita scribit. Diues erat Abraham
auro argento pecore possessione: multam
qʒ familiam habebat ita vt ad subitum nū
cium armare posset exercitum iuuenibus
electis. Et quattuoꝛ reges qui fugerant in
Helan secutus occiderat: tm̄ post crebrum
hospitalitatis officiū dū homines non recu
sat suscipere meruit deuʒ. hec ille. Damna/
tur ergo nō diuitiarū possessio: ſʒ illarū ni/
mius superfluusqʒ amoꝛ. Sūt aūt hec amo
ris vitiosi tria principalia signa. ¶ Primuʒ
cum quis sine rerū indigentia plus debito
ī diuitijs acqrendis se occupat ꝛ affligit. De
quo dicit̄. Ecclesiastes. 4. c. Unus est ꝛ secū
dum nō habet. nō fratrē nō filiū. ꝛ tamē la/
borare nō cessat nec satiātur oculi eius di/
uitijs: nec recogitat. d. Cui laboro ꝛ fraudo
animam meam bonis? In hoc quoqʒ vani/
tas est ꝛ afflictio pessima. ¶ Secundum si/
gnū ꝙ quis inordinate diligit diuitias est
cum illas quibus ipse non eget propter deū
pauperibus dispensare recusat. Et de hoc
diffusius loquemur in sermone de elemo/
syna. ¶ Tertium signum est cum quis se di
uitiarum seruum facit. Nam sunt nonnulli
qui diuitias etiam ad propriū ꝯmodū neces
sitate vrgente exponere nolūt. Noui ꝛ ego
Joānē fusco venerabilis ecclie scē Marie

maioris de vrbe canonicū ditissimus ꝙ plura bñficia habēté: eratq₃ ei substātia multa abundabat vino frumento armētis ⁊ pecunijs. Remāserant ēt ei argētea vascula indumēta panni libri ⁊ alia plurima bona q̄ndam fratris eius cardinalis sancti Marci. Ipse tñ miser ⁊ miserior ceteris: auaricia victus panē ⁊ aquā sepius comedebat. Mulam cui insidebat ne famulū precio detineret ipse solus gubernabat. Ad dormiendū sine lumine accedebat: calciatus incultum lectum intrabat. Dum infirmabatur vix p⁹ multos dies cū mori iā timere īciperet medicum aduocabat. Uestes antiq̄s ⁊ laceratas deferebat: nec calorib⁹ aut frigore a labore poterat ɔ̄tineri. ꝓ vno dēario paupes suffocabat. Sēp discurrebat sēp circuibat anxius ⁊ sitibund⁹ ad thesaurizādū. Crudelis alijs crudelior sibi inimicissimus deo. O reprobanda ɔditio. o feralis natura. o deniq₃ reꝓhensibile malū: amare plus diuitias ꝙ deū ꝙ proximū ꝙ propriā animā. ꝙ etiā ⁊ corporalē vitam. Propterea Seneca in li. de beata vita ait. Diuitie apud sapientem virū in seruitute sunt: apud stultuz ī īperio.

¶ Secūda rō q̄re dānabiles sunt diuitie dicitur impie īiustificatiōis: q̄n aut iniuste acq̄rūtur aut iniuste possidentur. ¶ Tertia rō dicitur indebite dispensationis q̄n dispensātur aut his quibus dispēsari non debēt: ⁊ de hoc dicemus in sermone de elemosyna: aut q̄n expenduntur ꝓdigaliter in his in quib⁹ expendi non debent vt in supfluis edificijs ɔuiuijs ⁊ indumētis ⁊ similibus. Absq₃ peccato habentur diuitie cū retinent ī vsū: nec ꝑ illas offenditur deus aut proxim⁹: s₃ habentur aut ꝑ iusta lucra acq̄site: aut ꝑ hereditariaz successionē: illisq₃ homo vtit moderate non constituendo ī eis finez vltimum.

¶ Quod diuitie affligunt eos qui illas īmoderate amant labore: timore atq₃ dolore: q̄re poti⁹ sunt contēnende ꝙ diligēde. Cap. 2.

Secundum mysteriū de diuitijs declarandum dicitur conditio. Repe riuntur siquidē in diuitijs cū plus debito diliguntur tres pessime ɔditiones. ¶ p^a dicitur laboris. ¶ 2^a dicitur timoris. ¶ 3^a dicitur doloris. ¶ Prima ɔditio dicit laboris. Affligunt enī diuitie se diligentes triplici labore. ¶ Primus dicitur mētalis. ¶ Secundus corporalis. ¶ Tertius cōsciētialis. ¶ Primus dicitur labor mentalis: q2 mens eorum q diuitias amant: nūꝙ potest esse quieta eo ꝙ cū in diuitijs satietatez q̄rant illam in eis nūꝙ inueniūt. Propterea dicit sapiens. Ecclesiastes. 5. Auarus non implebitur pecunia. Et Hiero. ad Demetriadem virginez. Diuitiarum amor īsatiabilis est. Et Amb. 47. di. c. sicut hi. Nec satietas vnꝙ nec finis adheret cupiditati. Et Boetius. in. 2. Si quantas rapidis flatibus incitus pontus versat arenas. Aut q̊t stelliferis edita noctibus celo sidera fulgēt. Tantas fundat opes nec retrahat manum pleno copia cornu. Humanū miseras haud ideo genus cessat flere q̄relas. Et Seneca ad Lucillum Uidisti aliquando canē missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem: Quicquid excipit protinus integrum deuorat ⁊ ad spem venturi hiat. Idem euenit nobis quidquid expectantib⁹ fortuna ꝓijcit id sine vlla voluptate dimittimus statim ad rapinam alterius attoniti ⁊ erecti. Et idez ad eundem. Congerantur in te quicquid multi locupletes possident: ⁊ vltra priuatum pecunie modum fortuna te prouehat: auro tegat: purpura vestiat. Et ad hoc modus deliciarum ⁊ opū te ꝑducat: vt terram marmoribus abscondas: non tm̄ trahere: s₃ calcare diuitias liceat. Accedāt statue ⁊ picture: ⁊ quicquid ars vlla luxurie elaborauerit maiora cupere ab his disces. Naturalia enim desideria infinita sūt ⁊ falsa opinione nascentia: vbi desinant non habent. Et Iuuēalis. Crescit amor nummi q̄ntum ipsa pecunia crescit. Quid igitur ꝓdest ei qui multas habet diuitias si nō quiescat vel contentatur? Inquit enim Cicero ī paradoxis. Contentum esse suis rebus maxime sūt certissimeq₃ diuitie. Propterea magis diues est qui scit contentari ī paucis ꝙ qui in multis semper animo āgustiat ⁊ eget Unde Seneca ad Lucillū. Breuissima ad diuitias ꝑ cotēptuz diuitiarū via est. Et iteruz ad eūdē. Qui cū paupertate bñ ɔuenit diues ē. Et iterū ibi de ɔtēptu pecūie mlta

dicunt & longissimis orationibus hoc preci pitur ut homines in animo non in patrimo nio putent esse diuitias: cumq; locupletem esse qui paupertati sue coaptatus ē. Et ite rum ibi. Quid miraris? quid stupes? pom pa est. Ostenduntur iste res. nō possidētur. Ad veras potius te conuerte diuitias. Di sce paruo esse ɔtentus & illam vocē magnꝰ atq; animosus exclama. Habeamus aquā habeamus polentam. ¶ Secundus labor: quo diuitie se diligentes affligunt ē corpo ralis. Propterea ait Oratius. Impiger ex tremos mercator currit ad īdos per mare pauperiem fugiēs per saxa per ignes. Et sa piens Ecclesiastes. 2. c. Cuncti dies eius ple ni sunt laboribus & erūnis. ¶ Tertiꝰ labor dicitur conscientialis de quo Augꝰ in ser mone de inocentibus Lucrum inquit in ar cha. damnū ī conscientia. Quisnam expli cet quot peccatis oneratur auarorum con scientia misera? Ob cupiditatem nanq; fi unt rapine furta symonie violentie depre dationes vsure fraudes proditiones iniusti cie: & vt sic dicam omnia mala atq; facino ra. Unde Uirgilius in. i. eneidos ait. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fa mes? quasi dicat. ad omnia mala. O vora trix animarum auaritia. o ardens ignis cu piditatis. O pestiferum venenum salutis. Magna siquidem incredibilisq; multitu do gentium propter auariciam demergit̄ ī infernum. ¶ Secunda conditio pessima di uitiarum dr̄ timoris. Cruciant nempe se di ligentes timore continuo. Nam qui nimis ad diuitias afficitur semper est pauidus. ti met inimicos. nō minus formidat amicos. non confidit in vxore: nō in filiis nec in for tissimis seris. Abscōdit sepe aut ī terra aut inter muros pre timore pecunias. Terret ad sonitum vēti. ad motum fenestre. ad sal tum muris suspicando semper omnia latro nes esse. In itineribus ei arborum vmbre terrorem incutiunt: & vbiq; semper viuit suspectus. Propterea exclamat Boetius in. 2. de ɔsolatione dicens: O preclara opū mortalium beatitudo: quā cū adeptus fue ris securus esse desistis. Et Iuuenalis dice bat. Cātabit vacuus coram latrone viator

Propterea beatus franciscus paupertatē complexus latrones nō timuit dum irrue runt in eum quādo ibat in principio ɔuersi onis sue de Assisio versus Eugubium. pro pterea de illo dominus Boñ. sic dicit in rū sorio. Dum seminudo corpore laudes decan tat gallice zelator noue legis latronibus in nemore respōdet sic ppHice. Preco sū ma gni regis: Audit in niuis frigore proiectꝰ ia ce rustice futurꝰ pastor gregis. ¶ Tertia cō ditio diuitiarum dr̄ dolor. Afficiunt nempe dolore incredibili se diligentes cum dimit tuntur aut relinquuntur in morte. Nā mo rientes nihil de illis secū ferre possunt. Un de David in ps. Dormierūt somnū suū: & ni hil inuenerunt omnes viri diuitiarum ī ma nibꝰ suis. Et Job. 27. c. Diues cū dormierit nihil secum affert. aperiet oculos suos & ni hil inueniet. Apprehendet eū quasi aqua ī opia. Et vt Greg. īquit. 3. moral. Nūq; sine dolore pditur quod cū amore possidet. Pro pterea qui diuitias estimant sicut debent si illas aut viuētes pdant aut moriētes dese rant nō ɔtristātur. Propterea Tullius ī pa radoxis ait de Biante penneo. Necnō illū laudo sepe sapientem qui noīatur vt opinor iter septem cuius cum patriam priennē ce pisset hostis ceteriq; ita fugerēt: vt multa de suis rebus secum asportarent: cum esset admonitus a quodam vt idem ipe faceret. Ego inquit facio. Nam omnia mea mecū porto. Ille hec ludibria fortune nec sua pu tauit que nos etiam bona appellamus.

¶ Qr maligni sunt diuitiarū amatores co q̄ subiiciunt se terre vilissime: & deuiant a regula oīs creature: efficiunturq; similes idolatris. ¶ Capl'm. 3.

TErtium mysterium declarandum de diuitiis dr̄ malignatio. Est qui dem peccatum malignum diuitias inordinate diligere. quia auaritia ab auri cupiditate nuncupatur. Grauitas aūt eius apparet ex triplici ratione. Primo ratio ne subiectionis. 2°. ratione deordinationis 3°. ratione idolatrationis. ¶ Primo appa ret grauitas auaricie ratione subiectionis Ut enim īquit Tho. 2. 2. q. 118. Omne pec catū ex hoc ipso q̄ ē malum in aliqua cor

ruptione seu priuatione alicuius boni consistit. Inquantum autem est voluntarium consistit in appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo ordo peccatorum potest attēdi. Uno modo ex parte boni quod per peccatum contemnitur vel corrūpitur: quod quāto maius est tanto peccatum grauius est. Et secundum hoc peccatum quod ē ↄtra deum ē grauissimū. Alio modo potest attendi grauitas peccatorum ex parte boni: cui inordinate subdit humanus appetitus: quod quāto minus est ac vilius tanto peccatum deformius. Inter omnia autem bona exteriora minimum est et infimum quod spectat ad temporales diuitias. Nam si recte consideremus quid sit argentum. quid aurum. quid gemme. quid iocalia quelibet preciosa. quid domus. quid alta palatia. quid famulorum turba. quid greges. quid armenta. quid deniq3 omnia que diuitie vocari solent: profecto inueniemus non aliud esse preter terram. Terra autem in ordine creaturarum infimum habet locum atq3 vilissimum eamq3 calcandam deus pedibus hominum dedit. Unde Hiero. ad Demetriadem virginem ait. In actibus apostolorum quando dñi nostri iesu xpi feruebat cruor. et recens erat in credentibus fides: vendebant omnes possessiones suas et ponebant precia ad pedes apostolorum: vt docerent pecunias esse calcandas. propter hoc insuper Seneca ad Lucilliū ait. Nihil natura quo auariciam nostram irritaret posuit in aperto. pedibus aurum calcandum ac premendum dedit. et quicquid est propter quod calcamur ac premimur. Illa vultus nostros erexit ad superos et quicquid magnificum mirūque fecerat videri a suspicientibus voluit ortus occasusq3 et properantis mundi volubilem cursum tardos siderum incessus si compares toti citatissimos si cogites quāta spacia nunq̄ intermissa velocitate circumeāt. Alia deinceps digna miratu siue per ordinem subeunt: siue subitis causis mota prosiliunt: vt nocturni ignium tractus celi patescentes colūnas ac trabes defectus solis ac lune inuicem obstantium: hec supra nos iura disposuit. Aurum quidem et argentum q̄si male nobis cōmitterēt abscōdit. Nos fortune mala nostra tradidimus nos in lucem per que pugnaremus extulimus nec erubescimus summa apud nos haberi: que fuerunt ima terrarum. hec ille. ¶ 2° apparet grauitas auaricie rōne deordinationis. Deordinat siquidem auaricia hoīes vt peiores fiant qualibet alia creatura. Nam vt. d. Aug°. Iudiciū maximum diuine bonitatis est quod quelibet creatura cogit͡ dare seipsam. Auari vero oīa vellēt appropriare sibi: Contra quorum parcitatē et crudelitatem ad proximos diximus in sermone de elemosyna.

¶ 3° apparet grauitas auaricie rōne idolatrationis. Unde Paulus Eph. 5. d. quod auaricia ē idolorum seruitus. Quod secundum Nicolaum de lira intelligendum est per quandam conformitatem: quia ita se habet auarus ad nūmū sicut ad idola idolatra. propterea quia auari omnem spem suam et confidentiam ponūt in diuitiis. Hec est itaq3 illa auaricia nequissima perditionis mater: pietatis inimica: corruptrix animarum: esca diaboli: et materia oīs peccati: quam qui sequitur eiicit a se xpm: qui nobis sit propitius vt valeamus sua gratia terrena omnia cōculcare atq3 ad regna properare celestia: vbi sanctis associati benedicemus xpm gloriosum et laudabilem per infinita secula seculorum. ¶ Amen.

¶ Feria tertia tertie hebdomade in quadragesima. de execrādo et periculosissimo peccato symonie: propter quod non parum damnificatur atq3 confunditur ordo ecclesiastice hierarchie. ¶ Sermo. 41.

Quecunque solueritis super terram erunt soluta et in celo. Uerba sunt redēptoris nostri originaliter. Math. 18. c. et in euāgelio hodierno. Cōtulit saluator noster ministris ecclesie et sacerdotibus suis iestiabilē dignitatē cū fecit eos spūaliū dispēsatores. Ideo tāto grauius estimatur si quando peccāt eorum delictū: quanto plura donorum dei incremēta sibi ferunt. Maxime aūt damnat͡ in illis vitiū symonie quod ex auaricia procedere noscitur. Illud siquidem ē causa multorum malorum et ↄfusionis da

innoſiſſime in eccl'iaſtica hierarchia. Ob cã cãm in pñti ſermone ɔtra vitiũ ſymonie nõ nulla erimus diſceptaturi. de quo contem plabimur tria myſteria principalia.
¶ Primum dr̃ diffinitio.
¶ Secundum inductio.
¶ Tertium punitio.
¶ Quid ſit ſymonia ⁊ vnde denoĩatur ⁊ q̃re ẽ peccatum graue: ⁊ quid ĩtelligit̃ p ſpũale aut ſpũalibus annexum. ¶ Cap. i.

PRimum myſteriũ cõtẽplãdũ de ſymonia dr̃ diffinitio. Et Ric. i. 4. di. 25. ⁊ tho. 2. 2. diffiniũt illã ſic Symonia ẽ ſtudioſa volũtas emẽdi vl' vẽdẽdi aliqd ſpũale vl' ſpũali ãnexũ. Que diffinitio cõtinet̃ iplicite in. c. q ſtudent. i. q. i. Pro clariore ãt declaratione notabim⁹ tria. p̊ deno minationẽ. 2° rõnẽ. 3° determinationẽ. p̊ cõſiderem⁹ denoĩationẽ. Nã ſymonia denoĩatur a Symone. de quo habet̃ act. 8. c. q cuz vidiſſet qr per ĩpoſitionem manus apoſtolorum daret̃ ſpũs ſcũs: obtulit eis pecuniam. d. Date mihi hanc ptãtẽ vt cuicũqz ĩpoſuero man⁹ accipiat ſpm̃ ſcm̃. Petrus ãt dixit ad eũ. Pecunia tua tecum ſit in pditiõe ⁊c. Sed nõ videt̃ q ſit ɔueniens iſta denoĩatio eo q Symon noluit vẽdere ſpiritualia: ſed emere. Et vt habetur. 4. Reg. 5. Giezi ſpiritualia vendidit Naaman ſyro. ergo non magis d̃bet dici ſymonia q̃ giezia. Rñdet Ric. vbi. s̃. q conuenientius noĩatur ſymonia q̃ giezia: quia vitium tam emptionis q̃ venditionis q̃tum ad voluntatem fuit in Symone mago. Ad hoc enim voluit emere pecunia donũ ſpiritus ſancti: vt poſtea aliis venderet. Si tñ diſtincte loqui volumus poſſumus vendentes ſpiritualia appellare giezitas: ⁊ ementes ſymoniacos. ¶ 2° ɔſideremus rõnem quare ſpiritualium emptio ſiue venditio ſit illicita. p̊ᵃ eſt ex parte vendẽtis. 2ᵃ ex parte ementis. 3ᵃ ex parte venditionis. Prima rõ ẽ ex pte vendẽtis: qr ille qui vẽdit ſpũalia non ẽ illorum domin⁹ ſed diſpenſator. Unde. i. Cor. 3. c. apl's dixit. ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̃i ⁊ diſpẽſatores miniſteriorum dei. Secunda ratio ẽ ex pte emẽtis. Jlle qui emit rẽ multo minore precio q̃ valeat iniuſte emit. Sed ſpiritualia ſunt tante nobilitatis ⁊ pfectionis: ⁊ per ɔſequens valoris q nulli precio tpaliũ rex poſſent adequari. Unde ⁊ de ſapiẽtia que ẽ res ſpiritualis. dr̃ Sap. 8. c. Precioſior ẽ cunctis opibus ⁊ omnia que deſiderantur huic non valent comparari. Tertia ratio ẽ ex parte venditionis: qr qui vtit̃ aliquo actu ad illud: ſeu alio modo q̃ ordĩauerit deus inique facit: ⁊ tanto peius quanto illud eſt in ſe dignius. Ordinauit autem deus ſpiritualia gratis ɔferri debere hominibus per miniſtros eius. quod xp̃s declarauit dicens Math. x. c. Gratis accepiſtis gratis date. ſ. ſacramenta: ⁊ alia ſpũalia. Unde in cõcilio Tolletano. i. q. i. c. quicqd ⁊ dicitur. Quicquid inuiſibilis gratie conſolatione tribuit nunq̃ queſtibus vel quibuſlibet premiis venundari penitus debet: dicente domino. Gratis accepiſtis gratis date. Et ſic colligit̃ q ſymonia propter dicta peccatum eſt mortale. Et ſuperadditur ratio q nullus debet excõmunicari niſi pro mortali peccato: vt dictum eſt in ſermone de inobedientia. Sz pro ſymonia debet qs excoĩcari. Unde. i. q. i. c. quicunqz ſacros. dicitur. Anathema danti. i. fiat ſm gloſam anathema accipienti ſymonia. 3° conſideremus determinationem. quid intelligitur p ſpũalia aut ſpũalibus annexa. Et ſm doctores ſpũalia dicuntur ſacramenta. ſ. baptiſmus. chriſma. euchariſtia. ordo. penitentia. extrema vnctio. ⁊ benedictio nuptiaꝝ: pro quibus dare pecuniam vel recipere vt precium eorum eſt prohibitum: quia ſymonia. Annexa vero ſpiritualib⁹ dicuntur dedicatio eccleſiarum. conſecratio virginum ⁊ aliarum rerum pertinentium ad cultum diuinum. benedictio abbatum. abſolutio ab excomunicatione vel aliis cenſuris eccleſiaſticis. electio prelatorum eccleſiaſticorum. confirmatio eorum. renunciatio. viſitatio ipſorum prelatorum: correctio criminum vel deſiſtere a correctione in iudicio eccleſie. cura aĩarum. ingreſſus religionis ſeu monaſterii. eccleſia ſeu beneficium ſimplex vel curatum. prebenda. dignitas eccleſi-

astica. vt archidiacōat⁹ .preponitur a ep̄a/
us ⁊ hi⁹.officiū sepulture vel locus eccl̄ie
cōsecratus ad sepulturā: vel vbi iā ē sepul/
tus aliqs:capelle.ius patronatus:ius ꝑcipi
endi decimas. Officia eccl̄iastica vbi ē ali/
qd iurisdictiōis spūalis vt Jconim⁹. Uice/
dominus ⁊ hi⁹.ferre sententiā i iudicio eccl̄ia
stico:permutatio dignitatis eccl̄iastice vel
bn̄ficii ⁊ sil̄ia. Pacisci ergo ꝓhis symonia ē.
Un̄ dr̄.i.q.z.c.quā pio. Cesset oīs pactio ces
set oīs cōuentio.s.emptionis aut vēditionis
Notādum tn̄ ꝙ si qs sine pactione exp̄ssa
vel exactione conferat aliqd spūale:spūalit
hac itentione vt ꝑꝑ illud recipiat tēporale:
puta audit ꝯfessionē: vel dicit missam: vel
ꝯfert ordinē siue bn̄ficiū ⁊ sil̄ia pricipaliter
qꝛ sperat ꝑꝑ hoc se habituꝝ pecuniam: vel
aliud p̄cium. Et sil̄r qui dat tēporale princi
paliter vt recipiat spūale:puta eucharistiā
ordinē sacrum.beneficiū ⁊ hi⁹. symoniaꝫ cō
mittit mentalem q̄ mortale ē ꝭꝫ Ric. Tho.
Ray. Hosti. ⁊. Innoc. Sed tal̄ symonia mē
talis tollit̄ ꝑ pn̄iam.extra de symonia.c.mā
dato. Ubi aūt nō fit pactio vel exactio vel
principalis itentio ad tēporalia in collatio/
ne spiritualiū vel receptiōe:sed gratis.⁊ ele
mosynaliter detur aliqd ⁊ accipiat̄ ad sustē
tationē nature vel reuerentiā sacramētoꝝ
vel ad seruādum laudabilē ꝯsuetudinē:lici
te ⁊ sine symonia dari ⁊ accipi pōt. Un̄ gre.
i.q.z.c.sicut ep̄m.ait. Eius oblatio nullam
culpe maculā igerit que non ex ambientis
petitione ꝓcessit: Nec symoniaci sunt tm̄ q
spiritualia vendunt vel emunt.sed etiam il
li qui i his mediatores st̄.quos ecclesia gra
uiter punit.sicut pꝫ.i.q.z.c.sicut episcopuꝫ.

¶ Qr pecunia ē materia iductiua peccati symonie. ⁊ quō pecunia accipit̄ multiplicit̄ ⁊ multiplici munere. ¶ Capl̄m. z.

SEcūdnm mysteriū ꝯtēplādū de sy/
monia dr̄ iductio. Est nāqꝫ hui⁹ sce
leris materia iductiua pecunia:su/
mēdo pecuniā large. vt i sermone precedē/
ti dictū ē ꝓ omni eo quod potest tēporalit̄
possideri. Pōt etiaꝫ pecunia dici quicquid
precio tēporali seu estimari pōt seu mensu/
rari. Nō solū pecunia numerata in monetis
auri argenti ⁊ eris: vel ea que ꝯmuniter cō
sueuerūt emi vel vendi vt vasa aurea: vel
argentea aīalia agri.⁊ hi⁹.sed etiaꝫ preces
ex qbus acquirit̄ fauor popularis ⁊ obseqa
tēporaliter p̄stita. Unde dicit Greg.i.q.i.c.
sūt nōnulli. Cū viꝝ iustū propha describe/
ret ait. Beat⁹ q excutit man⁹ suas ab oī mu
nere. Quia aliud ē munus ab obsequio:ali
ud a manu:aliud a lingua. Munus ab obse
quio ē seruitus idebite impensa. Munus a
manu pecunia ē. Munus a lingua fauor.s.
mūdanus: Et per quodlibet hoꝝ muneruꝫ
cū iteruenit i spiritualibus ꝯmittit̄ symonia
vt ibidē Gre.d. Et ad idē.i.q.3.c. saluator:
Urbanus ait. Quisquis res eccl̄iasticas .i.
spūalia q̄ dei dona sunt:nō ad hoc ad qđ isti
tute sūt:sꝫ ad propria lucra munere lingue:
vel idebiti obsequii: vel pecūie largiat̄ vel
adipiscit̄ symoniacus ē. Et q̄ꝫtum ad mun⁹
a lingua sciendum ꝙ si quis prelatus ꝯfert
beneficium ecclesiasticū seu dignitateꝫ ec/
clesiasticā: vel aliqđ sacramētum ad p̄ces
alicui⁹ hac itentione principali vt eius pre
cibus ꝯferēti laus vel fama acquirat̄: vel
vt ꝯtrarium euitet̄ symoniam cōmittit. Et
si p̄ces porrigunt̄ ab alio pro idigno đ bene
ficio curato vel simplici:⁊ ille qui porrigit ⁊
qui exaudit symoniam cōmittit:si ad p̄ces
factas pricipaliter mouet̄. Si aūt p̄ces por
rigunt̄ pro digno:⁊ ad idoneitateꝫ respicit̄.
nō ad preces principaliter:nec rogans nec
ꝯferēs male facit nec symoniā cōmittit. Si
vero quis pro se preces porrigat de benefi
cio simplici nō reputat̄ symonia si alias ē di
gnus. Nā si idign⁹ symoniacus reputat̄. Et
sil̄iter symoniā iducunt preces pro se porre
cte de beneficio curato.etiā si alias sit di/
gnus:qꝛ rōne ambitionis ⁊ presumptionis
reputat̄ eo ip̄o indignus secūdum beatum
Tho.i.4.di.25.⁊.z.z.q.cētesima.⁊ Ray.i
summa sua: q̄ꝫtum ad munus ab obsequio
reputatur symonia qn̄ quis seruiret alicui
prelato obsequio inhonesto. Sꝫ quo ad ob/
sequia honesta videlicet ordinata vel ad
vtilitatem ecclesie vel prelati rationabileꝫ
nō reputat̄ symonia:ita tn̄ ꝙ nō pricipaliter
seruiens faciat propter illud consequēdum
Unde Greg.ait. Ecclesiasticis vtilitatibus
deseruientem ecclesiastica oportet remu/

neratione gaudere.i.q.2.c.ecclesiasticis.
Munus a manu ē cū datur pecunia ꝛ hi⁹.
Ubi tamen notandum ꝙ pecunia pōt dari
ꝛ recipi licite pro spirituali ꝛ sine symōia qn/
que rationibus.ꝑ rōne ꝑmutationis. ¶ 2° rō
ne sustentationis.3° rōne prouocationis.4°
rōne punitionis.5° ratione vitande vexati/
onis. Primo rōne ꝑmutationis.probat̄ sic.
Qui vult remissionē peccatoꝝ cōsequi de/
bet si pōt elemosynas facere.Unde Danie
lis.4.Peccata tua elemosynis redime.Et
Ambrosius de pe.dis.i.c.medicina. Pecca
tis tuis venundat⁹es redimet te pecūia tua
Debet etiam quis pro adeptione eterne vi
te tēporalia cūcta dare.iuxta illud Math.
6.facite vobis amicos de māmona iniquita
tis.2° potest dari pecunia rōne sustentatio/
nis.sicut sacerdos pro missa quam dicit ac/
cipit pecuniam vel prebendam nō ꝙ illam
accipiat ꝓ ꝯsecratione eucharistie: vel pro
orationib⁹ ꝛ hi⁹.quasi preciū: sed vt stipēdiū
sue sustētationis.Unde.Aug⁹.i.q.i.c.iudi
ces ait.Accipiāt necessitatis sustētationem
deſerit. imo ſibi fauet ꝛ aſſiſtit: dũ citat̃ ante
tribunal eterni iudicis. Propterea legitur
ĩ vita Johis elẏnarii. ꝙ fuit qdã thelonari
us diues valde: noĩe Petrus. hic paupibus
dur⁹: cũ ad domũ ſuã accedebãt eos furibũ
dus expellebat. Cũ ergo ſemel paupes ĩter
ſe de eius auaricia ꝛ illiberalitate colloque
rẽtur qdam eoꝝ dixit. Quid vultis mihi da
re ꝛ ego hodie elẏnã ab eo accipiã? Et faci
entibus cũ eo pactũ: ad domũ eius venit ꝛ
elẏnã poſtulauit. At petr⁹ domũ rediẽs ꝛ
pauperẽ p̃ foribus vidẽs cũ eius famulus
panes ſiliginis ĩ domũ deferret: ille lapidẽ
nõ ĩueniẽs: panẽ vnũ ex illis arripuit ꝛ cu3
furore pauperẽ pcuſſit. Quẽ protinus acci
piẽs paup ad ſocios rediit. ꝛ ꝙ de manu ei⁹
elẏnã acceperit ĩdicauit. P⁹ duos dies in/
firmatus ad mortẽ diues ille vidit ſe ante
iudiciũ ſtare: ꝛ mauros quoſdam ſup ſtate/
ram mala eius appẽdere. Ex altera aũt p/
te ſtatere qda3 dealbati triſtes ſtabãt. eo ꝙ
nihil qð ibi appõerẽt ĩuenire valebãt. Tũc
vnuſ eoꝝ dixit. Uere nihil habem⁹ niſi vnũ
pane3 ſiliginis quẽ ante duos dies vi coa/
ctus dedit: quẽ dum ſup ſtaterã ponerẽt eq̃
litas vt ſibi videbat̃ facta ẽ. Dixerũt ei: ad/
auge ad ſiligine3 hãc: alioquĩ mauri te app̃/
hendẽt. Euigilãs aũt ꝛ liberat⁹ dicebat pa
pe: ſi vna ſiligo quã p furorẽ iactaui ita ꝓ/
fuit: quãto magis oĩa ſua bona ĩdigẽtibus
elargiri? Et extunc liberaliſſimus pauperĩ
bus ſẽper fuit. ¶ Sexta rõ ĩducẽs hoĩeſ ad
elẏnas ꝛ pietatis opa dr̃ gratioſitaſ. Facit
eqdem elẏna habilẽ hoĩe3 ꝛ idoneũ ad dei
grẽ ſuſceptionẽ. Unde Act. x. tale ponit̃ ex
emplũ. Uir qdam erat ĩ ceſarea noĩe Corne
lius cẽturio cohortis que dr̃ italica. religio
ſus ꝛ timẽs deum cũ omni familia ſua: faci
ens elẏnas mltas plebi. ꝛ deprecãs deũ ſẽ/
per. Is vidit ĩ viſu manifeſte quaſi hora di
ei nona angelũ dei ĩtroeũtẽ ad ſe ꝛ dicẽte3
ſibi. Corneli. At ille ĩtuens ĩ eũ timore cor/
reptus dixit. Quis es dñe? Dixit ãt illi. orõ
nes tue ꝛ elẏne tue aſcẽderũt in memoria3
in conſpectu dei: ꝛ nunc mitte viros ĩ Jop/
pen et accerſi Symone3 quẽda3 qui cogno
minatur Petrus. ꝛ dicet tibi quid te opor
teat facere. Obtinuit itaq3 Cornelius ele
moſynis mediãtibus gratiam: vt ad ip̃3 ba/
ptizandum mitteretur Petrus. Septima
rõ dicitur felicitas. Pro ipſa vtiq3 felicita/
tem eterne vite conſequimur. Unde. i. Ti
motei. 4. apl̃us ait. Pietas ad omnia valet
promiſſionem habens vite que nunc ẽ ꝛ fu
ture. Quod xp̃s declarauit Math. 25. vbi
ad regnum celorum vocaturu3 ſe dixit eos
qui miſericordie opera dilexerunt.

¶ De ſeptem conditiones reqrunt̃ ad hoc
vt elẏna debito modo fiat. ¶ Cap. ij.

Secũdũ mysteriũ d̾clarãdũ d̾ elꝭyna dr̃ conditio: ĩ quo explicãde sunt se ptez qualitates siue conditiones q̃ notãtur in verbis zachei. d. Luc. 19. Ecce dimidium bonorum meorum dñe do pauperibus. vbi ĩnuitur ꝙ elꝭyna debet esse. p̊ pmpta. 2° copiosa. 3° bona. 4° propria. 5°. ordinata. 6°. liberalis. 7° discreta. ¶ p̊ elꝭyna debet esse prompta. propterea dr̃. ecce. quasi dicat zacheus. ꝙ cũ fieri pōt elemosyna nõ ē tardanda: non differenda: nõ procrastinanda: sicut multi faciunt qui nõ nisi post multas preces ⁊ diuturnũ tẽpus elemosynas erogare volunt. propterea dicit sapiẽs ꝓv. 3. Ne dicas amico tuo. Vad̾ ⁊ reuertere. cras enim dabo tibi: cũ statim possis dare. Et seneca. li. 2. de beneficiis. Ingratum ē beneficium quod diu inter dantis manus hesit. ⁊ vt ait Macrobius libro. 2°. saturnalium. Pars beneficii ē quod petitur si cito neges. Verũtamen satis reprehensibiles sunt qui mortem expectãt vt bona supflua quib⁹ nõ egent pauperibus tribuant. Pro quibus facit sapiens verbum illud sacte Lucie q̃ sue matri dixit. Quod moriens das ideo das: quia tecuz ferre nõ potes. Solet etiaz deo pmittẽte sepius euenire ꝙ auaroꝝ diuituz bona que p⁹ mortẽ in pias causas distribuere disposuerunt rapiant dilanient ⁊ distrahãtur a parẽtibus a domesticis a cõsanguineis litigantibus: ⁊ quãdoqz ab extraneis versutia ⁊ calliditate illa querẽtibus. Quare cõsulendum ē oĩbus quibus supabũdant diuitie vt velint ipsi per se collocare illas in celo: nec expectare vt post mortẽ id faciant alii: q: vt diximus sepe fallunt. ¶ 2° elemosyna debet esse copiosa: propterea dixit zacheus. dimidium. Unde thobie. 4. Si multum tibi fuerit abundãter tribue. Neque timẽda ē paupertas si elꝭyne ample fiãt. Nõ enim deus vult superari ab aliquo de liberalitate: sicut videri pōt exemplum de hoc in. 2. dial. li. de Bonifacio fũdeñ: episcopo. Cui ex paucis vuis vinũ collectuz pauperibus largiẽti illud miraculose multiplicauit deus. 3° elemosyna debet esse bona. i. de bonis rebus ñ ĩfectis aut marcidis. propterea dixit zacheus: bonorũ. 4° debet esse elemosyna propria: vt fiat de propriis bonis. non de alienis. iō dixit zacheus: meorum. Unde i. q. i. c. nõ ē. Grego. ait. Non ē putãda elemosyna si pauperib⁹ dispẽsetur quod ex illicitis rebus acqritur. Glo. aũt ibi dicit. Nõ eniz cã pietatis faciẽda ē iniquitas. vt patz. 14. q. 5. c. forte. 32. q. 4. c. sic nõ sunt. 33. q. 5. c. si dicat. 27. q. 2. c. si tu abstines. 22. q. 2. c. ne qs. Et. 14. q. 5. c. nolite. Aug⁹ ait. Nolite velle elemosynas facere de fenore ⁊ vsuris. et ĩ. c. elemosyna. Grego⁹ ait. Elemosyna redẽptoris nostri oculis illa placet que nõ ex illicitis ⁊ iniquitate cõgerit: sed que de rebus cõcessis ⁊ bene acquisitis ĩpendit. 5° elemosyna debet esse ordinata: vt. s. fiat ꝓ dei bonore proximi salute: ⁊ propria vtilitate. ñ pro vana gloria ac huius seculi pōpa. Unde zacheus addidit. Dñe. i. pro tuo amore ⁊ honore qui dicens ei elemosynã facio. propterea xp̄s Math. 6. c. dixit. Cũ facis elemosynam noli tuba canere ante te. sicut hypocrite faciunt in synagogis ⁊ vicis: vt honorificẽt ab hoĩbus. Amẽ dico vobis receperũt mercedẽ suã. ¶ 6° elemosyna debet esse liberalis: vt nõ fiat ꝓ susceptis seruitiis: Nã sunt pleriqz q paupes laborare cogũt: ⁊ postea illis noĩe elemosyne aliquid tribuũt: cũ tamẽ merces laboris potius q̃ꝫ elemosyna debeat appellari. ꝓpterea dixit Zacheus: do. idest, nõ vẽdo: sed liberaliter dono ¶ 7° elemosyna d̾bet esse discreta: vt det̃ his qui ĩdigẽt ⁊ nõ his qui abũdãt. Qd̾ dictum est propter illos qui habentes aut vicinos aut attinẽtes qui paupertate ⁊ egestate grauãtur: elemosynas faciũt ad exornãdas ecclesias: aut eccłiastica ornamenta amplianda. Qd̾ nõ dãnamus: nisi dũ fame periri pmittuntur proximi ĩdigentes. Propterea dicit Amb° 12. q. 2. c. aur. Aurũ habet eccłia: nõ vt seruet: sed vt eroget ⁊ subueniat ĩ necessitatibus. Quid est opus custodire qd̾ nihil adiuuat? An ignoramus quãtum auri atqz argẽti d̾ tẽplo dñi assyrii sustulerũt? Nõne melius conflat sacerdos ꝓpter alimoniam pauperũ si aliqua subsidia desunt: q̃ꝫ si sacrilegus ꝯtaminet ⁊ asportat hostis? Nonne dicturus est dñs. Cur passus es tot inopes fame mori? Et certe habebas aurum mini/

ſtraſſes alimoniã. Cur tot captiui ĩ ꝯmerciũ
ducti: nec redẽpti ab hoſte occiſi ſunt? Me
lius fuerat vt vaſa viuẽtiũ ſeruaſſes q̃ȝ me
talloꝝ: his nõ poſſet reſpõſuȝ referri. Quid
enĩ dices? Timeo ne tẽplo dei oꝛnatus de/
eſſet. Rẽſpõdeo auꝝ ſacramẽta nõ querũt
neqȝ auro placẽt: que auro nõ emũtur. Oꝛ/
natus ſacroꝝ redẽptio captiuoꝝ eſt. Et ve
re illa ſunt vaſa p̃cioſa que redimunt aĩas a
moꝛte. ¶ Jlle verus theſaurus dñi qui opaẗ
q̃ᵭ ſanguis eiꝰ opatus eſt. Et Hiero. ad De
metriadẽ virginẽ ĩquit. Alij eccl̃ias edificẽt
veſtiãt parietes marmorum cruſtis: ſed tibi
aliud propoſitũ. xp̃m veſtire ĩ nudis: viſita/
re ĩ lãguẽtibꝰ: ⁊ ſubuẽire ĩ oppꝛeſſis. hec ille

¶ De ſeptẽ ſunt opa miſericoꝛdie qbꝰ neceſ
ſitatibus ꝓximi eſt ſubueniẽdũ. Capl̃m. 3.

Tertiũ myſteriũ declarandũ de ele/
moſyna dicitᷣ diſtictio. Diſtinguitur
equidẽ in elemoſynas ſpirituales ⁊
coꝛpoꝛales. Elemoſyne ſpũales ſunt cũ daẗ
vel fit aliquid ſpũale ad ſubueniẽdũ ſpũali
ĩdigẽtie pꝛoximi. Et ꝯtinentur ĩ hoc verſu
Cõſule caſtiga doce ſolare remitte fer oꝛa.
Elemoſyne coꝛpoꝛales ſunt cũ datur vel fit
aliquid coꝛpoꝛale ad ſubuẽtionẽ coꝛpoꝛalis
ĩdigẽtie. Que ſunt ſeptẽ ⁊ cõtinẽtur in hoc
verſu Viſito poto cibo redimo tego colligo
condo ſcilicet. pᵃ eſt viſitare infirmum. 2ᵃ
potare ſitientem. ¶ tertia cibare eſurien/
tem. ¶ quarta redimere incarceratum. 5ᵃ
veſtire nudum. ¶ ſexta recipere hoſpitem.
¶ ſeptima ſepelire moꝛtuum. Et quoniam
coꝛpoꝛales elemoſyne magis ſe offerunt et
occurrunt neceſſarie: qꝛ multo plures ſunt
qui coꝛpoꝛaliter q̃ȝ qui ſpiritualiter affligũ/
tur: ideo coꝛpoꝛales elemoſynas explicabi/
mus. ¶ Pꝛima itaqȝ elemoſyna eſt viſita/
re ĩfirmos et tribulatos. Et de hac ſapiẽs
7. c. Ecc. ait. Nõ te pigeat viſitare infirmũ:
ex his enim ĩ dilectõe firmaberis. Et Jac. i.
Religio mũda ⁊ ĩmaculata apud deũ ⁊ pa/
trẽ hec ẽ: viſitare pupillos ⁊ viduas ĩ tribu/
latõe coꝝ. Vñ ĩ vitis patrũ. Frater qdã ĩtro
gauit quẽdã ſenẽ. d. duo fratres ſunt quoꝝ
vnus ieiunat ſex diebus multum laboꝛans
alius vero ſeruit egrogantibus: Cuiꝰ opus
magis acceptũ ẽ deo? Rñdet ſenex. Si fra
ter ille qui ſex diebus laboꝛãs ieiunat appẽ
dat ſe per nares nõ põt eſſe equalis illi qui
ĩfirmantibus deſeruit. ¶ Secunduȝ opus
miſericoꝛdie ſeu ſecũda el̃yna ẽ potare ſitiẽ
tẽ. Et de hoc xp̃s Math. x. ait. Qui potum
dederit vni ex minimis iſtis calicẽ aque fri
gide tm̃ in nomine diſcipuli: Amen dico vo
bis non perdet mercedem ſuam. ¶ Tertia
elemoſyna eſt cibare eſurientem. Et de hac
Thobie. 4. Panem tuum cuȝ egenis ⁊ eſu
rientibus comede. ¶ Quarta el̃yna eſt re
dimere captiuos. Et de hac ecc. 4. Libera
eum qui iniuriam patitur de manu ſuperbi
¶ Quinta elemoſyna eſt veſtire nudum. Et
de hac Luce. 3. xp̃s dixit. Qui habet duas
tunicas det vnam non habenti. ¶ Sexta ẽ
colligere hoſpites. Hec aũt hoſpitalitas mlᷓ
ta bona facit. Pꝛimo ad ſuſceptionem gra
tie pꝛeparat. quod figuratum eſt Luc. vlt.
in hoc ꝙ duo diſcipuli xp̃m cognouerũt cũ
eum ad hoſpitium inuitaſſent. Secundo bo
na tempoꝛalia multiplicat. vt patet ĩ illa vi
dua que Heliam in hoſpitio ſuo ſuſcepit cui
farina ⁊ oleũ non defecerunt. 3. Reg. 17. c.
¶ Tertio a malo tempoꝛali ſeruat. vt pa/
tet in Raab que recepit nuncios filioꝛum
iſrahel. ⁊ ideo a moꝛte ſaluata eſt. ¶ Quar
to chꝛiſtum recipit. Unde in vitis patrum
legitur ꝙ quidam Martinus nomine mo/
nachus valde honoꝛabilis in ſuo monaſte/
rio viſitationis gratia ad aliud monaſteri/
um tendebat. pergens itaqȝ lepꝛoſuȝ quen
dam in via volentem ad ſuum hoſpitium re
dire: ⁊ pꝛe laſſitudine nõ valentem reperit:
vir autem dei eiuſdem lepꝛoſi laſſitudinem
miſeratus pallium quo veſtiebatur in ter/
ram pꝛotinus pꝛoiecit: ⁊ expandit: ac deſu/
per lepꝛoſum poſuit cumque ſuo palio vn/
dique conſtrictum ſuper humerum leuauit
ſecumque reuertens detulit. Cunque iam
monaſterii foꝛibus appꝛopinquaret. abbas
eiuſdem monaſterii magnis clamare voci
bus cepit. Currite: ⁊ ianuas monaſterij citi
us aperite: quia frater Martinus venit
poꝛtãs dñȝ xp̃m. Statĩ ỽo vt Martinꝰ ad
mõaſterii poꝛtã pueñis q lepꝛoſus eẽ puta
baẗ ď collo eiꝰ exiliẽs: ⁊ ĩ ea ſpẽ appens q̃ re
cognoſci ab hoĩbꝰ ſolet redẽptõ huãni gene
ris ďs ⁊ hõ ih̃s xp̃s ad celũ Martino aſpici
ente rediit eiqȝ aſcẽdẽs dixit. Martĩe tu ñ

erubuisti me sup terrā ego te non erubescā sup celos. Qui sanctus vir mox vt esset mo nasteriū ingressus ei pater monasterii dixit Frater Martine vbi est quem portabas? Cui ille ridens dixit. Ego si sciuissem quis erat: tenuissem pedes eius. et narrabat: qa dum eum portasset minime pondus eius se sisset. Septima elemosyna ē sepelire mortuos. Et de hac diffusius dicemus cum agemus de pietate defunctorum. Ergo benigno corde impēdamus nostris pximis pietatis opa vt sic valeamus in hoc seculo acquirere dei grām et in futuro sempiternam gloriam: in qua viuit regnatqz deus per infinita secula seculorum. Amen

Sabbato tertie hebdomade i quadragesima. de simulato vitio adulationis quo sepius pharisei vtebant̄ cuz christo loquētes. Sermo. 45.

Dixerunt ei Magister. Hec mulier modo deprehēsa ē in adulterio. Simulantiū phariseorum verba sūt ista originaliter Joh. 8. c. et in euāgelio hodierno. Sequūt̄ plurimi venenosos mores virulētosqz modos scribarum et phariseorum qui xpm blande reuerenter qz magistruz vocantes: eius tamen doctrinam nō solum spernebant: verum etiā aliis vilem contemptibilem exosamqz reddere satagebant. Ipsorum autez vistigia retinēt adulatores qui suis mellitis verbis veritate neglecta falsitatem fouēt: Ea propter in hoc sermone de vitio adulationis pulchra quedam et vtilia aperiem⁹: de q̄ tria mysteria sunt declaranda.

Primum dicitur diffinitio

Secundum offensio.

Tertium remediatio

Quid sit adulatio: et qualiter potest quis quandoqz laudare aliquem cum merito: et quandoqz cum peccato. Capitulum. i.

Primū mysteriū declarādū de adulatione dicit̄ diffinitio. In quo qd sit adulatio videamus. Et ex dictis Alex. in. 2. volumine summe. pōt sic diffiniri. Adulatio ē peccatum proueniens ex sermone vane laudis alicui facte intentiōe placēdi. Pro cuius declaratione notanda sūt tria videlicet. Primū notādu3 fm Tho. in scripto sup. li. 4. ethi. q circa humana colloquia per que maxime hoīes ad inuicem cō uiuūt et conuersantur fm nature sue proprietatem respectu aliorum aīalium que sibi i cibis vel in aliis huiusmodi coīcant: non aūt i colloquiis in quibus proprie cōsistit conuictus humanus quo ad delectare alium vel contristare: triplex differentia reperit̄. Quidam enim sunt qui in suis colloquiis tenent medium in laudādo vel contristando. et tales vocātur affabiles vel amici. Quidā vero alii sunt qui tenent excessum in contristādo: et defectum in delectando. et tales agrestes discoli vel litigiosi noīantur. Quidam vero alii sunt qui tenēt excessum i delectādo et defectū in alios cōtristādo. et tales placidi vel adulatores vocātur. Primo enī dico q quidam sunt qui in suis colloquiis tenent medium in delectando vel contristando alios: eo q tales delectāt vel contristāt alios sicut oportet et qn̄ oportet et scd3 alias circūstantias. et tales sunt laudabiles et vocātur affabiles vel amici. Habens enī hāc virtutē affabilitatis vel amicitie: qnqz laudat alios: et delectat fm q exigit debit⁹ ordo necessitatis et rōnis: Quādoqz vero refugit delectare: et eligit ɔtristare. et hoc duo b⁹modis Uno mō. ex pte ipsius qui ɔtristat puta si nō sit sibi honestū talia colloquia audire. vt cū aliquis loqtur v̄ba turpia. vl' ēt si sit sibi nociuuz: puta cū ali⁹ loqt̄ i ɔtrimētū ei⁹. Alio mō ex pte illi⁹ quē cōtristat: puta si dicat vel faciat aliqd qō ad ppriā ipsi⁹ magnā ihonestatē ptincat. vel etiā si multū sit nociuū. 2° qdā alii sūt q tenēt excessū in cōtristādo alios et defectū i delectādo. Su pabūdant enī i alios cōtristādo: et volūt cō trariari oīb⁹ q̄ dicūtur vel fiūt ab aliis. Et isti agrestes vocantur. 3° quidam alii sūt qui in suis colloquiis tenent excessum in delectando et defectum in contristando. Hi enim in suis sermonibus et in rebus aliis q bus coīcant et conuersantur cū aliis omnia que ab aliis dicuntur: vel fiunt laudant

ſiue bona ſint ſiue mala ad hoc ꝙ delectabi
les ſe eis exhibeant: ⁊ in nullo ↄtradicũt eis
quibus cõuiuunt ne eos cõtriſtent: exiſtimã
tes ꝙ oportet oĩbus ↄuiuere ſine triſticia.
Et tales ſi hoc nõ faciunt propter aliud niſi
pp delectationem vocantur placidi vel pla
centeri. Si autem hoc faciunt pp adipiſcen
dam pecuniam vel quicquid aliđ quod põt
pecunia eſtimari blanditores ſeu adulato/
res vocãtur. Secundum notandum ꝙ cũ
adulatio cõſiſtat ĩ ſermone laudis alteri ex/
hibire vt ẽ dictum: ſic homo põt aliquẽ lau
dare bene ⁊ male: put. ſ. debite circunſtan/
tie ſeruãtur vel pretermittunt̃. Naȝ põt ali
quis ſm Tho. z. z. q. iiʒ. aliquem delectare
laudando eum tripliciter. p̊ vt deus honore
tur. z° vt proximus adiuuetur ne in tribula
tione deficiat. ʒ° vt virtus ĩ proximo augea
tur vel vt etiaȝ conetur in bono proficere.
Tunc his tribus modis velle laudare ali/
quẽ vel velle placere qđ ẽ licitũ ⁊ meritori
um ⁊ ptinet ad rõnem amicitie vel caritatiſ
nec adulatio dici poteſt Alio modo põt qs
male laudare aliquem. p̊ qñ laudat de ali
quo ſibi dubio vel ĩcerto. Unde Ecc. xi. nõ
laudes virum ĩ ſpecie ſua. Ibi glo. Nec iux
ta ſpẽm corporis exiſtimes qualitatem mẽ
tis. z° aliquis male laudat alium qñ laudat
de futuro. Unde ecc. xi. Ante mortẽ ne lau
des quenquam. ʒ° aliquis male laudat aliũ
de illicito. ſ. qñ laudat de vitio. ſm illud p̃s.
Laudatur peccator ĩ deſideriis anime ſue.
Uel ſecunduȝ alex. in. z. ſumme põt aliquis
p adulationem laudari aut reſpectu mali
aut reſpectu boni. Reſpectu mali duobus
modis. p̊ laudando malum tanꝙ̃ bonuȝ. z°.
malum diminuendo. Reſpectu boni fit po/
nendo ⁊ laudando bonũ eſſe qđ nõ ẽ. aut au
gendo bonũ ⁊ laudãdo ĩpm magis ꝙ̃ ſit.
¶ Tertium notãdum ꝙ adulatio aliquando
eſt peccatũ veniale: aliqñ mortale: veniale
peccatum eſt tribus rõnibus ſȝ alex. ⁊ tho.
Prima ratio eſt. cuȝ aliquis adulat̃ ſola aui
ditate alios delectãdi ⁊ nõ intentione nocẽ
di. Secunda eſt cum aliquis adulatur ſola ĩ
tentione vitãdi aliquod malum ſine alteri⁹
detrimento. ¶ Tertia cum aliquis adula
tur intentione conſequendi bonuȝ aliqđ ne
ceſſariuȝ. Sed peccatum ẽ mortale duab⁹
rõnibus. Primo ratione criminis: cũ. ſ. qs
aliquem laudat de peccato. Talis agit cõ
tra caritatem proximi: qꝛ prebet ei occaſio
nem in malo pſeuerãdi. ppterea aug⁹ ſup il
lo verbo pſal. Laudat̃ peccator. ⁊c. ait. Hec
ẽ magna ira đi vt deſit correctio ⁊ adſit lau
datio. Adulãtium enim lingue ligant aĩas ĩ
peccatis. Delectat enim illa facere in quib⁹
non ſolum non metuitur reprehenſor. ſȝ etiã
laudatur peccator. z° adulatio eſt peccatuȝ
mortale ratione intentionis cum aliqs adu
latur alicui hac ĩtentione ⁊ fine vt fraudu/
lent̃ ſiue corpalit̃ ſiue ſpiritualiter ei noceat
¶ Qualiter ſe habet adulatio in compara/
tione ad homicidium ⁊ ad detractionem: ⁊
ad illum cui fit. ¶ Caplm. z.

Secũdum myſterium cõtemplan/
dum de adulatione dr̃ offenſio. in
quo aperiendum ẽ ꝙ̃ grauiter offẽ
dit ⁊ peccat adulator. Et ad hoc clarius in/
telligẽdũ tria dubia diſputemus. ¶ Primũ
dubium. Utrum peccatum adulationis ſit
grauius peccato homicidii. Et reſpondet
Alex. ꝙ adulatio ⁊ homicidium in grauedi
ne ſe habent ſicut excedentia ⁊ exceſſa. Qđ
pȝ. qꝛ homidium ẽ grauius peccatum adu/
latione: duplici rõne. ¶ Prima eſt quia lin
gua adulatoris non nocet ita efficaciter ſi/
cut gladius perſecutoris. Quod patet. quia
gladius perſecutoris effectiue occidit quaſi
ſufficiens cauſa mortis. Lingua autem adu
latoris non ita efficaciter nocet. quia nullus
poteſt eſſe alteri ſufficiens cauſa peccandi.
Ergo cum gladius perſecutoris ſit cã mor/
tis efficienter. ⁊ lingua adulatoris ſit cauſa
peccandi non efficienter: ſed occaſionaliter
ideo homicidiuȝ eſt grauius peccatum adu
latione. ¶ Secunda ratio eſt: qꝛ malum ir
recuperabile eſt grauius malo recuperabi
li. Sed nocumentum homicidii eſt irrecupe
rabile. nocumentuȝ vero adulationis eſt re
cuperabile. ergo ⁊c. ¶ Ex alia vero parte
adulatio ẽ grauius peccatuȝ homicidio du
plici ratione. ¶ Prima ẽ quia peccatũ quã
to ẽ magis nociuum in precioſioribus reb⁹:
tanto grauius ẽ. Sed lingua adulatoris pl⁹
nocet in precioſioribus bonis. ſ. in bonis ſpi

ritualibꝰ ꝙ gladius perſecutoris qui nocet in corporalibꝰ tm̄. ergo ⁊c. ¶ Secunda rō ē. q2 peccatum quāto occultius nocet ⁊ minus caueri pōt: tāto ē grauius. ſed peccatum adulationis occultius nocet. Magis enim pōt caueri a manu pſecutoris ꝙ a ligua adulatoris. ergo ⁊c. Secundum dubiū. Utrum adulator ita grauit̄ peccet ſicut ille cui adulatur. Reſpōdet Alex. vbi. ſ. duobꝰ modis. Primo ſimpliciter ⁊ abſolute ſine aliq̄ diſtinctione. ꝙ ille qui adulat̄ alteri ⁊ nocet ei plus peccat ⁊ plus nocet ſibi ꝙ illi cui adulatur. Ratio ē q2 ſibi nocet tanꝙ ſufficiēs cauſa peccādi. Aliis autem nocet ⁊ ē cauſa peccati occaſionaliter tm̄. 2° rn̄detur cum diſtinctione. Nam diſtinguendum ē de illo cui aliquis adulatur. Aut enim ille nō aſſentit adulationi: aut aſſentit. Primo cum quis nō aſſentit adulationi tunc adulator peccat mortaliter ex intentione inducendi illū ad peccatum mortale ꝙtum in eo fuit. licet ille adulationi non aſſentiret. Secūdo vero cum aliquis adulationi conſentit ⁊ acquieſcit: tunc de tali diſtinguo. Quia ē quidam qui decipitur credendo adulatori plus de ſeipſo ꝙ ſibi: ⁊ talis cum decipitur ab adulatore: minꝰ peccat ꝙ adulator. Eſt alius q non ſolum credit adulatori: ſed etiam fouet ipſum ⁊ procurat vt fiat adulatio. ⁊ talis plꝰ peccat ꝙ adulator. Tertium dubium. vtrū adulatio maius ſit peccatum ꝙ detractio. Rn̄det Alex. ꝙ detractio ē grauius peccatum. Primo ex parte radicis: quia detractio ex deteriore radice ſurgit ꝙ adulatio. ſ. ex odio ⁊ ex īuidia. in quibus detractor ſimilitudinem diaboli tenet. Adulatio vero ex libidine placendi procedit vel ex vanitate cordis. Secundo detractio eſt grauiꝰ peccatum ꝙ adulatio ex parte finis: q2 adulatio intendit magnificare nomen. detractio vero nititur auferre vel deprimere nomē. vel adulator querit delectationem eius cui adulatur. detractor vero querit diffamationem eius cui detrahit. Sed neſcio quid dicam de adulatione quando tot inueniūtur adulatores: tot etiam adulatoribus aures beniuolas accōmodantes: quo fit: vt veritas conculcetur ⁊ malicia ſuperabundet.

¶ De tribus remediis quibus eſt vtendum vt euitentur fraudes ⁊ deceptiones adulatorum. ¶ Caplm̄. 3.

Tertium myſterium declarandum de adulatione dr̄ remediatio poſ. Sunt enim tria remedia contra adulatores apponi. ¶ Primum eſt deceptiōis cōſideratio. ¶ Secundum bone cōſcie cōditio. ¶ Tertium proprie miſerie inſpectio. Primum remedium ē deceptionis cōſideratio. Ab illo enim ſemper cauendum ē qui ſē per decipit. ſed omnis adulator ē talis. Unde Augꝰ ſuper ps. Adulatio eſt fallaci laude ſeductio. Et idem ſuper ps. Plus perſequitur lingua adulatoris ꝙ manus pſequētis. Et Hiero. ſuper pſal. Nihil ē quod tam facile corrumpat mentes hominum ſicut adulatio. Plus enim nocet lingua adulatoris ꝙ gladius perſecutoris. Et Beda ſup Lucā. Ipſa peccati nutrix adulatio ē que ſicut oleum flāmis ita in culpa ardentibus ſolet adminiſtrare fomētum. Et Caſſiodorꝰ in epl̄is. Adulatio blanda oībus applaudit oībus ſalue dicit. prodigos vocat liberales auaros parcos ⁊ ſapientes. laſciuos curiales. garrulos affabiles. obſtinatos conſtantes. pigros maturos ⁊ graues. hec ſagitta leuiter volat: cito infigitur. Et Seneca ad lucillum. Malum hoīem blande loquentem agnoſce tuum laqueū eſſe. Habet enim ſuum venenum blāda oratio. Et prouer. i. Si te lactauerint peccatores ne acquieſcas eiſ Secundum remedium ē bone cōſcie conditio. Nam bona cōſcia ſemper minus exiſtimat de ſe. Propterea chriſtus Luce. 17. dixit. Cum bona feceritis que precepta ſunt vobis dicite: ſerui īutiles ſumus. quod debuimus facere fecimus. Et Greg. di. 5. i. c. ad eius. Bonarum mētiū ē ibi culpā agnoſcere vbi culpa nō ē. ¶ Tertium remediū cōtra adulationē ē ꝓprie miſerie inſpectio vel recognitio. Unde Gregꝰ. xi. q. 3. c. iter verba. ait. Inf̄ verba laudātiū vl̄ vitupantiū ad mētē recurrēdum ē. Et ſi in ea nō īuenitur bonū quod de nobis dicit̄ magnā triſticiam generare debet. Et rurſus ſi in ea nō uenitur malū qđ de nobis hoīes loquūtur ī magnā leticiā debemꝰ ꝓſilire. Et Seneca ad

Lucillū. Intus teipſū cōſidera nō qualē ſis aliis credas. Et idem ad Lucillum. Alexander cum in obſidione cuiuſdā vrbis circuiſſet muros ictu ſagitte percuſſus cum repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor creſceret: ⁊ crus obſtupuiſſet. Omnes inquit iurāt me eſſe filium Iouis: ſed vulnus hoc me hoīem eſſe clamat. Uerūtamen hodie verificatur dictum Hiero. ad Sabinianū vbi ait. Naturali ducimur malo ⁊ adulatoribus nr̄is libēter fauemus: ⁊ q̄q̄ reſpōdeamus nos indignos ⁊ calidus rubor ora pfundat: tñ ad laudē ſūmam itrinſecus aīa letat̄. Idcirco vt dixi paulo añ. Lāguet veritas ⁊ iuſticia conculcat̄: qr adulatio apud viros magnos ⁊ ſcl̄i hui⁹ potētes obtinet magnū locū. Abſtineam⁹ igitur nos ab hoc dānabili vitio: vt mereamur in hoc ſeculo participes fieri diuine gratie ⁊ in futuro ſempiterne glorie in qua viuit glorioſus deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Dn̄ica quarta in quadrageſima in mane de ſacro cultu dierum feſtorum illorumq; debita veneratione. Sermo. 46.

Erat proximū paſca dies feſtas iudeorū. Scribūtur hec v̄ba Ioh. 6. c. ⁊ i euāgelio p̄ntis dn̄ice. Magnificat euāgeliſta miraculū factū a xp̄o: dū ſatiauit ex paucis panibus atq; piſciculis tot milia hoīum pp circunſtantiam dici feſti. Cū vero iter xp̄ianos ſacroꝝ dierum obſeruātia religioſa penitus ſit extincta: quibus merito cōuenire pōt: quod eſa. p̄. dn̄s ait. Kl'as veſtras ⁊ ſolennitates veſtras odiuit aīa mea. Facta ſūt mihi moleſta. laboraui ſuſtinens. Et cū extenderitis manus veſtras: auertam oculos meos a vobis. Idcirco in p̄nti ſermone ꝓ reformatione preſentium de feſtis erimus tractaturi: de quibus tria myſteria principalia declarabimus

Primum dicitur approbationis.
Secundum determiationis.
Tertium obſeruationis.

De vſus ſacroꝝ feſtoꝝ approbat̄ ⁊ cōmendat̄ a gētilibus: a iudeis: ⁊ a xp̄ianis. Cap. i.

Primum myſterium de feſtis declarandum dr̄ approbationis. Nam ſūt multi aſſerentes vanū eſſe vel inutile obſuare ⁊ celebrare feſta. qb⁹ feſtoꝝ vſū approbatū tripliciter oſtēdem⁹. p̄ p gētiles. 2⁹ p iudeos 3⁹. p xp̄iāos. p̄ oſtēdim⁹ vſū feſtoꝝ approbatū p gentiles. Ipi nanq; licꝫ ſm errores ſuos feſta tñ ſolēniter celebrabāt. Unde Uarro i vltimo volumine rerūꝫ diuinarū narrat ꝙ romani pria die Ianuarii celebrabant feſtum Iani. Ianus ṽo fuit qdā q regnauit in ptibus illis vbi ē Roma a q̄ mōs Ianicul⁹ dict⁹ ē. Et ex dictis Quidii de faſtis colligit̄ ꝙ eodē mēſe celebrabāt feſtū Minerue q̄ erat dea belloꝝ. Et ꝙ i februario habebāt feſtū dee felicitatis: ⁊ feſtū fauni quē dicebāt deū mōtiū. In martio agebāt feſtū Martis dei belloꝝ. In aprili feſtū fortune quā dicebāt deā. In madio feſtū dee flore: q̄ fuit miniſtra Ueneris ⁊ dicebat̄ habere ptāte ſup flores. Erant eis ⁊ alia feſta q̄ cā breuitatis omitto Pro qbus dicebat Tibul⁹. Luce ſacra regeſcat hum⁹ regeſcat arator: Et graue ſuſpēſo vomere ceſſet op⁹. Et Seneca ad Lucillū. Feſtis maxime dieb⁹ aīo impandū ē: vt tunc voluptatibus ſolus abſtineat: cū in illas oīs turba pcubuit. Secūdo oñdimus vſū feſtoꝝ approbatū eē p iudeos. Ipis enī feſta cuſtodienda frequēter p̄cepit de⁹. Uñ Leuit. 19. ait. Sabbata mea cuſtodite ego dn̄s deus veſter. Et. 26. c. Ego dn̄s de⁹ veſter cuſtodite ſabbata mea ⁊ pauete ad ſāctuariū meū. Et Deu. 5. c. Obſua diē ſabbati vt ſāctifices cū. Et Exodi. 16. de māna colligēdo dixit. Sex dieb⁹ colligite. i die āt ſeptima ſabbatū ē dn̄i. idcirco ñ iuenietis. Et hiere. 17. Sāctificate diē ſabbati ſic̄ p̄cepi patribus vr̄is. Et eſa. 56. Oēm cuſtodiētē ſabbatūꝫ ne polluat illū: ⁊ tenētē fed⁹ meū adducā i mōtē ſcm̄ meū: ⁊ letificabo eos i domo orōnis mee. Et Ezechie. Ego dn̄s de⁹ veſter i p̄ceptis meis ābulate: ⁊ mādata mea cuſtodite: ⁊ facite ea: ⁊ ſabbata mea ſāctificate: vt ſit ſignum iter me ⁊ vos: ⁊ ſciatis qr ego dn̄s. Pro declaratione tñ huius vocabuli ſabbatū notādum. ꝙ aliter denominantur dies a gētilibus. aliter a iudeis. aliter ab ec

leĩ.1. Ɓẽtiles etenim denominant dies a planetis. Ex hoc dicit albertus magnus in ſuo introductorio in aſtronomia. ꝙ ſapienti bus egyptiis ⁊ chaldeis viſum ē ꝙ luna do minaretur ĩ prima hora diei lune. Jõ diem illam voluerunt dominare ab ipſa luna. Et ꝙ mars dominaret̃ in prima hora diei mar tis. Et mercurius in prima hora diei mercu rii. Et iupiter in prima hora diei iouis. ⁊ ve/ nus in prima hora diei ueneris: ⁊ ſaturnus in prima hora diei ſabbati. Et ſol in prima hora diei dominice. Et ſic ſcd̃m predictos ſepteȝ planetas ſepteȝ dies hebdomade no minabant. Hebrei denominabant dies. d. prima ſabbati. ſ. dñica die: quaſi die prima poſt ſabbatum. Juxta illud. Ueſpere auteȝ ſabbati que luceſcit in prima ſabbati. Et ſe quenteȝ diem dicebant ſecunda ſabbati: ⁊ ſic ordinate alios tertia ſabbati ⁊ cetera. vſ qȝ ad ſeptimum diem quem appellabãt ſab batum. Quod ẜm magiſtrum in hiſtoria ſco laſtica ⁊ Damaſcenum interpretatur requi es. eo ꝙ illo die requieuit dñs ab omni ope re quod patrarat: vt habet̃ Ɓeñ. 2. c. Quan doqȝ etiã apd̾ hebreos tota hebdomada dr̃ ſabbatum. iuxta illud Luc. 18. Jeiuno bis ĩ ſabbato. Septimuȝ tñ diem ꝓprie dicebãt ſabbatum quẽ ipſi ſãctificabãt: ⁊ vltra iſtuȝ diem habebãt ipſi iudei alias ſolẽnitates. ec cleſia ãt denominat dies. d. diem dñicum: de quo plenius in ſequẽtibus dicem⁹. ⁊ di/ em ſequẽtem ſecũdaȝ feriam. alium tertiã. alium quartam. alium quintam. alium ſex/ tam. ⁊ ſequentem diem ſabbati. ¶ Tertio oñdimus approbatum vſum feſtoꝝ p xp̃ia/ nos. Nam ſancta mater eccleſia ſtatuit ſub precepto aliquos dies feſtos a fidelibus ce lebrandos qui ponunt̃ pro maiori parte de conſe. di. 3. c. pronunciãdum. Et extra d̾ fer. in. c. cõqueſt⁹. Hi ſunt. omnes dies dñici p totum annuȝ. Natiuitas dñi. ſancti ſtepha/ ni. Johãnis euangeliſte. Jnnocentum. Sil/ ueſtri. Circuncíſio dñi. Epiphania. Tres di es reſurrectiõis. Aſcẽſio dñi. Pẽtecoſtes. cũ duobus diebus ſeq̃ntibus. Quatuor ſo lẽnitates principales btẽ Marie virginis. ſcilȝ. natiuitatis. purificationis. annunciati onis. ⁊ aſſumptionis eius. Natiuitas Johã nis baptiſte. duodecim apoſtolorum. ſancti Laurentii. dedicationis ſãcti. Michaelis. oium ſcõꝝ. ⁊ ſãcti Martini. Celebrãde ſũt etiã ille feſtiuitates quas ſinguli epiſcopi cũ ſuo clero populo indixerĩt celebrandas. Jn ſuper de conſe. di. 3. in. c. crucis. ſtatuit Euſe bius ꝙ feſtum crucis in tertia die mai ſolẽ niter celebretur. Jn clementina vero. Si deum. de reliquiis ⁊ veneratione ſcõrum. mandatur celebrari feſtum corporis xp̃i. ſꝫ ⁊ alia feſta per conſuetudinem eccleſie toti us introducta. ſicut ſãcti Nicolai. ſãcti An tonii abbatis. ⁊ quedam alia que ſecunduȝ morẽ patrie celebrãda ſunt. Quare religio ſus laudabiliſqȝ appet ſãctoꝝ feſtoꝝ vſus.

¶ Quare ſabbatum mutatum eſt in dñicã ⁊ cur alia feſta ſunt ſuperaddita. ⁊ de pecca to illoꝝ qui feſta non cuſtodiũt. Caplm̃. 2.

Secundum myſterium de feſtis de/ clarãduȝ dicitur determinatio. Jn quo determinate dubitare cõtigit circa quedam non ĩmerito apienda: ⁊ maxi me vt iudeis nos rep̃hẽdẽtibus rñdere va leamus. Dubitatur ergo de tribus. p̊ de ſab bati mutatione. 2° de feſtorum additione. 3°. de peccato ⁊ offenſione. ¶ Primo dubitat̃ de ſabbati mutatione. Nam vt pȝ ex dictiſ. Deus mãdauit ſabbatum cuſtodiri. Exo. in ſuper. 20. dixit. Memento vt diem ſabbati ſãctificeſ. Dicũt ergo iudei. Cur eccleſia ſab batum mutauit in dominicam? Reſpondet Alexander de ales in 3° volumine ſumme. ꝙ hoc factum eſt iuſte ⁊ ſancte propter tria ¶ Primo propter declarationem myſterioꝝ. Secundo propter excluſionem errorum. ¶ 3° propter multitudinem priuilegiorum. Prima ratio eſt propter declarationeȝ my ſteriorum. Nam aſſignatio ſeptime diei eſt pure cerimonialis. ⁊ omnes cerimonie ve/ teris legis: vt diximus in ſermone de obedi entia dei. vmbra erant ⁊ figura legis gratie ⁊ euangelii. Secundũ aũt Aug. ĩ. 4. ſuper. Ɓeñ. ad lr̃am. dici probabiliter põt obſeruã dum ſabbatum iudeis fuiſſe preceptum in vmbra futuri que ſpiritualem requiem ſi/ gnificabat: cuius quietis ipſe dominus ih̃s xp̃s qui non niſi qñ voluit paſſus ẽ in ſepul ture ſue myſterium conſummauit. cuȝ ergo

ꝑ ſepulturã xp̃i figura ſit adimpleta: non eſt ampli⁹ neceſſariũ diẽ ſabbati cuſtodire: qn imo ſolẽniçare. i. in ſabbato feſtũ facere more iudeoꝝ prohibitũ eſt ⁊ peccatum. Unñ de cõſe. di. 3. c. peruenit. Greg⁹ ait. Peruenit ad me quoſdaꝫ ꝑuerſi ſpiritus hoĩes: praua inter vos aliqua ⁊ ſancte fidei aduerſa ſeminaſſe: ita vt in die ſabbati aliqd operari prohiberẽt: quos qd aliud niſi antichriſti p̃dicatores dixerimus: qui veniens diẽ ſabbatuꝫ atqꝫ dñicũ ab oĩ faciet ope cuſtodiri. Quia .n. mori ſe ⁊ reſurgere ſimulat. haberi vult ĩ veneratione dñicũ diẽ. Et qꝛ populũ iudaizare cõpellit: vt exteriorẽ ritũ legis reuocet: ⁊ ſibi iudeoꝝ perfidiaꝫ ſubdat: coli vult ſabbatũ. ¶ Secũda ratio quare non ſeruatur ſabbatũ: ſꝫ mutatũ eſt in dñicã: ẽ ꝑꝑ excluſionẽ erroꝝ. Nam gentiles dñica die cõſueuerant colere ⁊ adorare ſoleꝫ. Ut itaqꝫ ab hoc errore retraherentur: ſancta mater eccleſia ſtatuit diẽ dñicuꝫ ſanctificandum.

¶ Tertia ratio quare ſabbatũ mutatũ eſt ĩ dñicaꝫ: eſt ꝑꝑ multitudinẽ priuilegioꝝ. Ut eniꝫ dr̃. 75. di. i. c. qđ die dominico. Dies dominica tantis diuinaꝝ diſpenſationũ myſterijs eſt cõſecrata: vt qcqd a dño inſigne ẽ cõſtitutũ: in huius diei dignitate ſit geſtũ. In hac mũdus ſũpſit exordiũ. In hac per reſurrectionẽ ⁊ mors interitũ: ⁊ vita cepit principium. Et de cõſe. di. 3. c. ſabbato. dicit̃. Dieꝫ dñicam ob venerabilẽ reſurrectionem dñi noſtri ieſu xp̃i nõ ſolũ in paſca celebramus veruꝫ etiã ꝑ ſingulas quaſqꝫ hebdomadas ipſius diei imaginẽ frequẽtamus. Colligũt̃ autẽ duodecim priuilegia diei dñice. ¶ Primum eſt qꝛ fuit prima oĩuꝫ dieꝝ. Secundũ qꝛ erit vltimus dies preſentis vite in ſeculi huius fine. ¶ Tertium eſt qꝛ illã nulla preceſſit nox. ¶ Quartum, qꝛ ſicut ĩfra patebit: nulla ei nox ſubſequet̃. ¶ Quintũ qꝛ in ea creauit celum ⁊ terrã deus. ¶ Sextuꝫ qꝛ ĩ ea oẽs angeli a deo creati ſunt: ⁊ boni in celo glorificati fuere: ⁊ mali de celo expulſi ſũt. ¶ Septimũ qꝛ ſm Oroſium in die illa primo precepta ſunt data filijs iſrael. ¶ Octauuꝫ qꝛ in illa die incarnatus eſt chriſtus. Nam vt teſtat̃ magiſter hiſtoriaruꝫ ⁊ die qua dixit de⁹ fiat lux: viſitauit nos oriens ex alto. Et xp̃s incarnatus eſt. In huius myſteriũ ⁊ figuraꝫ datũ fuit manna in dñica die. ſicut ait Origenes ſuꝑ exodũ. Nonũ qꝛ in die dñica chriſtus d̃ſtructis inferni clauſtris captiuã ducẽs captiuitatẽ ac ſanctoꝝ animas de limbo eripiens triumphaliter ſurrexit a mortuis. Decimuꝫ quia ĩ dñica die erit reſurrectio mortuorũ ⁊ reddet vnicuiqꝫ iuxta oꝑa ſua. ¶ Undecimũ qꝛ in die dñica ſpirit⁹ ſanctus in linguis igneis miſſus eſt in apl̃os.

¶ Duodecimũ qꝛ ĩ dñica die erit initiũ ⁊ cõtinuatio ſine fine laudum dei ⁊ dñi noſtri ieſu chriſti. ¶ Secũdo dubitatur de feſtoruꝫ additione: cur videlicet ſuperaddita ſunt vltra diẽ dñicuꝫ alia feſta. Et aſſignari põt triplex ratio. ¶ Prima dr̃ confutationis. ¶ Secũda gratificationis. ¶ Tertia imitationis. ¶ Prima ratio dicitur cõfutationis. Superaddita ſunt ſanctorũ feſta vt cõfutaret̃ error eoꝝ qui dixerunt ante diem iudicij animas ſanctoꝝ non conſcendere celum. Ad oſtendendũ ꝙ tales mentiunt̃ ſtatuit eccleſia ſanctoꝝ ſuffragia ⁊ patrocinia in eoꝝ ſolẽnitatibus implorari predicans ⁊ conteſtans illos ĩ celo regnare cuꝫ xp̃o. Ad hunc etiã errorẽ eliminãdũ eccleſia cantat Gaudent in celis anime ſanctoruꝫ qui xp̃i ve. ſunt. ſe. Quod ẽt colligi poteſt ex dictis ſcripture atqꝫ doctoꝝ ſanctoꝝ. Naꝫ Luc. 23. xp̃s dixit latroni. Hodie mecum eris in paradiſo. Et glo. ſuper illo verbo. Luc. xi. Pueri mei mecũ ſunt ĩ cubiculo. ait. Pueri ſunt apoſtoli qui ſunt ĩ eterna requie. Et Greg. in 4. dial̃. Juſtoruꝫ aĩe mox vt hu⁹ carnis clauſtra exeunt in celeſtib⁹ ſedibus recipiuntur. Et extra de celebratione miſ. c. cũ marthe. dicitur. De ſanctis oĩb⁹ ſentiẽdum eſt ꝙ non indigeant orationib⁹ noſtris pro eo ꝙ cũ ſint perfecte beati oĩa eis ſuccedunt ad votũ. Et extra đ baptiſmo ⁊ ei⁹ effectu. c. debituꝫ. ſcribitur ſic. Judeus ſeipſuꝫ baptiçans ſi cõtinuo deceſſiſſet ad patriã protinus euolaſſet. Et de pe. diſ. 7. c. q egerit. dicitur. Quicũqꝫ bene poſt penitẽtiã vixerit ſicut ante penitẽtiam viuere debuit. poſt reconciliationẽ quandocũqꝫ d̃fũctus fuerit: ad deũ vadit: ad requiẽ vadit: ⁊ regno dei nõ priuabit̃. 2° ſuꝑaddita ſũt alia

festa propter gratificationē. Nā ex debito gratitudinis cōmemorare debemus bene/ficia nobis collata: sicut sunt beneficia na/tiuitatis: passionis ascensionis: ꝛ consimiliū festiuitatū. In solēnitatibus etiā btē Ma/rie virginis feriandū est propter sūmas per/fectiones quas in se habuit: propter īnume/ras gratias q̄s ipa impetrāte suscipim⁹. Ce/teras ꝟo solēnitates sanctorū quas statuit ecclesia catholica celebrari: obseruare īsup obligamur: qua ꝛ ipsi impetrant nobis mise/ricordiā dei. Unñ Dauid ī psal. ait. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxi/lium mihi. In montes: idest in scōs. ¶ Ter/tia ratio quare vltra diē dominicū supaddi/ta sunt festa sanctorum ē propter imitatio/nem. vt in eorum solēnitatibus illorū gesta recolentes conemur eos q̄ntum possumus imitari. Ideo Aug⁹ in sermone de martyri/bus ait. Quotienscūq; fratres carissimi ꝛc̄. sanctorum martyrum solēnia celebramus: ita ipsis intercedentibus spectemus a dño consequi tēporalia beneficia: vt ipsos mar/tyres imitando accipere mereamur eterna Ab eis enim in veritate sanctoruz martyꝝ festiua gaudia celebrantur qui ipsoruz mar/tyrum exēpla sequuntur. Solēnitates eniz martyrū exhortationes martyriorum sunt: vt imitari nō pigeat: qđ celebrare đlectat Sed nos volumus gaudere cum sāctis ꝛ tri/bulationes mundi nolumus sustinere cum illis. Qui enī sanctos martyres vel inquan/tum potuerit noluerit imitari: ad eoruz bea/titudinē non poterit peruenire. ¶ Tertio dubitatur đ peccato ꝛ offensiōe. Utrū pec/cent mortaliter non seruantes festa. Et rñ/deo ꝙ sic: q2 faciunt cōtra preceptū đi. Hic est ꝙ in veteri lege vt habetur numeri. 15. Cum inuentus eēt homo colligens ligna in die sabbati. per Moysen ꝛ Aaron reclusus est in carcerem: dixitq; dñs ad Moysen. Morte moriat̄ homo iste: obruat eū lapi/dibus oīs turba extra castra. Cūq; eduxis/sent eum foras obruerunt lapidibus ꝛ mor/tu⁹ est sicut preceperat dñs. Potest tamen aliqs si laborat aut aliqd aliđ faciat diebus festis excusari a peccato propt̄ tria. ¶ P̊ pro/pter necessitatem: vt patet extra de ferijs .c. conquest⁹. Et in glo. ibi sup verbo neces/sitas vrgeat dicitur: puta si res esset peritu/ra. Et sunt plura exēpla. ff. de. ferijs. l. i. 2. ꝛ 3. Et vbi res celeritatez desiderat. ff. de dā/no infec. l. i. ¶ Secundo excusantur laborā/tes in festis pp pietatē. puta ſm glo. in p̄all. c. conquestus. cā debiliū personaꝝ: q2 ī ope/ribus misericordie dierum distinctio non ē habenda: vt patet. 76. di. c. vtinam. Et de conse. di. 5. c. unq̄. ¶ Tertio excusantur la/borantes diebus festis pp modicitatem. qñ .s. opus modicum esset ꝛ paruum q2 secūdū theologos. Qđ modicū est ratio apprehen/dit quasi nihil. Sed quis explicet quant⁹ in xp̄ianis circa festorum sanctificationē iue/niatur abusus? Nam cupiditate ꝛ auaricia ducti diebus festis mercata frequētāt ꝛ nū/dinas: qđ prohibetur in. c. i. extra de ferijs. Nonnulli etiā absq; necessitate vendunt et emunt. missas ꝛ alia officia negligentes cō/ducunt merces in curribus equis ꝛ mulis ꝛ faciunt alia opera seruilia non sine pecca/to: Nec illud peccatum leue putanduz est quo ingratus ꝛ miser homo dedignatur red/dere deo partem temporis sibi concessi.

¶ Qualiter festa seruanda sunt cum deuo/tione cordis oris ꝛ operis: qđ tamen a chri/stianis multis non fit: imo vr̄ cōtrariū. Ca. 3

Tertium mysterium de festis dicit̄ obſuationis. Obseruanda sunt fe/sta a fidelib⁹ cū oī deuotione ꝛ sācti/ficanda tripliciter. ¶ P̊ corde. ¶ 2⁰ ore. ¶ 3⁰ opere. P̊ sunt sanctificanda festa corde: vt vnusquisq; memor sit dei ꝛ beneficiorū ei⁹. Nam in precepto solo de sanctificatiōe sab/bati positum est hoc vocabulum memento: ad denotandum ꝙ tali die ad spiritualium contemplationē anim⁹ sit reuocandus. hic Isidorus ait. Purgandus est primo anim⁹ atq; a temporalium rerum cogitationibus segregandus: vtputa acies cordis ad deum vere ꝛ simpliciter dirigatur. Optima autē est regula a nobis tradita in tractatu de vir/tutibus ꝛ ī sermone de prudētia: in qua po/nuntur septē de quibus vnusquisq; memor esse debet. Insuper ſm quosdā cū preceptū de sāctificatione festi sit affirmatiuuz ꝛ obli/get semper: sed non ad semp: tenetur homo

ex debito die dominico vel semel in hebdo
mada deo vacare atq3 deu3 recognoscere
in aliqua hora: licet n̄ i qualibet: aliter pec/
cat mortaliter. ¶ Proinde qui est in mortali
culpa: et non conteritur: vel dat operam vt
cōteratur in die dominico: de nouo morta/
liter peccat: q2 transgreditur diuinum pre/
ceptum: quo precipitur diebus dn̄icis cē va
candū deo: 7 maxime conteri oportet con/
gruis horis. vtputa dū dicitur missa vel di/
cuntur vespere. Tenentur autē ad proposi
tum confitendi 7 satisfaciendi loco 7 tēpore
opportuno. Qd̄ qui non seruat nouā incur
rit culpa3 transgressionis precepti de sancti
ficatione sabbati atq3 obseruatione in pro
pria culpa. ¶ Secundo festa sunt sanctificā
da orē: vt in ipsis oremus 7 laudemus deu3
sibiq3 de susceptis beneficijs gratias refera
mus. Vn̄ de cōse. di. 3. c. ieiunia dicitur. Die
dn̄ica nihil aliud agendum est nisi deo vacā
dū. Nulla operatio in illa die fcā agatur: s3
tm̄ in hymnis psalmis 7 cāticis spiritualibus
dies illa transigatur. Tertio sanctificanda
sunt festa opere visitando ecclesias: audi/
endo diuina. De auditione vero missarum
dicam diffusius in sermone de missa. Sed
veh mundo a scādalis: q2 xp̄iani diebus fe/
stiuis magis ihonorāt deū 7 sanctos q̄3 die/
bus alijs. O quot pompis: quot vanitatib⁹
quot fatuositatibus in dieb⁹ festiuis ornat̄
corpus 7 confunditur spiritus. Tunc quidē
felicior est qui exq̄sitiori excessu bellu3 ordi
nat contra deū. Tunc mulieres emula con
certatiōe insano studio ac conatu altera al
teram in vanitatibus superare contendit.
Tunc gestāt stellas ac laminas aureas vel
argenteas vario fulgore splēdentes: nec nō
perlarū torques cingentes collu3 7 similia.
Tunc i ecclesijs dei mala plurima ppetrāt
Tūc insistunt hoies prohibitis ludis. Tunc
mulieres choreis vacāt 7 dissolutionib⁹. p/
pterea dicitur de cōse. di. 3. c. irreligiosa. Ir
religiosa cōsuetudo est quā vulgus p sācto/
rum solēnitates agere ꝯsueuit. Populi qui
deberent officia diuina attendere saltatio/
nibus turpibus inuigilant. cantica nō solu3
mala canentes: sed etiā religiosoꝝ officijs p
strepunt. Sūt 7 alia plurima q̄ cōmitti solēt
temporibus deo ac sāctis dicatis: nos vero
conemur ab illis omnibus abstinere: solēni/
tatesq3 sacras reuerēter ac debite celebra
re: sicq3 impetrabimus in hoc seculo di gra/
tiā 7 in futuro sempiternam gloriā: ad qua3
nos ille perducat qui viuit 7 regnat i secu/
la seculorum. Amen.

¶ Dn̄ica quarta in quadragesima infra di/
em: d̄ pietate quā viui exhibere debēt mor
tuis ac defunctis. Sermo. 47.

Accepit ergo ih̄s pa/
nes 7 cum gratias egisset
distribuit discumbentib⁹
Scribunt̄ hec verba Joh̄.
6. c. 7 i euāgelio hodierno
Qui de celo descendit in vterum virginis
sola caritate mot⁹: ipse verbo pariter 7 exē/
plo docuit nos super omnia erga nostros p
ximos beniuolentiam pietatemq3 seruare.
Ecce in promptu est sacra lectio euāgelica
in qua narratur q̄3 benigne q̄3 clementer fa
melicam turbā xp̄s pauit in deserto: nos 'vo
si regni ei⁹ ac beatitudinis voluerim⁹ ptici
pes esse debem⁹ q̄ntū possum⁹ pximoꝝ no
strorum indigentiā miseriamq3 releuare.
Qm̄ aūt circa defūctos multi sunt inhuma
ni atq3 crudeles. cu3 i superioribus dixeri/
mus de misericordia viuis exhibēda. Idcir
co i presenti sermone de pietate que mortu
is atq3 defūctis debet̄ erim⁹ locuturi. Disti
guemus vero hāc i tres partes pricipales.
Prima dicit̄ sepulture exhibitio.
¶ Secunda testamētorū executio.
¶ Tertia suffragiorū coicatio.

¶ De defunctoꝝ corpora sunt sepeliēda. 7
qualiter ecclesiastica sepultura pdesse po/
test vel obesse. ¶ Capitulum. j.

Prima pars pietatis que debetur
defunctis dicitur sepulture exhi/
bitio. Et p hui⁹ declaratōe tria sūt
disputāda. ¶ Primū vtꝝ defunctoꝝ corpo/
ra sint sepeliēda. ¶ Secūdū vtꝝ psit morie/
tib⁹ ecclāstica sepultura. ¶ Tertiū vtru3
obsit i pctō mortali decedētib⁹. ¶ Circa pri/
mū dubiū posset aliqs arguere q corpora
defūctoꝝ nō sint sepeliēda. Nā dicit Virgi
lius. Facilis iactura sepulchri. Et Seneca
de remediis fortuitorum ¶ Si nihil sentio
nō pertinet ad me iactura corporis i sepul/

chꝛo. Et idem in li. de tranquillitate aĩ. mi-
nabatur Theodoꝛo pħo moꝛtẽ inſepultam.
Cui reſpondet. Sanguis in tua poteſtate ẽ:
ſed te ineptum dico ſi putas mea ĩtereſſe ſu
pꝛa terrã an infra putrefieri. Jnquit etiam
Tullius in q̃onibus tuſculanis ꝙ Socra-
tes ⁊ Anaxagoꝛas crediderunt ſepulturas
ſuperuacuas: nilqꝫ mali atqꝫ inhoneſti eſſe
iacere cadauer ſqualidũ abiectuꝫ ⁊ ĩhuma
tũ: quẽ ritũ ſeruabãt Caſpij oẽs. Diogenes
inſuper Cinicus iuſſit ſe ĩhumatũ ꝓijci vo-
lucribus canibus: ⁊ feris. d. Quid ferarum
mihi nil ſentiẽti oberit laniatꝰ? Refert ad-
huc Euſebius li. i. de euangelica ꝑpatiõe
ꝙ hircani rapacis generis auibus pꝛoijcere
defunctoꝝ coꝛpoꝛa conſueuerũt. Sed cõ
tra tales dãnatos moꝛes inhumanaſqꝫ ſen
tentias eſt oĩs ſcriptura tam ſanctoꝛum q̃
moꝛalium philoſophoꝝ. Uñ Geñ. 23. lau-
datur de pietate Abꝛahã qui ſepeliuit Sa
ram moꝛtuã in hebꝛon in terra chanaan: ⁊
ſepeliuit eam in ſpelunca agri. Et Geñ. 25.
⁊. 13. q. 2. c. hebꝛon. dicit̃ ꝙ Jſaac ⁊ Jſmael
ſepelierunt Abꝛaham in ſpelunca duplici.
Et Geñ. 49. Jacob ĩ extremo vite benedi
ctiõe data filijs ſuis ꝑcepit eis dicens. Ego
cõgregoꝛ ad populũ meũ. Sepelite me cuꝫ
patribus meis in ſpelunca duplici que eſt ĩ
agro hebꝛon in terra chanaan quam emit
Abraaꝫ. Et Joſue vltimo habet̃ q̃liter eo
moꝛtuo ſepelierunt eum filij iſrahel ĩ finibꝰ
poſſeſſionis ſue. Jbidẽ etiã habetur qualit̃
oſſa Joſeph que tulerant ꝺ egypto ſepelie-
runt in ſichem. ⁊ quõ Eleaçaruꝫ filiũ Aarõ
ſepelierunt in gabaad fratres ⁊ filij eiꝰ. Et
Judicũ. 16. fit mentio de ſepultura Samſo
nis. Et. i. Reg. 25. de ſepultura Samuelis
Et. 2. Paral. c. 9. de ſepultura Salomõis
Et. i. Mach. 9. c. de ſepultura Jude Ma-
chabei. Et. 2. Reg. 2. c. dixit Dauid viris
Jabes Galaad qui ſepelierãt Saulẽ. Bñ-
dicti vos a dño: q feciſtis miſericoꝛdiã hanc
cũ dño veſtro Saul ⁊ ſepeliſtis eum. Et. 21.
diſ. decretoꝝ. c. nũc autẽ. in glo. dicitur. ꝙ ſi
quis mandaret coꝛpus ſuuꝫ non ſepeliri: qꝺ
⁊ fecit Marcellinus papa in deteſtationẽ
idolatrie cõmiſſe. non eſt implendũ. Et Ua
lerius li. 5. rubrica de ingratis: repꝛehendit
athenienſes q Melciadem in carcere moꝛ-
tuũ ſepeliri non permiſerunt niſi Cymo eiꝰ
filius carcerem ꝓ eo intraſſet. Uñ Ualeriꝰ
ait. nec te Cymo ſilentio inuoluã quoniã pr̃i
tuo ſepulturã voluntarijs vinculis emere nõ
dubitaſti. Et idẽ Ualerius. li. i. in rubꝛica de
ſomniis: narrat qualit̃ Symonides poeta
peregre vadens cuꝫ nauis in qua erat ap-
pũliſſet ad littus: ⁊ coꝛpus inhumatũ iacẽs
vidiſſet: ſepulture mandauit. huiuſmõi be-
neficio is qui ſepultus fuerat moꝛtꝰ nocte
ſibi in ſõnis apparuit eũq̃ ne pꝛoximo die
nauigaret monuit: qui ſomnio parẽs ĩ terra
remanſit. Jlli vero qui inde receſſerant na-
uigantes in eius cõſpectibus pꝛocellis ⁊ flu
ctibꝰ abſoꝛti ſunt ⁊ ſuffocati: ⁊ ipſe letatus
eſt qui vitam ſuaꝫ magis ſomnio q̃ naui cõ
miſerat. Et idem Ualeriꝰ li. 5. rubꝛica ꝺ hu
manitate. cõmẽdat Ceſarem qui caput ſui
hoſtis Pompei ſibi per regem egypti deſti
natũ honoꝛifice cremari ⁊ ſepeliri fecit. Jbi
dem etiã laudat Hannibalẽ: qui ſucceſſiue
tres romanos Paulꝫ Graccũ ⁊ Marcel
lum hoſtes ipſius honoꝛifice ſepeliuit. Re-
ſpondẽdũ eſt ergo ad dubiũ pꝛopoſitũ ſecũ
dũ Ric. in. 4. di. 45. ꝙ defunctoꝝ coꝛpoꝛa
ſunt ſepelienda ꝑꝑ tria. ¶ Pꝛimo ꝑꝑ aſtruen
dam reſurrectionẽ futuram ꝑꝑ quaꝫ Pau
lus moꝛtuus vocat doꝛmiẽtes. Ut ergo ſuble-
uet̃ ſpes ad reſurrectionẽ vere fiendaꝫ coꝛ
poꝛa ſepulture traduntur. ¶ Secũdo coꝛpa
ſepeliuntur pꝛopter amouẽdũ hoꝛroꝛẽ. Uñ
Quintilianꝰ libꝛo. 5. declamationũ ait. Ad
operiendam feditatẽ ſubtrahendamqꝫ do-
loꝛi materiã moꝛtuus viuentium cauſa ſe-
pelitur. Tertio coꝛpoꝛa defunctoꝝ ſunt ſe
pelienda pꝛopter meritationẽ vt illa ſepeli-
entes pꝛopter miſericoꝛdiã mereant̃. Pꝛo-
pter hec oĩa Augꝰ. li. i. de ci. dei. c. 14. ait.
Non ſunt cõtẽnenda ⁊ abijcienda coꝛpoꝛa
moꝛtuoꝝ maximeqꝫ viroꝝ iuſtoꝝ atqꝫ fi-
delium: quibꝰ tanq̃ oꝛganis ⁊ vaſis ad oĩa
opera bona ſanctus vſus eſt ſpiritus. Si. n.
paterna veſtis ⁊ annulus ac ſi quid huiuſ-
modi tanto carius eſt poſteris quanto erga
parentes maioꝛ affectꝰ: nullo modo ipſa ſp-
nenda ſunt coꝛpoꝛa: que vtiqꝫ multo fami-
liarius atqꝫ coniunctius q̃ quelibet indu-

menta gestamus. Hec eni non ad ornamē/
tum vel adiutorium qđ adhibetur extrinse/
cus: sed ad ipsam naturam hominis ptinēt.
Unde ⁊ antiquorū iustorū funera officiosa
pietate curata sūt ⁊ exequie celebrate: ⁊ se
pultura prouisa. Ipsiq3 dū viuerent de se
peliendis vel etiā transferendis suis corpo/
ribus filiis mandauerunt. Et Tobias sepe
liendo mortuos deū promeruisse teste ange
lo cōmēdatur. Ipse quoq3 dñs die tertia re
surrecturus religiose mulieris bonu3 opus
p̄dicat: predicandumq3 cōmēdat vt vnguē
tum p̄ciosum supra membra eius effuderit
atq3 hoc ad eum sepeliendū fecerit. Et lau/
dabiliter cōmemorātur in euangelio q cor/
pus eius de cruce acceptum diligēter atq3
honorifice tegendū sepeliendūq3 curarūt.
Hec Augustinus. Secūdum dubiū erat:
vtrum prosit in caritate morientibus eccle
siastica sepultura. Loquor de his q habent
alquod purgabile. Et respondet Ric. q̄ nō
p se: sed per accidens: ⁊ hoc triplici ratione.
¶ Prima ē pp inspicientium excitatione3
inq̄tū. s. inspiciētes sepulturam memoriam
retinēt defūctorꝫ ⁊ pro eis orant. Uñ Aug⁹
li. de cura pro mortuis agenda ait. Monu/
mentū eo q̄ moneat mentē: idest admōeat
nuncupatur. Hic Greg. li. 4. dial. Petro
eum interrogāti ⁊ dicenti. putamus ne ani/
mabus eorum aliquid prodesse posse si mor
tuorū corpora ī ecclesijs fuerīt sepulta? Re
spondet. cum grauia peccata non deprimūt
hoc ꝓdest mortuis si in ecclesijs sepeliātur
q̄ eorꝫ proximi quotiens ad eadē sacra loca
cueniūt: suorꝫ quoq3 sepulchra aspiciūt: re/
cordantur: ⁊ ꝓ eis dño p̄ces fundunt. Na3
q̊s peccata grauia deprimunt nō ad absolu
tionē: sed potius ad maiorē dānationis cu/
mulum: eorꝫ corpora ī ecclesijs ponunt: hec
ille. ¶ Secunda ratio ē propter ministrorū
ecclesie orationē: q2 illi qui ecclesie deserui
unt tenentur ceteris paribus ꝓ illis frequē
tius ⁊ specialius orare. ¶ Tertia ratio est
propter sanctorum deuotione3. Credendū
nāq3 est q̄ sancti illi ad quorum honorem fa
bricata est ecclesia: orant pro eo qui sepelitī
illa vel eius cimiterio pp reuerentiā ⁊ d̄uo/
tionē ipsius eligentis sepulturam ibidē. Uñ

Aug⁹. i3. q. 2. c. non existimemus. ait. Cꝫ ꝯo
quisq3 apud memorias martyrū sepeliatur:
hoc tantum mihi videtur prodesse defūcto:
vt cōmēdās eum martyrum patrocinio af/
fectio pro illo supplicationis augeatur. No
tandum tamē circa electione3 sepulture q̄
quilibet adultus compos sue mentis libere
potest vbicūq3 voluerit ī loco magis religio
so eligere sepulturam. Uñ Gratianus. i3. q.
2. §. 2. ait. Ubi quisq3 tumulandus sit in vo
luntate eius cōsistit. Excipiūtur religiosi q
non possunt sibi eligere sepulturam: sed in
suis monasterijs ⁊ ecclesijs sepeliuntur: nisi
qñ moriūtur essent adeo remoti a monaste/
rijs sui ordinis q̄ non possent cōmode d̄por
tari ad illa: q2 tūc possent eligere: extra. co.
c. religiosi. li. 6. Impuberes etiam non pos/
sunt sibi eligere sepulturā: sed parentes eo/
rum possunt eos sepelire vbicūq3 voluerīt:
si cōsuetudo terre hoc habeat: alias nō: ex/
tra de sepul. c. in nostra. in tex. ⁊ in glosa. ⁊ ī
. c. de vxore in glo. Insuper qui non est cō/
pos sue mentis non potest eligere sepultu/
ram: extra de success. ab intest. c. cū dilect⁹.
Uxor vero si nō eligit sepulturā sepeliri de
bet vbi sepultus est suus maritus. Et si plu
res habuit: sepeliri debet vbi sepultus ē vl
timus. Et licet multa dicantur đ sepulture
electione tamen multū statur consuetudini
vt dicit Ric. vbi supra. Potest etiam quis
eligere sepulturam in loco minus religioso
dimissa antiqua: vt patet extra eo. li. 6. c. cū
quis. ¶ Tertium dubium erat: vtru3 obsit
ecclesiastica sepultura ī peccato mortali de
cedentibus. q2 dicitur. i3. q. 2. c. quibus. ⁊. c.
cum grauia. Impijs nocet ī loco sacro sepe/
liri. Respondet Ricardus q̄ impio non no
cet ecclesiastica sepultura nisi inq̄tu3 hanc
sepulturā sibi indignam propter humanam
gloriam procurauit. Sed quid dicemus de
sumptibus ⁊ expensis q̄ fiunt in funere etiā
honorum: ⁊ in caritate morientium? Nōne
melius esset si darentur pauperibus: ⁊ indi
gentibus q̄3 sic illas exponere ad quanda3
quasi pompā ⁊ inanem gloriam? Respōdit
Ric. vbi supra q̄ pompa exequiarum si fi/
at secundum consuetudinem patrie: ⁊ non
cum nimio excessu non est reprehensibilis

Quinimo facit ad cõsolationẽ viuorũ ⁊ sublevationem spei ad resurrectionẽ futuram. Non enim tenetur homo de necessitate facere omne bonũ qđ potest. Faciens autem sumptus in sepultura quos posset alibi melius collocare: non facit eos inquantum est opus minus vtile: sed inq̃ntum vtile. Notãdum tamẽ ꝙ nõ debent in ecclesia seu cimiterio vel loco sacro ĩfrascripti sepeliri. Primo nullus infidelis nec iudeus: nec pagan⁹ nec heretic⁹. vt patet de ↄse. di. i. in. c. ecclesia. ⁊ c. sequenti. ⁊. 24. q. 2. c. sane. Et si sepulti essent tales ĩ ecclesijs debent exhumari ⁊ proijci extra. Secundo ĩterdicitur sepultura ecclesiastica morienti in torneamẽto. Et exponit Hosti. etiã si quis ibi vulnus letale accepit. licet postea superuixerit: quĩcũq̃uis peniteat ⁊ ei eukaristia non negetur carebit tamen ecclesiastica sepultura. extra de torneamẽtis. c. i. Hoc tamẽ de illo intelligitur qui venit cã exercẽdi se ĩ torneamẽto. Et etiã secundũ Guil. de armigeris coꝝ qui eis ĩ armis seruiunt. extra đ torneamẽtis. c. 2. Secus de astantibus cum curiositate. Tertio prohibetur sepultura his qui se ipsos occidunt: vt patet. 23. q. 2. c. quibus ⁊. 23. q. 5. c. placuit. Quod intelligendũ est ꝰm Guilielmum: si interfecerũt se ex desperatione vel iracundia. Secus si ex fortuitate ⁊ hi⁹. Unde in. c. ex parte. extra de sepul. dicit. Bern. ꝙ si quis propter fugam precipitaret se in aquam: q̃a ĩde sic credebat euadere non imputatur ei etiam si contrarium eueniat. Quarto negatur sepultura ei đ quo certum est ⁊ manifestum non fuisse cõfessum vel non cõmunicasse semel in anno. extra: de pe. ⁊ re. c. omnis. Et hoc intellige nisi in articulo mortis signa contritionis: ⁊ huiusmodi emendationis ostendat. Quĩto expellitur a sepultura ecclesie monach⁹ qui reperitur proprietarius in fine vite qui debet in sterquilinio sepeliri: extra de statu monachorum. c. super quodam. Sexto blasphem⁹ dei si moriatur absq̃ penitẽtia postq̃ blasphemauerit non sepelitur in loco sacro extra de maledicis. in fine. Septimo generaliter quilibet notorius peccator si moriatur absq̃ penitẽtia ĩ mortali peccato priuandus est ecclesiastica sepultura. 23. q. 2. c. non estimemus. Ad probandum autem contritionem alicui⁹ peccatoris morientis sufficit. vnus testis. 2. 6. q. 5. c. qui recedũt. Itẽ ĩterdicitur sepultura tẽpore interdicti illis de illo loco vbi est positum interdictum dũ durat. Itẽ excõmunicatis excõmunicatione maiori in illa morientibus ⁊ etiam minori secundum Guil. quando hoc ẽ notoriũ. Sunt ⁊ alia multa circa hãc materiam que ideo dimittimus: quia non est necessarium vt populis predicẽtur. Sacerdotes autem ⁊ curati: quia talium debent habere sciam: videant titulũ de sepul. li. 3. ⁊. 6. decretalium. Ideo hanc partem cõcludere volentes: dicimus qđ magna ẽ pietas satisq̃ ↄmẽdabilis defunctoꝝ corpora sepelire. Hinc preter ea que dicta sunt laudat̃ ⁊ magnus Alex. qui vt. Q. Curtius refert: ĩuento Dario a suis derelicto vulnerato: ⁊ extincto in vehiculo viso corpore fudit lachrymas: fecitq̃ eum more regio sepeliri.

De executione testamentorum: ⁊ ꝙ dilatio eorum p̃iudicat animabus testatorum si sint in purgatorio. Capitulũ. 2.

Secunda pars pietatis defunctorũ dicitur testamentorum executio ĩ quo adhuc tria dubia occurrũt declaranda. Primum vtrũ testamẽta possint infringi. Secũdum vtrum executores teneantur statim illa exequi. Tertiũ vtrum dilatio executoris p̃iudicet anime testatoris. Ad primum dubiũ posset aliquis arguere ꝙ nullum testamentũ sit infringendũ. Nam vt scribitur extra de testa. c. iudicãtis. Uoluntas testatoris đbet ꝑ omnia adimpleri. Sed testamẽtum cõtinet vltimam voluntatem testatoris. ergo. ⁊c. ⁊. 16. q. i. c. consideratio. dicitur. Cõsideratio ecclesie vtilitatis hoc postulat ex iusta dispensatione testatoris seruandum arbitriũ. Sed contra est qđ habetur. 6. q. i. i. c. admonere. vbi Greg⁹ ait. Admonere te volum⁹ ne pie defunctorum voluntates tua qđ absit remissione cassentur. Ibi dicit glo. super verbo pie. sec⁹ si sunt iniuste. ergo testamẽ

ta iniusta sunt ĩfringenda. Respõdet Ric. ĩ. 4. di. 45. q aut testamentum est rationabiliter factum: ita q non sit contra equitatem iuris naturalis nec diuini nec positiui. Et tunc nullo modo est infringendum. Aut testamentum est irrationabiliter factum: ⁊ tunc licitum est ⁊ debitum illud infringere. Est autem testamentum irrationabile triplici ratione. p̊ ratione testatoris. ¶ 2° ratione rei testate. ¶ 3° ratione modi testandi.

¶ Primo ratione testatoris: cuȝ scilicet nõ potest facere testamẽtum. Naȝ neq episcopus neq religiosus neq fatuus potest facere testamentum. Dicit tñ Ric. q episcop⁹ aut habet bona que sibi ꝑuenerũt ex hereditate vel artificio aut doctrina anteq esset episcopus. Aut non habet nisi redditus ecclesiasticos ⁊ mobilia que sibi ex illis redditibus prouenerũt. De primis bonis: quia proprietas illorum est sua potest licite facere testamentum. extra de testamento. c. qꝛ nos. Et. c. relatuȝ. ⁊. 12. q. i. c. episcopi. Si tamen episcopus ecclesiam leserit damnũ ecclesie debet de rebus ei⁹ resarciri: ⁊ de residuo si quid fuerit testari potest. De redditibus autem ecclesiasticis: ⁊ de mobilib⁹ que post sui consecrationẽ acquisierint episcopi: quia talia dicuntur ꝯseruari eideȝ ecclesie: cuius ratio est: qꝛ q̃ ĩtuitu seu cõsideratu ecclesie receperunt illoꝝ bonoruȝ proprietas sua non est: sed illorum sunt tm̃ dispensatores ⁊ administratores: nõ possunt facere testamentum. Et q̃uis de rebus ecclesie non possint aliquid donare iure testamenti: possunt tamen donare de mobilibus causa elemosyne siue sint sani siue in egritudine etiã mortali constituti. Ex quibus colligitur q non ẽ idem dispensare ⁊ testari. Vñ episcopus ꝑmittitur de bonis ecclesie elemosynã facere ⁊ nõ testari: extra de testa. c. ad hoc. Testatorem enĩ oportet esse dominum rerum de quibus facit testamentum. Sȝ dispensatorem non oportet esse dominũ reruȝ de quibus facit elemosynam. Unde extra eo. c. quia nos ĩ glo. dicitur. Clerici de reb⁹ ecclesie nullum pñt facere testamentuȝ cũ caruȝ proprietas non sit sua. Similiter religiosus cũ nõ habeat proprium nõ potest facere testamentum: vt patet. 9. q 3. c. quia. ⁊ in. c. relatum. Et si dicatur de Paulo primo heremita q in testamento reliquit collobium suum. i. tunicam superiorem Athanasio alexandrino episcopo: ⁊ tunicam interiorem beato Antonio. Respondet Ric. q q̃uis Paulus primus heremita fuerit religiosissimus sanctitate: non erat tamen in religionis statu. Unde ñ est simile de heremitis: ⁊ de illis qui sunt in statu religionis: vt patet in. §. sequenti post preallegatũ. c. relatum. Adhuc fatuus non potest facere testamentum: extra de sucess. ab intesta. c. cũ dilectus. Et instit. quibus non est permissum facere testamẽtum. §. furiosi. Illum eniȝ q facit testamentum oportet esse compotem mentis sue ꝓ illo tempore quo facit testamentum. ¶ Secũdo testamentũ est irrationabiliter factum ratione rei testate cuȝ q̲bus facit testamentum de re quam non habet. Sicut dicitur de Lipethopo. Ipe eniȝ cum in extremo vite venisset testamentuȝ condidit ĩ quo multa milia ducatorum ĩ pios vsus dimittebat. Cum vero circunstantes ĩterrogarent quis esset executor tante pecunie distribuende. Respondit truffatorie. hic est punctus. vnde tractum est vocabulum illud aut vulgare prouerbium. Qui sta el pũcto disse Lipethopo. Sũt ⁊ alij q testantur de bonis que habent: tamẽ ad illos non pertinentibus: eo q acquisita sunt per vsuras: malos cõtractus: rapinas: iniusticias: fraudulẽtias: ⁊ huiusmodi: ⁊ debẽtur ꝑsonis certis. Secus vero quando illorũ restitutio eẽt incerta. ¶ Tertio testamentuȝ est rationabiliter factum ratione modi testandi: puta cum quis exheredītat suos heredes qui exhereditari ñ meruerunt: dãs totum alijs. Talis facit contra equitatem iuris naturalis etiam si det ecclesie. Et testamentum tale non est seruandum: propterea dicit ab Aug. in sermone d̃ cõmuni vita clericoꝝ. ⁊. 15. q. vlt. c. qcũqȝ. Quicũqȝ exheredītato filio heredẽ facit ecc̃liam: q̃rat aliũ q

ſuſcipiat non Auguſtinum. Et iſra. Oꝫ lau/
dabile factū ſācti Aurelij carthaginēſis epī
Quidā enī cum filios nō haberet nec ſpe/
raret: res ſuas omnes retēto ſibi vſufructu
donauit eccleſie. Nati ſunt illi filij. Reddi
dit epiſcopus: nec opinā ti ea que illi dona/
uerat. In poteſtate habebat epiſcopus non
reddere: ſed iure fori ⁊ non iure poli. i. qua/
dam naturali equitate: vt dicit glo. ibidem.

Secūdum dubium vtrum executores te
ſtamētorū teneanᷣ cito .ſ. infra ānū execu/
tionē complere. Et reſpōdet Ric. in. 4. di.
.45. ꝙ aut teſtator tempus determinat in/
fra qđ teſtamētum vult eſſe impletum: aut
non. Sic ſic: non tenētur executores ten/
tione neceſſitatis vſqꝫ ad illud temp⁹ teſta/
mentū implere niſi viderēt citius explēdo
ſe poſſe facere aīe defuncti vtilitatē maiorē
Tunc enim ⁊ ſi in foro iudicij compelli non
poſſent ad citius implendū: tamen ad hoc
eos cōſcientia deberet compellere: qꝛ pre/
ſupponēduꝫ eſt ꝙ voluntas defūcti fuit vt
illo modo ⁊ illo tempore teſtamentum īple/
rent quo eſſet expedīēti⁹ anime ſue. Si aūt
non determinat tempus īfra quod velit te/
ſtamētū impleri: tunc dico: qꝛ aut executo
res habent libere bona: de quib⁹ poſſint ſta
tim teſtamentū implere: aut non habēt. Si
habent: tūc implere tenentur q̄ꝫcitius pn̄t:
qꝛ debitores ſunt illis quibus legata ſūt fa
cta. Et ſicut dicitur. ff. de re. iu. In omnib⁹
obligationibus in quibus dies non ponitur
preſenti die debetur. Unde illi executores
qui per longum tēpus tardant ſuam execu/
tionē īplere: necatorib⁹ egentiū cōparanᷣ
ꝓpterea dr̄. 13. q. 2. c. qui obligatiōes. Qui
obligationes defunctorū aut negant eccle
ſijs: aut difficile reddunt tāq̄ꝫ egentiū neca
tores. excōmunicentur. Et ſecūduꝫ gloſaꝫ
ibidē hoc nō intelligitur de obligationibus
voluntariis: ſed de illis bonis que relicta
ſunt eccleſijs. Et. c. ſequenti adhuc dicitur.
Qui obligationes defunctorū retinent: ⁊ il
li qui eccleſijs tradere demorantur vt infi/
deles ſunt ab eccleſia abiiciēdi. Executores
etiā ſi illa bona retinent ꝓ ſeipſis ſunt ſicut
fures ⁊ raptores: ⁊ ſacrilegiū cōmittunt: ſic
patet. 13. q. 2. c. clerici. ⁊. 17. q. 4. c. ſacrilegiū
Unde ſi executores infra annuꝫ ſaltē āmo
nitione epī pias voluntates defunctoꝝ nō
implent cū poſſent ſi vellent: ꝑ epiſcopū de
bent impleri. vt notatur extra de teſtamen
tis. c. nos quidem. ⁊. c. tua nobis. in glo. ⁊. c.
Ioh. in textu. Si autē executores nō habe
ant bona in promptu de quibus poſſint in/
fra annum teſtamētum implere. non credo
propter hoc ꝙ deuoluatᷣ poteſtas eoꝝ poſt
annū ad epiſcopum. Tenentur tamē facere
qđ in ſe ē vt bona habeant ⁊ habita debent
diſtribuere q̄ꝫ citius poſſunt.

Tertiū du
bium erat: vtrū dilatio executionis in aliq̄
preiudicet anime teſtatoris. Et rn̄det Ric.
ꝙ ſic. cui⁹ duplex ē ratio. Una qꝛ quāto ci/
tius eccleſie ⁊ pauperes quibus legatū ē re
cipiunt illud quod teſtator eis legauit: tāto
feruētius: ⁊ certius orant pro anima defun
cti: ⁊ orare tenentur: ⁊ quanto tardius reci
piunt qđ eis legatū eſt: tanto tepidiores ſūt
ad oranduꝫ: ⁊ magis tardant orare pro ani/
ma eius .ſ. teſtatoris defuncti. Acceleratio
autē feruētium orationū pro anima defūcti
multum valet ad eius alleuiationē ⁊ celeri/
orem expeditionē. Alia ratio eſt qꝛ ſicut de
functi in caritate aliquid purgabile ſecum
portantes in hac vita meruerunt vt elemo
ſyne ſi pro eis dētur eis proſint n̄ ad augmē
tū gratie: ſꝫ ad alleuiatōnē ⁊ abbreuiationē
pene. Si teſtator teſtamētū faciēs ⁊ in cari
tate decedens teſtamentū ſuū faciendo me
retur vt eius executio poſt mortem valeat
non ad augmētuꝫ gratie: ſꝫ ad alleuiationē
⁊ abbreuiationē pene ſue. Et ideo quanto
teſtamētū ſuuꝫ citius executioni demanda
tur: tanto citius alleuiatur: ⁊ quanto tardi⁹
ſui teſtamēti executio impletur: tāto tardi⁹
ceteris paribus incipit alleuiari: ⁊ tardius
liberatur: Si tn̄ legata ſua nunq̄ꝫ ſoluerenᷣ
non propter hoc ꝑpetuo remaneret in pena
q̄ꝫuis ꝑꝑ hoc multo tardius liberaretur ab
ip̄a. Ex p̄dictis patet q̄ꝫ grauiſſime peccāt. ⁊
q̄ꝫ magnaꝫ ꝑditionē faciunt hi qui executio
nes teſtamētoꝝ ſibi cōmiſſas nō complent
q̄ꝫ citi⁹ poſſūt habita cōpetēti opportūitate

Quomodo hi qui ſunt in purgatorio iuua/
ri poſſunt per ſuffragia viuoꝝ. ⁊ đ ſuffragio
rum fructu. Capitulum. 3.

Tertia pars pietatis que defunctis debetur dicitur ſuffragiorum communicatio. Et pro huius intelligentia tria dubia erunt diſcutienda. ¶ Primum vtrũ ſuffragia viuorum ꝓſint defunctis. Secũdum vtrũ ſuffragia facta determinate pro vno proſint omnibus exiſtentibus in purgatorio. Tertium vtrum defunctis proſint ſuffragia facta a viuis exiſtentibus in peccato mortali. Ad primũ dubium poſſet aliquis arguere ꝙ ſuffragia viuorum nõ ꝓſint defunctis. Naꝫ Apoc.14.c.dicit̃. Opera enim illorum ſequuntur illos. ergo videt̃ ꝙ nõ iuuãtur operibus alienis Et Eccleſiaſtes.9.dicit̃ de mortuis ꝙ nõ habent parteꝫ in opere quod ſub ſole geritur. ergo ideꝫ qđ prius. Sed in cõtrarium eſt illud qđ ſcribitur.z.Machab.12. Sancta ⁊ ſalubris ẽ cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis ſoluãtur. Et Auguſtinus in ench. ait. Nõ eſt negandum .defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari: cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur : vel eleemoſyne in eccleſia fiunt. Reſpõdet Ric. ꝙ animarum quedam ſunt beate iam in celo. quedam ſunt damnate in inferno pro peccato originali ⁊ actuali: vel pro originali ſolo. quedam ſunt in caritate ſuam explentes penitentiam in purgatorio. Beatis nõ proſũt viuorum ſuffragia: quia ñõ indigent. Unde Auguſtinus in ench. dicit ꝙ ſacrificia ſiue altaris ſiue quaruncunqꝫ elemoſynarum ꝓ defunctis valde bonis gratiarum actiones ſunt. Et idem habetur extra đ celebra. miſ. c. Cum Marthe. Damnatis etiaꝫ ſuffragia non proſunt : vt oſtenſum eſt ſupra eodẽ ſermone. Sunt tamen conſolationes viuorũ. Animabus autem exiſtentibus in purgatorio proſunt viuorũ ſuffragia ñ ad augmẽtũ gratie gratum facientis: ſed ad pene earum mitigationem ⁊ abbreuiationem. Quia: vt dicit Aug⁹ in ench. Cum viuerent in hac vita meruerunt vt hec ſibi poſtea poſſent prodeſſe. Ad auctoritatem ergo Apoc. dicendum ꝙ ſuffragia viuorum que fiunt pro exiſtentibus in purgatorio: dicuntur opera eorum inquantum in hac vita meruerunt vt eis prodeſſent : ſi pro eis fierent. Ad auctoritatem vero Eccleſiaſtes dicendum ꝙ pro tãto mortui dicuntur nõ habere parteꝫ ĩ opere quod ſub ſole geritur: quia tali operi nõ cooperantur: habent tamen partem in fructu operis. Sed pro confirmatione vera dictorum notanda eſt ſententia. Grego. que ponitur.13.q.z.in.c.anime defunctoꝝ. Anime inquit defunctorum quattuor modis ſoluuntur: aut oblationibus ſacerdotum. aut precibus ſcõrum. aut carorum elemoſynis. aut ieiunio cognatorum. ꝙ enim ſacre hoſtie oblatio plurimum proſit defunctis : apparet ex illo exemplo quod Grego. recitat in.4. dial. li. Inquit. n. ꝙ cum quidam monachus ſuus nomine Juſtus ad extremum veniens tres ſe habere occultos aureos indicaſſet: ⁊ de hoc ingemiſcẽs mortuus fuiſſet: precepit Greg⁹ fratribus vt corpus ei⁹ cum tribus aureis in ſterquilinio ſepelirent. Tandem cuidam e fratribus Greg⁹ ꝑcepit vt vſqꝫ ad dies.30. omni die ꝓ eo hoſtiam ĩmolaret. Qui cũ iuſſa cõpleſſet. is qui defunct⁹ fuerat in die.30. cuidã fratri ſibi germano apparuit. Quem germanus requiſiuit dicẽs. Quomõ es? Cui ille rñdit. huc uſqꝫ male fui: ſed iam modo bene ſum: qꝛ hodie coĩonem recepi. Similiter Grego. ĩ prealle gato li. oñdit quantuꝫ orationes proſint exiſtentib⁹ in purgatorio. Narrat. n. de paſcaſio: qui cũ vir mire ſanctitatis ⁊ virtutis extiterit ⁊ ſuo tẽpore duo fuiſſent ſũmi põtifices electi: cõueniſſetqꝫ tandem eccleſia in vnum: Ipe tñ Paſcaſius quaſi ex errore alium papam pretulit: ⁊ in hac ſententia vſqꝫ ad mortem ꝑmanſit. Qui cum eſſet defunctus ⁊ dalmaticam feretro ſuperpoſitaꝫ demoniacus tetigiſſet: ſtatim ſanatus ẽ. P⁹ multum vero temporis cum German⁹ capuanus epiſcopus balneum ob gratiam ſanitatis petiiſſet: predictum Paſcaſium diaconem ſtãtem ⁊ obſequẽtẽ inuenit: quo viſo vehementer extimuit. Et quid illic tãtus vir faceret inquiſiuit. Qui pro nulla alia cã ſe in illo loco penali deputatum aſſeruit: niſi quia in illa cauſa põtificis plus iuſto ſẽſit: ⁊ addidit. d. Queſo te deprecare deum pro me atqꝫ in hoc cognoſces ꝙ exauditus ſis ſi huc rediens me non inueneris . Qui cum

ꝓ eo oraſſet ⁊ illuc pꝰ paucos dieſ rediiſſet:
ꝑdictū Paſcaſiū ī eodē loco minie īuenit.
Sūt ⁊ alia exēpla: que breuitatis cā dimit-
timus. Secūdum dubium erat. Utrum ſuf
fragia facta determinate pro vno ꝓſint oī-
bus exiſtentibꝰ ī purgatorio. Et rn̄det Ric.
ꝙ ad cauſādum penam cōcurrit virtus agē
tis: ⁊ diſpoſitio patiētis: quia actus actiuoꝝ
ſunt ī patiente diſpoſito. vt dicitur. 2° d̄ aīa.
Pōt ergo diminui alicuiuſ pena: vel per di
minutionem virtutis ex ꝑte agentis: vel ꝑ
diminutionem diſpoſitionis ad patiendum
ex ꝑte ſuſtinētis: ſicut ⁊ per augmētationē
cuiuſlibet iſtoꝝ pena pōt augeri. Un̄ ineq̄-
liter diſpoſiti ad patiēdum ab equali virtu
te inequaliter patiūtur. Propterea dicit
Auicēna. 6. parte naturalium. ꝙ multū diſ
ſpoſituſ ad triſticiā ex modica cauſa fortiter
triſtat̄. Quod aūt dictū ē videmus in exē-
plo. Pena enim magnum onus portātis di
minui pōt: vel per diminutionē grauitatis
oneris: vel per aliquā confortationē virtu-
tis illius qui portat onus: qua minuit̄ ī ipſo
diſpoſitio ad patiēdum ab onere. Sic dico
ꝙ iſto duplici modo cōuenit ītelligere dimi
nui penā exiſtentiū in purgatorio. Et quan
tum ad diminutionē pene modo primo ſuf
fragia facta determinate pro vno tm̄ aliis
nō porſunt: quia ſic virtus eorum nō attigit
niſi ad illuꝫ ad quē determinantur ⁊ cui ap-
plicātur per intentionem agentis. Sed mō
ſecūdo ſuffragia facta ꝓ vno proſunt aliis:
quia miſericordia dei ꝓuidente ſuffragia fa
cta pro quocūqꝫ ī purgatorio omnibus aliiſ
īnoteſcunt. Et qꝛ ſeſe diligunt ex caritate:
nec ſibi īuicem īuident. imo oēs gaudent de
pene illius alleuiatione pro quo facta ſunt
ſuffragia. Quodlibet aūt gaudiū r̄ddit gau-
dentem minus diſpoſitū ad penā contriſtan
tem. quia ſm̄ ſententiā ar. 2° ethi. c. vltimo.
Cuiuſqꝫ triſticie repugnat ſm̄ formam ge-
neris quecūqꝫ delectatio: ⁊ iō mitiget eaꝫ.
Notādum m̄ ꝙ ſi ſuffragia fierēt pro pluri-
bus: nō tātum ꝓdeſſent cuilibet quātū ſi fie
rent pro illo ſolo: qꝛ ſi tātum ꝓdeſſent: ſeque
ret̄ ꝙ ille qui ꝓ vno defuncto tenet̄ dicere
miſſam vnā: ⁊ vnā ꝓ alio. ſi diceret vnam ꝓ
illis duobus cuilibet ſolueret illud ad quod
ſibi tenetur. Preterea bonū finitū quod ſuf
ficeret ad plenariam liberationem vniꝰ aīe
d̄ purgatorio ſufficeret ad liberationē oīuꝫ
aliarum ad equalē penam obligatarū. Pre
terea cōſuetudo eccleſie eſſet īutilis: q̄ ſuf-
fragia aliquādo facit pro ſpecialibus perſo
nis. que omnia falſa ſunt. Fuere tn̄ quidam
dicētes ꝙ ſuffragia facta pro pluribus tātū
ꝓſunt cuilibet quātum ſi fierent pro vno ſo
lo: ſicut candela accenſa pro pluribus: ⁊ le-
ctio lecta pro pluribus tātum quenlibet iu-
uāt quātum iuuarent ſi pro eo ſolo candela
accēderetur vel lectio legeret̄. Sed rn̄det
Ric. ꝙ hec exempla nō valent: qꝛ lumē cā-
dele ⁊ vox doctoris ſe coīcant ꝑ nature ne-
ceſſitatē. Suffragia aūt coīcant̄ ꝑ ſuffragā-
tis ītentionem. Tertium dubium erat vtrū
defunctiſ proſint ſuffragia facta a viuis exi
ſtētibus in peccato mortali. Et rn̄det Ric. ī
4. diſ. 45. ꝙ malus faciēs aliqua bona ope
ra ꝓ defunctis: aut facit ea ſicut actor: aut
ſicut miniſter. Primo mō illa nō ꝓſunt de-
functis: etiā ſi ea faciat mediāte bono mini-
ſtro niſi aliqn̄ ꝑ accidens inq̄ꝫtum pauperes
ſci ꝓ elēynis receptis ab illo malo excitātur
ad orādum ꝓ illis defunctis ꝓ q̄bus ille ma
lus homo eis elēynas dedit. Si autem facit
ea vt miniſter diſtinguēdum ē: qꝛ aut facit
ea vt miniſter publicus dei ⁊ eccleſie: vt ſa-
cerdos qui celebrat miſſam: vel exequias
mortuoꝝ. aut facit ea vt miniſter alicuiꝰ pri
uate ꝑſone. Primo modo dico ꝙ ꝓſunt de-
functis: qꝛ malicia miniſtri nō tollit efficaci
am ſacri. Si aūt facit ea vt miniſter priuate
perſone aut illa ꝑſona qn̄ ſibi precepit tale
opus fieri ⁊ qn̄ factū ē erat in caritate: aut
nō. Primo modo dico ꝙ ꝓſunt defūctis ꝓ
quibus fiunt. Et ſiue ille qui mādauit fieri
migrauerit de hac vita: ſiue nō. qꝛ hoc opus
pricipaliter ipſius ē qui hoc fieri mandauit.
Si vero erat in peccato mortali: aut ħ erat
quando mandauit fieri. aut qn̄ opus execu-
tioni mādatum ē. Si primo modo dico ꝙ il
la opa nō ꝓſunt defunctis ꝓ quibus fiunt:
q̄ꝫuis ſit in caritate pro illo tꝑe quo ſuū man
datū executioni demandat̄: niſi tunc illd̄ ite
rum fieri demādet̄ aut demādationē factā
de nouo acceptet: qꝛ opus ipſius nō ē niſi i-

q̄rum illud fieri mãdat: vel acceptat. Si aũt erat in peccato mortali qñ demãdatur op⁹ bonum executioni: qui erat in caritate qñ precepit fieri. dico q tunc opera ꝓsunt defunctis ꝓ quib⁹ fiunt: maxime qz sunt a ꝑcipiente rõne illius actus voluntatis quam habuit quãdo ea fieri precepit: verũtñ cum nemo sciat vtꝝ odio an amore dignus sit: ñ debẽt homines retrahi a coĩcatione suffragiorum erga defunctos. Et potissimũ tenere debet vnusquisqz firmiter q sẽper valet missa ꝛ alia bona que facit hõ: vt minister ecclesie. Supradicte itaqz sunt pietatis partes: quã debẽt viui mortuis exhibere. Sed si quis posset ad purgatoriũ vsqz descẽdere audiret ꝑfecto clamãtes ꝛ eiulantes q̄plurimos: ac voce querula lamentantes. Audirentur quidem patres ꝛ mr̃es. d. O filii ingrati quibus bona nostra dimisimus succurrite nobis. Audirentur viri suas vxores vocantes. O vxores impie in quibus cõfidentiam habẽtes: diuitias nostras vobis dimisimus: subuenite miseris ꝛ nos adiuuate: vt eruamur ab his atrocissimis penis. Audirentur ꝛ alii clamãtes. O cõmissarii. o executores testamẽtorum nostrorum expedite fideliter que vobis cõmisimus Multi nãqz sũt ꝛ quasi inumerabiles: qui citius a purgatorio liberarẽtur si viuẽtes illos iuuarẽt. Idcirco ꝓcurent oẽs benigne ꝛ caritatiue orare pro defunctis aliaqz pietatis opa illis ipendere: vt sic mereamur in hoc seculo dei obtinere grãm ꝛ i futuro sẽpiternã gliã. Amẽ

Feria secũda quarte hebdomade i q̃dragesima. de purgatorio: ꝛ atrocissimis penis quib⁹ puniuntur aĩe illoꝝ qui nõ satisfecerũt i hac vita de peccatis suis. Sermo. 48

Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis Scribuntur hec ṽba Ioh. ꝛ. c. ꝛ i euãgelio hodierno. Rara fides iuenitur i hoĩbus huius mundi: qui cum sepe blandiãtur multum amicis: eorumqz se fateantur beniuolos: adueniente tñ necessitate aduersitateqz ingruẽte deficiunt: ꝓpterea saluator noster qui ꝓuidebat se tpe passionis sue ab oĩbus derelinquendũ nõ credebat semetipsũ eis q crediderant in noĩe eius pp signa que faciebat. Quo exemplo edocemur: vt ꝛ nos dum possumus: dum viuimus: duz facultas adest: anime nostre salutẽ accuratissime ꝓcuremus. Neqz fidẽdum ẽ multum i parentibus aut filiis. in viris aut vxoribus in domesticis vel amicis: quoniã vt dictum est in precedẽti sermone: cõsueuerunt tales caros suos defunctos tradere obliuioni. ꝛ qm̃ pleriqz penitentiã negligunt de suis peccatis in hac vita implere: estimantes mitissimam satisqz leuem penam esse. ꝛ qñqz nullam penam. s. purgatorii. Idcirco i presenti sermone de ipo purgatorio erimus locuturi. de quo tria mysteria erũt declaranda.

Primum dicitur veritatis.
Secũdum penalitatis.
Tertium iocunditatis.

De veritate ꝛ loco purgatorii: ꝛ de istis qui post hanc vitam anteq̄ euolent indigent purgari: Capitm̃. i.

Primũ mysteriũ declarãdũ de purgatorio dicitur ṽitatis. in quo tria sunt dubia absoluẽda. Primũ vtꝝ sit ponere penam purgatoriã p⁹ hanc vitaz: Secũdnm vtrũ aliquis loc⁹ sit proprius ad purgãdum animas deputatus. Tertiũ q sũt hi qui vadũt i purgatoriũ. Ad primũ dubiũ rñdet Boñ. di. 20. quarti. q sicut dicit scriptura ꝛ auctoritates sanctoꝝ: ꝛ plr̃es reuelationes: ꝛ rationes cõcordant: ꝛ ecclesia vniuersalis cõfirmat que orat ꝓ existẽtibus i purgatorio: absqz dubio post hãc vitã ẽ ponere penam purgatoriã. Et hoc colligitur ex verbo xp̃i. d. Math. 12. Qui dixerit verbũ cõtra spiritũ sãctũ nõ remittetur ei neque i hoc seculo neqz i futuro. In qua sñia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdam i futuro posse relaxari. Iõ Greg. 25. di. c. qualis. ait. Qualis hinc quisqz egreditur: talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibusdam culpis esse ante iudiciũ purgatorius ignis credẽd⁹ ẽ: ꝓ eo q ṽitas dicit: quia si qs in spiritum sanctuz blasphemiam dixerit neqz i h̃ seculo remittetur ei neqz:

in futuro. Et Math. 5. Esto consentiens aduersario tuo cito. i. sinderesi murmuranti in malo aut angelo ad oppositum decertanti. dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius tuus iudici. i. deo: ⁊ iudex tradat te ministro. i. angelo: ⁊ in carcerē mittaris. i. ꝑ angelum in purgatoriū deducaris. Amen dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Hoc idem de carcere huius mundi nō pōt intelligi: eo ꝙ nec ibi ponuntur oēs tales. Nec de carcere īfernali: q2 ibi nunq̄3 soluitur nouissimus q̄drās debite pene. Sed de carcere purgatorii habet ītelligi: q2 de illo exibit quis quādo soluerit nouissimum quadrātē. Et adhuc ē in promptu ratio quare sit ponēda pena purgatoria. Nam vt dicit Aug⁹. ⁊ ponit a magistro in littera. aut homo punit: aut de⁹ punit. sed frequēter aliqui cōuertunt in fine q nō puniūtur ī pñti. ergo necesse ē ꝙ puniantur a deo: sed nō in igne īfernali siue eterno. ergo in igne purgatorio. ¶ Jtē si nō eēt pena purgatoria post hāc vitā. ergo q ꝑdurat ī culpa vsq3 ad mortē. cum nullā sust nuerit penā reportat de malicia sua cōmodū. qd̄ est falsū. Et si quis obūceret ꝙ pronior ē deus ad miserēdum q̄3 ad condēnandum. sed decedētem in mortali peccato statim cōdēnat: ergo decedentē in caritate statim glorificat. Jtē potētior ē caritas ad eleuādum q̄3 sit mortalis culpa ad deprimēdum. sed culpa mortalis statī demergit in abyssum. ergo caritas statim eleuat in celū. ḡ nō ē ponere post mortem aliqd̄ supplicium. ¶ Jtem status p⁹ mortem respōdet statui qui ē in via. sed ī via nō ē nisi duplex status. s. bonorū ⁊ malorum. ergo similiter post mortem. Ergo aīa a corpore recedēs: vł ē ī paradiso cū bonis: vel ē īferno cū malis. Rñdet Boñ. ad p̄mum. ꝙ nō ē simile glorificare decedētem in caritate statim: sicut cōdēnare decedētē in mortali. qm̄ iste qui in mortali ē: nihil habet quod sit dignum vita. Et ideo sūme est dispositus ad damnationem eternam: ⁊ ꝓpter hoc statim damnatur iusta retributione. Sed ille qui ē ī caritate: cū caritas simł stet cum veniali culpa: ⁊ reatu pene: pōt ī se habere aliquid dignū pena. Et q2 gloria nō pōt simul stare cum pena ꝺm forū cōmune: necesse ē prius debitum illud solui ꝑ penā3 purgatoriam. ¶ Ad secūdū dicit Boñ. ꝙ pōdus caritatis habet ī se aliquod retardās vt culpā aliquā paruulā: vel reatū. S3 pōdus peccati nihil habet eleuās vel retardās ideo nō ē simile de ascēsu peccati. Ad tertium vero dicēdū ꝙ licet duplex sit stat⁹ principalis. s. bonorum ⁊ malorum. tamen q habet iusticiā ī duplici ē differentia. Aut enim ī statu perfectorum ꝑfectione completa. ⁊ talis ñ habet cremabilia: nec aliqua debita ⁊ huic statui debetur vita eterna. Alii sunt ī statu impfectoꝝ. ⁊ hi habent cremabilia: vt plurimū: ⁊ etiā debita. ideo o3 primū debita solui: ⁊ cremabilia cremari anteq̄3 introducātur in patriam. Et hi purgantur pena purgatoria. Similiter carētes iusticia ī duplici sunt differentia. Quidam sunt in statu paruulorum. ⁊ hi carent iusticia originali. ⁊ his cōpetit status in limbo sine pena sensibili. Aliqui sunt ī statu adultorum: qui carēt iusticia ꝑsonali siue gratuita ꝑ propriam culpam. Et talibus cōpetit status īfernalis. Et sic p3 ꝙ ratio illa nō valet. Posset etiam dici ꝙ pena purgatoria nō dicit statum: s3 magis trāsitum de statu ad statum. Secūdum dubium absoluendum erat. Utrum ad purgationem aīarum sit aliquis locus spāliter deputatus. Et rñdet Ric. di. xi. quarti. ꝙ in inferno sunt quattuor loca se habentia ꝺ3 superius ⁊ inferius. Jn loco maxime īfimo sunt damnati pro peccato actuali. Jn illo q ē īmediate supra illum sunt dānati pro solo peccato originali. Jn loco qui cōsequēter ē supra illum sunt anime que purgant: quia ibi de lege cōmuni purgantur: q̄3uis alique alibi purgentur ex aliqua causa speciali. s. vel vt viuentibus aliqd nunciēt: vel vt suffragia ꝓ se īpetrēt: ⁊ vt patiēdo vbi peccauerūt dei iusticiā aliq̄bus sēsibilibus manifestēt. Jn quarto loco nō sūt alique aīe: sed ante xp̄i aduentum ibi erant anime sanctorum patrum: que penitentiam suam in purgatorio expleuerant. ¶ Et ille que recedentes a corpore nihil purgabile portauere. Locus autem prefatus dicebatur sinus Abrahe. quia Abraham primus ab infidelibus

se separauit: ⁊ fidei signaculū distinctiuum
accepit. Jdeo locus requiei que debet̄ ani/
me propter fidem caritate formatam sinus
Abrahe dictus est. Hugo tamē libro secun/
do de sacramentis parte.15.c.7. negare vi/
detur aliquem vnum locum determinatuꝫ
esse purgationi animarum dicens probabi/
lius esse vt in his potissimū locis singule pe/
nam sustinere credantur in quibus culpam
cōmiserunt. sicut multis sepe documētis ꝓ/
batum est. Alia vero si qua sunt harum pe/
narum loca non facile assignari videt̄. Sed
sententia ista Hugo. non acceptatur a do/
ctoribus nisi intelligatur: vt dicit Boñ. ꝯm
dispensationem diuinam. ⁊ non secundum
cōmunē legem. q2 iprobabile est: vt oēs aīe
q̄ parisius peccauerūt parisi⁹ puniāt̄. Jdeo
secundnꝫ legē cōmunem credendum est ꝙ
sicut limbus fuit inferius: sic ⁊ locus purga
torius: qui locus pars īferni creditur a qui/
busdam propter illud verbū Grego. in. 4.
dialo. Sub eodē igne elect⁹ purgat̄ ⁊ dāna
tus crematur. ¶ Tertiū dubiū absoluēdū
erat. Qui sunt qui vadūt ad purgatoriū. Et
dicere possumus secūdum doctores ꝙ sunt
tria hominū genera. ¶ Primi quidem sunt
qui cū venialibus moriūtur. Nā sicut dicit
magister super illo verbo. i. Cor. 3. c. Si qs
superedificat super fundamentū hoc aurū.
argentū lapides preciosos. lignū. fenū. stipu
lam: vniuscuiusqꝫ opus manifestū erit. Dies
.n. dn̄i declarabit: quia ī igne reuelabitur ⁊
vniuscuiusqꝫ opus quale sit ignis probabit
Per lignū fenū ⁊ stipulā ītelligūtur venia/
lia peccata per quādā similitudinem: q2 ve/
nialia ī eodē subiecto cū caritate existentia
pn̄t per ignē purgatorii ⁊ spiritualem igneꝫ
caritatis ⁊ dilectionis cōsumi: sicut lignuꝫ.
fenū. stipulaqꝫ consumuntur per ignē. ⁊ q2
tardi⁹ ↄsumit̄ lignū q̄ꝫ fenū: ⁊ fenū q̄ꝫ stipula
iō ꝑ lignū significant̄ venialia grauiora. per
fennum media: per stipulam minora. ¶ Se
cundi qui vadunt in purgatorium sunt qui
penitētiā ante obitū suum non egerūt: sicut
ↄtigit his qui absqꝫ ↄfessione moriūtur ↄtri
ti. ¶ Tertii sunt hi qui iniunctam sibi penitē
tiam nō cōpleuerūt. Nam penitentia in cō
fessione a sacerdote iniuncta. aut est maior

aut equalis: aut minor. Si autem est ma/
ior tūc id quod homo plus fecerit cū mori/
tur ī augmētū sue glorie cedit. Si est equa
lis tūc sufficit ad totius pene dimissionē. Si
autē fuerit minor: tūc id qð residuum est ex
virtute diuine iusticie in purgatorio emen/
dat̄: ne aliquod peccatū remaneat īpunitū.

¶ De volūtate illoꝝ q patiūtur ī purgato/
rio. ⁊ de grauitate penaꝝ. ⁊ de ministro per
quē deus īfligit penas illas. Caplm̄. 2.

S Ecundum mysterium principale de
purgatorio declarandum dicitur
penalitatis. in quo tria dubia sunt
aperiēda videlicet. ¶ Primū vtrū pena illa
sit voluntaria. ¶ Secunduꝫ vtꝝ sit maxima
oīum penaꝝ tēporalium. ¶ Tertium vtruꝫ
ꝑ ministeriuꝫ demonum īfligat̄. ¶ Ad pri/
mum dubium rn̄det Boñ. ꝙ aliqua pena di
cit̄ tripliciter voluntaria. Uno modo q2 assu
mit̄ a voluntate īperāte: sicut est penitētia/
lis pena. Alio modo q2 sustinet̄ a voluntate
acceptāte. sicut est pena martyrum. q2 adeo
placet ꝙ ea liberari nō vellēt. Tertio modo
est quedā pena que acceptat̄ ⁊ sustinet̄ a vo/
luntate celerāte. vtputa pena que est cū pa/
tiētia ita ꝙ eius oppositum est in desiderio:
sicut cuꝫ amās ⁊ desiderās sanitatē īfirmat̄
sustinet quidē īfirmitatē tāq̄ꝫ penā diuinit⁹
īflictā. attamē ab ea liberari ꝓcurat. ⁊ illud
minime habet rationē voluntarii. Hoc mo/
do est volūtaria penā purgatoria ī viris iu/
stis: q voluntarie eā sustinēt: ⁊ desiderāt ve/
hemēter ad patriā ꝑuenire. ⁊ ab aliis sibi au
xiliū preberi. ¶ Secundū dubiū vidēdum
erat vtrū pena purgatoria sit maxima oīuꝫ
penarum temporalium. Et secundum doc.
respondetur ꝙ sic. ⁊ probat̄ tripliciter. ¶ p°.
auctoritate. ¶ 2° ratione. ¶ 3° exemplo ¶ p°
probatur auctoritate. Jnquit eniꝫ Aug⁹ de
pe. di. 7. c. vlt. ⁊ dis. 25. c. qui in aliud seculū
Qui ī aliō seculū ī distulit fructū ↄuersiōis
purgād⁹ ē igne purgatōis. Hic eteni ignis
etsi nō sit etern⁹: miro tn̄ modo grauis ē. Ex
cellit etenim omnem penaꝫ quam vnq̄ꝫ pas
sus est aliquis in hac vita. Nunq̄ꝫ in carne
tanta inuenta est pena temporalis. ¶ 2° pro/
bat̄ ratiōe. Et secundum Boñ. potest sumi
ratio ex diuina iusticia eo ꝙ de⁹ iustus pe/

nā nō acceptat ſm ꝙ punitiua tm̄:ſed ſm ꝙ
plus ē in ea ratio oꝛdinis recti. Scđm hoc ğ
ē ītelligendum ꝙ ē pena ſumpta:⁊ pena in/
flicta. Jn pena ſumpta nō tm̄ placet deo oꝛ/
dinatio pene ad culpam:ſed oꝛdo ⁊ rectitu/
do que ē in voluntate aſſumente. Jn pena ī
flicta placet oꝛdinatio pene ad culpaꝫ. Qm̄
ergo pena penitentium in pn̄ti plus ē. pena
moꝛientium ē inflicta in purgatoꝛio:pꝛo eo
ꝙ iam nō ē tempus agendi ſed recipiēdi. Jō
modica pena in pn̄ti plus ſatiſfacit:⁊ magis
ē de ea contenta diuina iuſticia:ꝗ̄ de ma/
gna in futuro. Ric. vero ſumit rōnem ex cā
ipſius pene. Nam pena cauſat̄ dupliciter. ſ.
ex abſentia boni amati:⁊ pn̄tia mali oditi. ⁊
vtroqꝫ modo pena purgatoꝛii maioꝛ ē qua/
libet pena tēpoꝛali. Anime enim in purgato
rio qꝛ motꝯ earum nō retardatur mole coꝛ/
poꝛis: vehementiſſime deſiderant cum deo
ꝑfecta fruitione cōiungi. Et ideo ex huius
cōiunctionis abſentia vehementiſſime affli
gūtur maxime cum videāt tēpus aduenisse
quo cum deo ꝑfecte eſſent cōiuncte:ſi dum
erāt in coꝛpoꝛibus penā ſuis peccatis debi/
tā ꝑſoluiſſent. Similiter ignis affligēs aīaꝫ
in purgatoꝛio magis ē actiuus igne noſtro:
qui tamē inter alia elemēta maxime ē affli/
ctiuus. Jō pena purgatoꝛii longe grauioꝛ ē
ꝗ̄ alia pena ī hoc mundo. Qualiter aūt aīa
patiatur ab illo igne declaratum ē in pꝛece
dentibus:ſermone. ſ. 14°. huius operis. 3° ꝓ
batur grauitas pene purgatoꝛii exēplo. ha/
betur nanqꝫ ī legenda ſācti Grego. ꝙ poſt/
ꝗ̄ oꝛauit pꝛo Traiano:apparuit ei angelus
⁊ dixit. Quia ꝓ dānato rogaſti duoꝛum ti/
bi datur optio. Aut. n. ī purgatoꝛio duobus
diebꝯ cruciaberis. aut certe toto tēpoꝛe vi/
te tue fatigaberis doloꝛibus ⁊ īfirmitatibꝯ.
Qui p̄elegit toto tp̄e vite ſue doloꝛibus cō/
cuti potius ꝗ̄ duobus diebus in purgato/
rio cruciari. Unde factū ē ꝙ ſꝑ deīceps aut
febꝛibus laboꝛauit. aut podagre moleſtia p̄ſ
ſus fuit. aut validis doloꝛibus cōquaſſatus
aut doloꝛe ſtomaci miſerabiliter cruciatus.
Unde in quadā epiſtola ſic loqtur. d. Tāte
podagre:tantiſqꝫ doloꝛibus ꝑmoꝛ: vt vita
mea mihi grauiſſima pena ſit. Quottidie. n.
ī doloꝛe deficio:⁊ moꝛtis remediū expectā

do ſuſpiro. ¶ Tertiū dubium ꝓpoſitū fuit.
Utrū pena purgatoꝛii ꝑ miniſteriū demo/
num īfligatur. Et qbuſdā videtur ꝙ ſic. eo
ꝙ in ſcriptura aut vix aut nūꝗ̄ legit̄ ꝙ bo/
nus āgelus bonos vexauerit. Sed vexatio
bonoꝝ ſolū a malis fuit ſicut exēplū habet̄
de Job. de Antonio:⁊ aliis ſcīs ⁊ amicis đi.
Mali vero vexati ſūt a bonis ⁊ a malis. Et
ratio videt̄ eſſe ſm eos. qꝛ qui vexat alterū
⁊ affligit quodāmō odiū habet. Diabolus āt
odit bonos ⁊ malos ob ſuam crudelitatē. iō
vtroſqꝫ affligit cum ſibi ꝑmittitur. boni ꝟo
ñ odiūt niſi malos ⁊ ideo illos ſolos affligūt:
ſicut afflixerunt ſodomitas ⁊ egyptios. Sꝫ
opinio iſta ſtare nō pōt. qꝛ non decet illuꝫ q
iuſte de aliquo triumphauit poſtea puniri ꝑ
ipm. Sed anime que ſunt in purgatoꝛio ad/
herendo iuſticie vicerunt diabolum. Ergo
nō eſſet cōueniens vt punirent̄ demonum
miniſterio. Pꝛopterea alii dixerunt ꝙ pe/
na purgatoꝛii infligitur angeloꝝ miniſterio
Sꝫ hoc nō videtur ꝓbabile. ꝙ tā grauiter
affligāt ⁊ puniāt ꝯciues ſuos. nec hoc de fa
cili ꝑ ſcripturā poſſet ꝓbari: Jō dicendum
ſm Ric. ⁊ Boñ. ꝙ ꝗ̄uis boni angeli ⁊ ma/
li aſſiſtāt moꝛiētibꝯ:boni ad iuuādū. mali ad
nocēdū ſi pn̄t. tn̄ in loco penali ipſiꝯ purga/
gatoꝛii non puniuntur anime miniſterio de
monum: nec miniſterio bonoꝛum angelo/
rum:ſed ſola diuina iuſticia ignem purgato
riū ſic īſtrumētū applicāte ad punitionē eaꝝ.

¶ De iocunditate quā habēt exiſtētes ī pur
gatoꝛio. tum pꝛopter certitudinem de ſua
ſalute tum ꝑꝑ cōfirmationē ī grā. tum pꝛo/
pter auxilium viuoꝝ. ¶ Capl'm. 3.

Ertiū myſteriū declarandū đ pur
gatoꝛio dicit̄ iocūditatis. Nā inter
acerbitatē penaꝝ ſentiūt aīe ī pur/
gatoꝛio exiſtētes multā iocunditatē. maxīe
ꝑꝑ tria. Pꝛimo ꝑꝑ certificationem. 2° ꝑꝑ ſb
uētionē. ¶ 3° ꝑꝑ ſactoꝛum affectionē: Pꝛi/
mo gaudet anime in purgatoꝛio ꝑꝑ certifi/
cationem. qꝛ iam certificate ſunt de gloꝛia
⁊ btītudine ad quā debēt ꝑuenire. Notādū
tn̄ ſm Boñ. in. 4°. di. 20. ꝙ aīe ille maioꝛeꝫ
certitudinē habēt ꝗ̄ ille que ī via ſūt: ſicut
habebāt anime que erāt in libo. Et illa certi
tudo media ē īter certitudinē patrie. ⁊ certi

tudinem vic. In patria ē certitudo tentiōis euacuās expectationem ⁊ timorem. In via aūt ē certitudo expectationis mixta timori quia quilibet labi pōt dū ē viator. In purgatorio vero ē medio mō. s. certitudo expectationis. q2 nondum obtinuit. sed ē euacuatio timoris pp liberi arbitrij ɔfirmationē. q2 oīo fit ꝙ deīceps peccare non pōt. Nā cōfirmati sunt in gratia: nec valent malum velle nec dum agetur quod eis accedit ad leticiam ⁊ iocunditatem: Propterea sapiētie. 3. dr̄. Spes illoꝝ imortalitate plena ē. Nec acceptāda ē q̊rundā opinio eoꝝ qui dicunt ꝙ ꝓ acerbitate penarū ita absorbeāt spūs: vt vbi sit ignoret. ⁊ ex hoc dubitet vtrū sit ī inferno: vel ī purgatorio: aut extra. Sicut cū anima ex dulcedine cōtemplationis rapitur extra se vt nesciat vtrum ī corpore an extra corpus hoc videat: sic suo modo dicunt ī penis se habere. Sed certe hoc nō videtur posse rationabiliter sustineri. q2 etsi spirit⁹ carni cōiunct⁹ possit ab huiusmodi penis adeo absorberi vt vsum rationis amittat. Spiritus tm̄ separatus q īmortalis ē n̄ videt̄ adeo absorberi: cū fortior sit ad sustinendum magnā penā in se q̄ꝫ in corpe paruā. Et contra dictā opinionē faciunt exēpla: q̄ Grego. ponit ī. 4° dial. li. vbi dicit. ꝙ qdam in purgatorio existentes in grauibus penis petierūt adiutoriū pro liberatione. ergo sciebāt se aliquādo liberādos. Insuper in omelia de diuite: ⁊ Lazaro dr̄ ꝙ dānati. s. se electos cōsiderant vsq3 in diem iudicii. Si ergo pena illa infernalis īproportionabiliter grauior ē q̄ꝫ purgatoria. ⁊ illa non absorbet vsū rationis damnatis q sūt oppressi verme desperatione ⁊ culpa: quāto magis nec ista pena absorbebit spiritus iustorum qui fortificati sūt bona cōsciā ⁊ spe ⁊ diuina gratia. 2° gaudent anime existentes in purgatorio pp subuentionem, quādo subuenitur eis per suffragia viuorum. de quibus diximus in precedenti sermone. Innotescit autem eis predicta subuentio quadrupliciter. Primo diuina inspiratione. 2° angelica reuelatione. vt dicitur. 13. q. 2. c. fatēdum. 3° morientium noui intimatione. 4° experientie cognitione quia per suffragia que īpenduntur eis experiuntur sibi diminui penam. Conueniēs nāq3 ē vt innotescat eis a quibus ⁊ que suffragia fiant: vt cu3 de purgatorio fuerint liberate: ⁊ in gloriam angeloꝝ assumpte: gratias suffragatoribus suis īpendant: pro eis apud largissimum miseratorem oīum deum intercedentes. Non enim possibile ē vt ingratitudo vel aliquod quodcūq3 vitium locum habeat in gloria sempiterna. ¶ Tertio gaudent aīe ī purgatorio pp sanctorum affectionem. Superni qdem ciues orant ⁊ rogant dn̄m Jesum xp̄m pro illis proximis suis: q̊s cruciari cernūt. Scd̄3. n. Bon̄. in 4. di. 45. Duo inducunt sanctos orare ꝓ his qui ī purgatorio sunt. Primum ē eoꝝ necessitas: q̄ īdigent ab aliis releuari. Secūdum est dei voluntas qui vult ꝙ vnum membrum releuet aliud. Tertium addi pōt: s. futura iocūditas seu felicitas. scilicet vt eorum gloria accidentalis augeatur cum videant eos futuros conciues suos. Unde credendum est ꝙ angeli semper visitant eos: ⁊ consolātur: Propter que omnia ad prudētiam spectat dum viuimus in hoc seculo penam quam possumus pro peccatis nostris exoluere. sin vero. illam in purgatorio dolenter luemus vbi licet propter rationes iam tactas aliq̄ leticia aderit. non tamen tanta erit vt Bon̄. ait: quanta erit afflictio. Jō sollicite cogitemus que ventura sūt. ⁊ oculos aperiamus in tempore opportuno: vt sic placemus deum que3 offendimus: impetremusq3 ab ipō hic gratiam ⁊ in futuro seculo sempiternā gloriam. ¶ Amen.

¶ Feria tertia quarte hebdomade. de iudicio curioso ⁊ temerario: propter quod multi qui se iustos credunt: peccatores sunt: ⁊ inimici altissimi dei. ¶ Sermo. 49.

Nolite iudicare

ꝫm faciem. sed iustum iudicium iudicate. Uerba sunt redemptoris nostri originaliter Joh. 7. c. ⁊ in euangelio hodierno. Prebuit nobis saluberrimum documentum satisq3 necessarium saluator noster dominus Jesus christus dum dixit verba in themate

noſtro ꝓpoſita: quoniā ob curioſum iudiciū multi qui ſe bonos exiſtimant ſepenumero mali fiunt. Secūdū vero Alex. ſñiam in .3° volumine ſumme duplex eſt iudiciū. Unū publicū ⁊ ordinatū: qđ quidē eſt actus iuſticie. Aliud vero vſurpatū ⁊ temerariū quo quis ꝓximū ſuū iudicat: vel reputat bonū aut malū. De hoc itaqꝫ iudicio de quo locutꝰ ē xp̃s ⁊ nos in p̃nti ſermone dicemꝰ. ī quo triplex iudiciū ſubdiſtinguemus declarādū

Primū dicit̄ dubietatis.
Secundum veritatis.
Tertiū temeritatis.

Qꝫ peccatum eſt iudicare in deteriorem partem aliena facta que nobis dubia ſunt: ⁊ quare dubia ſunt in meliorem partem interpretanda. Capitulum .i.

PRimū iudiciū vſurpatū dicit̄ dubietatis. Cū quis ꝓximū ſuum ex operibus dubiis iudicat malū. Nā multa ſunt opa que bene fieri poſſunt ⁊ male: ſicut ieiunare. orare. elemoſynas facere. audire miſſas. viſitare eccleſias. ⁊ ſimilia. in qbus ſi qs diffinitiue iudicaret ꝓximū: talia male facere vtputa ꝓpter vanā gloriā. aut aliquē aliū malū finē: peccaret per vſurpationē iudicii. Idcirco ī his ſeruāda eſt regula: que ponitur ī glo. Ro. 14. ſup illis verbis Qui nō maducat māducātē nō iudicet. vbi dicit̄. Dubia ſunt ī meliorē partē interpretāda. Et ꝙ ita ſit ꝓbari poteſt tripliciter. p̊ auctoritate. 2° ratiōe. 3° exēplo. Primo ꝓbatur auctoritate. Uñ. 33. di. c. habuiſſe. In rebus ambiguis abſolutū nō debet eſſe iudiciū. Et. xi. q. 3. in. c. graue. Graue ſatis eſt vt ī re dubia certa detur ſentētia. Et 30. q. 5. c. incerta. Incerta nullatenus iudicemus: quouſqꝫ veniat dñs: qui latētia ꝓducat ī lucē. ⁊ illuminabit abſcōdita tenebrarū ⁊ manifeſtabit cōſilia cordiū. Ad hoc facit ibidē. c. nullū. ⁊. c. iudicantē. Et idē ponitur ī glo. ſuper. c. nauiganti. de vſuris. ⁊ in. c. ex litteris. de ꝓbationibus. Ad idē eſt illud dictū extra de regu. iuris. Eſtote īquit miſericordes ⁊c. Hoc loco nihil aliud precipi exiſtimo niſi vt ea facta que dubiū eſt quo aīo fiāt ī meliorē partē interpretemur. 2° ꝓbatur ꝙ dubia ſunt ī meliorē partē īterpretāda. ratione. Et hoc tripliciter.

Primo ꝓpter diuinam maieſtatem.
Secundo propter proximi caritatem.
Tertio propter propriam vtilitatem.

Primo ꝓpter diuinā maieſtatē. Dubiorū enim ⁊ ſecretorū iudiciū deus ſibi reſeruat: qui dixit Hiere. 17. Prauū eſt cor hominis ⁊ īſcrutabile: quis cognoſcet illud. Ego dñs ſcrutās cor ⁊ ꝓbans renes: qui do vnicuiqꝫ ſecūdū viā ſuā. Et. 32. diſ. c. erubeſcāt. Deus ſecretorū cognitor ⁊ iudex eſt. Hinc eſt quod ſcribit̄. 2. q. i. c. nomē preſbyteri. Diuine pietatis poteſtati facere viderer iniuriā: ſi illiꝰ iudiciū meo vellē iudicio ꝑuenire. Et. 15. q. 6. c. ſi aſcēdētibus. Nō pōt humano ꝯdēnari examine: que deus ſuo reſeruauit iudicio.

Secūda ratio eſt ꝓpter ꝓximi caritatē. Secūdū enī Tho. 2. 2. q. 96. Ex hoc ipſo ꝙ aliquis habet malā opinionē de aliquo abſqꝫ ſufficiēti cauſa iniuriatur ei: ⁊ contemnit ipſū. Nullus autē debet aliū ꝯtēnere abſqꝫ cogēte cauſa. Ideo vbi nō apparēt manifeſta iudicia de malicia alicuius: debemꝰ vt bonū habere: ī meliorē partē īterpretādo quod dubiū eſt. Et ſi diceretur ꝙ iudicium debet eſſe magis de eo qđ vt ī pluribus accidit. ſed vt ī pluribus accidit vt male agāt quia vt dicit̄ Eccleſiaſtes. p̊. Stultorū īfinitus eſt numerus. ergo dubia magis debemus interpretari ī malū q̃ ī bonū. Reſpōdet Tho. ꝙ ille qui ī meliorē partē aliorū facta īterpretatur: frequētius fallitur. Sed melius eſt ꝙ aliquis fallatur habēs bonam fidē de aliquo homine malo q̃ rarius fallat̄ habēs opinionē malā de aliquo bono: quia ex hoc fit īiuria alicui. nō autē ex primo. Iō Seneca li. 4. de beneficiis ait. Sanctiꝰ eſt prodeſſe etiā malis ꝓpter bonos q̃ bonis obeſſe ꝓpter malos. Ideo lex fauet vt patiat̄ potiꝰ īnocētē abſolui: q̃ nocētē ꝯdēnari. ff. đ penis. l. abſētē. ī pricipio. Tertia ratio ē ꝓpter ꝓpriā vtilitatē: quia ſic homo euitat iudiciū dei. ſecūdū illud Luc. 6. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. Notandū tamen ſecūdū Alex. in. 2. volumine ſumme. ꝙ ꝓximorū noſtrorum facta dubia nobis poſſunt eſſe tripliciter. p̊ ex ignorātia pricipii. Nā vt dicitur extra de ſen. exco. c. cū volūtate

Uolūtate ac ꝑposito maleficia distinguun
tur. Ideo nescim⁹ sepissime ex quo pricipio
ꝓcedāt alioꝝ opa: ppterea in talib⁹ iudiciū
curiosū cauere debem⁹. 2° pōt eē aliqđ du
biū ex ignorantia medij: qꝛ multotiens mu
taṫ volūtas. Nā multi aliqua bona exercē
tes: mala intētione mutari pn̄t ꝛ ecōuerso.
3° pōt aliquid esse dubiū ex ignorātia finis.
Ideo dicit. xi. q. i. c. sacerdotib⁹. Nescimus
quis ī terribili dei iudicio qualis sit futur⁹:
Eteni Paulus egregi⁹ p̄dicator dicit. No
lite an̄ tēpus iudicare q̊adusqꝫ veniat dn̄s.
3° ꝓbaṫ ꝙ dubia sint ī meliorē partē trāsse
renda exemplo. Legim⁹ nāqꝫ ꝙ sactus fra
ter Leo socius bti Francisci dū infirmare
tur in loco scē Marie de angelis vidit ī vi
sione multitudinē fratrū processionaliṫ īce
dentiū: Inter quos vidit vnū a cui⁹ oculis
radii ꝓcedebāt lucidissimi. ꝛ q̄rens ab vno
illoꝝ quis esset ille cuius oculi ita splende
bāt audiuit ꝙ erat frater Bern̄. de quinta
ualle primus socius bti Frācisci. qui semꝑ
de his que videbat ī aliis: in melius iudica
bat. Qn̄ eni videbat aliquos male īdutos
dicebat. Isti meli⁹ seruāt pauptatem: q̄ꝫ tu
fraṫ Bern̄. Cū ṽo inspiciebat diuites p̄cio
sa indumēta deferētes cordis cōpunctiōe
dicebat. Forsan illi sub vestibus delicatis
humiliores sūt q̄ꝫ tu frater Bern̄. Ac per
hunc modū sēper in dubiis bene de aliis sē
tiebat. His ṽo dictis visio disparuit.

¶ Qꝫ nō peccat qui manifesta damnat ma
la: ꝛ iudicat. ꝛ qualiṫ primorū pctā nō sunt
curiose exploranda. ¶ Capitulum. 2.

Secundū iudiciū dicitur veritatis
Ipsū autē est cū qs de manifestis:
aut virtutib⁹: aut vitiis ꝓximi sui
recte sentit. De quo dauid in ps̊ ait. Recte
iudicate filii hominū. Et Ari. i. ethi. Unus
quisqꝫ bene iudicat: que bene cognoscit. Et
de regu. iuris. c. Estote misericordes. Qđ
eni scriptū est. Ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetis
eos. de manifestis dictū ē. que non pn̄t bo
no aīo fieri vt stuprū: blassemie: furta: ebrie
tates ꝛ similia. de qbus nobis ꝑmittiṫ iudi
care. Et. xi. q. 3. c. Si quis dixerit iniustum
iustū ꝛ iustū iniustum. vterqꝫ abhominabi
lis est apud deū. Et ibidē in. c. si quis hoīez.
ꝛ i. c. veh vobis. īduciṫ illđ. esa. 5. Ueh vob
qui dicitis bonū malū ꝛ malū bonū: ponen
tes tenebras lucē ꝛ lucē tenebras. Uerun
tamē aliud ē aliena facta subtiliter ꝛ curio
se inquirere ꝛ inuestigare: aliud eo ꝙ mani
festa sūt ꝛ mala illa cōdēnare. Primū vitiū
est ꝛ reprehēsibile. ꝓpterea Bern̄. ait. No
li esse aliene vite aut temerari⁹ iudex: aut
curiosus explorator. Secundū vero ꝛ si nō
sit malū. tamē ita faciendum est. vt ꝓximo
peccatori cuius peccata sūt manifesta com
passio habeaṫ. Nam multi repiunṫ q magis
aliena facta q̄ꝫ sua iudicare contendūt. De
quib⁹ dic̄ Sen̄. li. 2. de ira. Aliena vitia an̄
oculos habem⁹: a tergo nr̄a. Et martialis
cocus. Ad fratris culpā agle tu lumina por
tas. Ad propriā ṽo nulla: vel ceca geris. Et
Criso⁹ i li. de cōpunctōe. In alienis delictis
seueri ꝛ amarissimi iudices residem⁹. nr̄as
aūt trabes oculis infixas ꝓpriis n̄ videm⁹.
Sꝫ vt ingt Tulli⁹ in li. 3. q. tuscu. Proprie
stulticie est alioꝝ vitia cernere: suoꝝ obli
uisci. Iō saluator nr̄ math. 7. c. ait. Quid vi
des festucā in oculo fratris tui: ꝛ trabeꝫ in
oculo tuo nō vides? Aut q̄ūo dicis fr̄i tuo.
Sine eijciaꝫ festucam de oculo tuo. ꝛ ecce
trabes ē in oculo tuo? Hypocrita. Eijce pri
mū trabem de oculo tuo. ꝛ tūc videb̄ eijce
re festucā de oculo fratris tui. Ex h̄ vsita
tū ꝓuerbiū est. Tollere festucā si vis đ fra
tris ocello. Que tua cōturbat lumina tolle
trabē. Et greg⁹ ī moraṫ. dicit illud qđ poni
tur. 3. q. 7. c. qui sine peccato. Qui sine pctō
ē vestrū prim⁹ in illā lapidē mittat. Ad alie
na quippe pctā punienda ibāt ꝛ sua relique
rāt. Reuocenṫ itaqꝫ int⁹ ad cōsciam. vt pri⁹
ꝓpria corrigāt: ꝛ tūc aliena reprehendant.
Est ad hoc ꝓpositū illud qđ scribiṫ. 3. q. 7. c.
iudicet. ꝛ. c. in grauib⁹. ꝛ. c. postulat⁹. ꝛ. c. sa
cerdos. Solēt aūt hoc vitio multū infici lai
ci ꝛ seculares: qui subtiliter ꝑscrutari q̄runt
sacerdotū ꝛ religiosorū vitā. Et si peccatuꝫ
aliquod veniale in eis viderint. damnāt il
los; spernunt doctrinam: contemnūt ipsorū
officia ꝛ orationes. reputāt ipsos malos: ac
aperto ore vbiqꝫ crudeliter detrahunt: nec
cogitant quot impietatibus ipsi sūt īuoluti:
TErtium mysteriū declarādum de missa dicitur auditio: in quo ꝯsiderabimus adhuc tria videlicet. ¶ Primo meliorationē. ¶ Secūdo obligationē. ¶ Tertio deuotionē. ¶ Primo consideremus meliorationē: vtrū melior sit missa boni sacerdotis quā mali. Et quibusdā videtur ꝙ non propter verba Greg. qui in registro ait. Heu in quā magnū laqueum incidunt qui diuina ꝛ occulta mysteria plus ab alijs sanctificata fieri posse credūt: cum vnus idez spiritus scūs ea mysteria occulte atqꝫ inuisibilter opando sanctificet. Sed in contrariū est illud quod scribitur. i. q. i. c. ipsi sacerdotes: vbi sic habet. Quanto sacerdotes fuerint digniores: tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur. Ad idez facit. c. ibidē sacerdotes ꝛ. c. sacrosancta. Rñdet Tho. 3. parte. q. 82. ꝙ in missa duo sunt considerāda. s. ipsum sacramētū quod est principale: ꝛ orationes: que in missa fiunt ꝓ viuis ꝛ mortuis. Quantum ergo ad sacramētū nō minus valet missa mali sacerdotis quā boni: quia vtrobiqꝫ idē ꝯficitur sacrm. Ad quod facit. c. cū scriptura. i. q. i. ꝛ. c. significastis. ꝛ. c. non quales. ꝛ. c. dñs. ꝛ. c. non nocet. ¶ De oratione aūt que fit in missa: dicendum ꝙ pōt considerari dupliciter. Uno mō inquātum habet efficaciā ex deuotione sacerdotis orātis. ꝛ sic nō ē dubiū ꝙ missa melioris sacerdotis ē magis fructuosa. Alio mō orō pōt considerari inquantū ꝓfert a sacerdote in persona totius ecclesie: cuius sacerdos est minister: quod quidē mynisteriū etiā in peccātibus manet. ¶ Unde quantū ad hoc est fructuosa non solū oratio sacerdotis peccatoris ꝛ missa: sed etiā oēs alie eius oratiōes quas facit in ecclesiasticis officijs: in quibus gerit personā ecclesie. Orationes tñ eius priuate non sunt fructuose. Greg. ergo loquit de veritate sacramēti in auctoritate prealegata ad partē contrariā. Ex quo Boñ. d. Si quis libentius audit missā melioris sacerdotis credo ꝙ benefacit: dū tñ credat ipsū in substantialibus non superexcedere peccatorē: alioqn periculose erraret. ¶ Secūdo consideremus misse obligationē: de qua sic loquitur. c. missas. de cōse. di. i. Missas die dñico secularibus audire totas spāli ordine ꝓcipimus: ita vt ante benedictionez sacerdoti egredi populus nō presumat. Ubi circa tria dubitare ꝯtingit. ¶ Primo vtrū clerici ꝛ religiosi teneantur seruare hū statutū: quia dr secularibus. Et respōdet Jo. an. in rosario sup dicto. c. ꝙ si ad hoc tenēt laici: multo magis ꝛ clerici: qui totaliter dediti sunt diuino cultui: vt pꝫ. 12. q. i. c. duo sūt genera. ¶ 2º dubitat vtrū eadē sit obligatio audire missaz alijs diebus festiuis que ꝛ diebus dñicis. Et dicēdū ꝙ sic: quia de similibus idez ē iudiciū. Nam statutū de auditiōe misse factū fuit vt saltē pro illo tēpore vacaret diuinis. Ex quo ꝓcipitur ꝙ tota missa audiat: vt pꝫ in pallegato. c. missas. ꝛ in. c. oēs fideles: ꝛ in. c. cū ad celebrādas. Sꝫ alia festa ab ecclesia ꝓcepta sūt supaddita diebus dñicis: vt in illis vacet diuinis: ideo populus in illis festis ꝑ

dictis audire missas tenet. Et hoc colligit
ex his q̄ dicūt ex̄ d̄ parrochijs i.c. vt dn̄icis
dieb⁹ ⁊ festiuis. ¶ 3° ↄtingit dubitare: vtꝝ
peccet q ñ audit missā a ꝓprio parrochiāo.
Et dicūt coīter doc. ꝙ n̄: dūmodo n̄ fiat ex
cōtēptu: ⁊ propri⁹ sacerdos non regrat: q si
regreret indiscrete: ⁊ indebite nō esset audi
end⁹: puta si regreret īpediēs d̄uotionē: ⁊
salutē parrochianoꝝ: puta si requireret ali
quē parrochianū: vt audiret missā suā duȝ
ille vellet ꝑegrinari. vel ꝓ īplendo aliq̄ vo
to: vel ꝓ cōsequēda aliq̄ īdulgentia. Nam
requisitio sacerdotis in tali casu irrationa/
bilis eēt ⁊ iniusta. Similiter etiā cuȝ popu/
lus ire vellet ad audiendū verbum dei ab
aliquo illud p̄dicāte: q auctoritatē habeat p̄
dicādi: sicut habere solent religiosi mendi/
cātes: iniquū ꝓculdubio esset si sacerdotes
astringere vellent suos subditos: vt omisso
v̄bo dei missas audirent ī parrochia: ī quo
etiā casu subditi ei ñ obediētes meo iudicio
nō peccāt qa vt īquit Bern̄. i. li. de p̄ceptio
ne ⁊ dispensatione. Iniquū ꝓculdubio fo/
ret si ea que sūt ꝓ sola caritate īstituta con
tra caritatē tenerent: sȝ obseruare statutuȝ
de auditione misse ī ꝓpria parrochia est in/
stitutū ꝓ caritate: ḡ non debet s̄uari cōtra
caritateȝ. Esset aūt ↄ̄ caritatem si populus
coīs īpediretur ne posset cibari: ⁊ recreari
spirituali doctrina: ⁊ maxime q2 vt ī pluri/
b⁹ ipsi curati ⁊ parrochiāi aūt nō p̄dicāt aut
predicare nesciunt: ⁊ tn̄ vt dixim⁹ ī s̄mone
de verbo dei: et habetur ex̄ de offi. iudicis
ordi. c. īter cetera. Inter cetera que ad salu
tem spectāt populi christiani pabulū v̄bi d̄i
maxime noscitur necessariū: q2 sicut corp⁹
materiali: sic aīa spirituali cibo nutritur.
Si ergo necessitas corporalis aut tēporal̄
excusat a pctō non audiētes simplicit̄ mis/
sā: ⁊ ex cōsequēti si illā ñ audiant ī ꝑrochia:
multo forti⁹ necessitas spiritual̄ excusabit:
q̄ vt dictū est inest populo coī ad audiēduȝ
v̄bū dei. Hortandi tn̄ sūt oēs tā viri ꝙ mu/
lieres: vt suos parrochianos reuereāt̄: con/
suetasq3 faciāt oblationes: ⁊ cū eoꝝ bene/
dictione se trāsferāt cū adest legitima cā ad
missas alibi audiēdū: īmo laudarē si īp̄i pa/
tres sacerdotes cū predicat̄ v̄bū dei ab aliq̄
famoso viro surgerent bono mane: ⁊ cele/
brata missa pp̄los suos admōerēt vt cōflue
rēt ad p̄dicatiōes: ipsiq3 ꝓ bono exēplo vna
cū illis idem facerēt quoniā vt dictū est sa/
tis indigēt seculares dirigi ꝑ verbū dei ī viā
salutis. ¶ 3° ↄsideremus misse deuotioneȝ:
Audiēda eteniȝ est humiliter reuerēter: ac
deuote. Sunt tn̄ multi q dū missa celebrat̄
ponūt se ꝓpe os sacerdotis ꝓspiciētes si de
illo passeres exeāt ac musce. Alij sacerdotē
preueniunt fortiter clamantes. Gloria in
excelsis. Credo. ⁊ similia. Nā duȝ sacerdos
facit pausam postq̄ dixit visibiliū ⁊ īuisibi/
liū anteq̄ sequat̄. Et ī vnū dn̄ȝ iesum xp̄m
⁊ illi submurmurātes dicūt. Et ī vnum dn̄ȝ.
⁊c. Multi adhuc nō curāt audire ea que sa
cerdos ī missa dicit: sed suas oratōes ⁊ offi/
cia genuflexi dicūt: qui tamē q̄ diu sacer/
dos alte loquit̄ aut cātat astare debēt misse
cū silētio ⁊ ītēte audire: vt dicit̄ de cōse. di.
i. ī. c. ap̄lica. Quādo vero sacerdos secretas
oratōes ⁊ canonē dicit. tūc possunt ⁊ ipsi di
cere oratōes ⁊ orare. nō tamē cum strepitu
faciēdo pis. pis. pis. ⁊ turbādo mentē sacer/
dotis. Pleriq3 etiā volūt audire missas q̄s/
dā peculiares omissa ꝓpria missa diei dn̄i/
ci aut festi precepti. qui si sciēter id faciūt nō
excusant̄ a pctō nisi audiāt missaȝ ꝓpriam
Unde dicit̄ extra de cele. mis. c. quidā. Qui/
dā laicoꝝ habēt ī ↄsuetudine vt per singu/
los dies audiāt euāgeliū. In principio erat
verbū: ⁊ missas peculiares. hoc ē de sancta
trinitate. ⁊ de scō Michaele. Et ideo statu/
tū ē vt vlterius h̄ nō fiat nisi suo tēpore. Et
nisi aliquis velit ꝓpter reuerētiā sancte tri/
nitatis nō ꝓ alia deuotione audire. Sed si
voluerint vt misse sibi cātent̄ de eodem die
missas audiāt ꝓ salutte viuoꝝ ac etiā defū/
ctoꝝ: hec ibi. Quare vt finem huic sermoni
demus audiēde sunt misse cū oī māsuetudi/
ne ⁊ feruore. qm̄ sic audiētes ↄsequūt̄ ī hoc
seculo dei gratiā ⁊ ī futuro sempiternā glo/
riā: ī qua viuit ⁊ regnat deus per eterna se/
cula seculorum. Amen.

¶ Feria quinta in cena dn̄i. de sacro ba/
ptismatis: ꝑ quod efficiūtur hoīes d̄i filii pro
mittētes in illo abrenunciare diabolo ⁊ ei⁹
pompis. ¶ Sermo. 68.

Q Ui lotus eſt non indi/
get niſi vt pedes lauet:
ſed eſt mundus tot⁹. Uer/
ba ſunt redēptoris nr̄i Joā
nis.iz.c.⁊ in euangelio ho/
dierno. Multa debet eſſe munditia mētis
omnibus qui ꝑ ſacr̄m baptiſmi regenerati
facti ſunt participes:⁊ heredes celeſtis re/
gni dn̄i ieſu xp̄i. Per baptiſmū nāq̄ʒ filij dī
efficimur:ī illo ꝓmittētes abrenūciare dia/
bolo:⁊ omnibus pompis eius vt notat̄ de
ↄſe.di.4.c.p̄ma igit̄.⁊.c.primū īterrogetur.
Qm̄ aūt pleriq̄ʒ tanti bn̄ficij īmemores:oē
cor ſuū ad mūdana atq̄ʒ terrena ↄ̄uertūt
paruipēdētes nō ſolū repromiſſaʒ beatitu/
dinē: verū etiā habitā dignitatē: ⁊ gratiā ꝑ
baptiſmū. Jdcirco de ipſo ī preſenti ſmone
aliq̄ diſcutiem⁹: vt ītelligētes tāti ſacramē/
ti virtutē p̄eminētiā ⁊ ſublimitatē:cōemur
iuxta ſaluatoris noſtri ſentētiā ī v̄bis alle/
gatis ꝓ themate lauare pedes.i.mētis affe
ctiones mūdare ab oī inquinamento:⁊ tur
pitudine inordinati amoris cuiuſcūq̄ʒ boni
creati. De ipſo itaq̄ʒ baptiſmate locuturi
tria myſteria proponimus declarāda.
Primū dicitur diffinitionis.
Secūdū obligationis.
Tertiū fructificationis.
Quid ſit baptiſmus:⁊ d̄ eius inſtitutio/
ne ac materie determinatione:nec nō ⁊ for/
me obſeruatione. Capitulum.j.

P Rimū myſteriuʒ de baptiſmo de/
clarandū dicit̄ diffinitionis:in quo
quid ſit baptiſm⁹ videam⁹. Et licet
Ugo li.z.de ſacramētis pte.6.c.z.dicat.
Baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus
ſanctificata ꝑ verbū dei. Tamē ↄueniētior
eſt diffinitio magiſtri qui in.4.di.3:ait. Ba
ptiſmus eſt ablutio corporis exterior facta
ſub forma preſcripta verborum. Secūduʒ
.n. Ric. ſuper prefata diffinitione duplex
ē mā batipſmi.ſ.remota q̄ eſt aq̄:⁊ ꝓpinqua
que ē ablutio ī aqua. Diffinitio ḡ Ugoniſ ex
primit materiā remotā:⁊ illa magiſtri mate
riā ꝓpiquā. Pro declaratiōe autē clariore
hui⁹ ptis:tria adhuc d̄ baptiſmo ↄſiderem⁹
Primo eius īſtitutionē. Secundo ma/
terie determinationē. Tertio forme ob/
ſeruationē. Primo eius īſtitutionē cōſi/
deremus.quādo.ſ.baptiſmus fuit īſtitutus:
Et aliqui dixerunt ꝙ fuit īſtitutus poſt re/
ſurrectionē quādo xp̄s dixit aplis Math.
vltimo. Eūtes docete oēs gētes baptizan/
tes eos ī noīe patris.⁊c. Alii aūt dicunt ꝙ
fuit īſtitutus ab illo tꝑe quo xp̄s ipſuʒ ſcīfi/
cauit. Sed.vt.d.Dama.ī 4.li.c.i. Xp̄s ſcīfi
cauit baptiſmū quādo fuit baptizat⁹. ergo
tūc fuit īſtitutus. Et glo.ſuper illud Luc.3:
Jeſu baptiçato.etc. Baptiçatus inquit eſt
dn̄s mūdari nō indigens:ſed tactu munde
carnis aquas mundans vt vim habeāt ab/
luendi. Sʒ Ric.in.4.dicit ꝙ chriſtus ba/
ptiſmi ſacramētū p̄mo īſtituēdū īſinuauit.
ſecundo inſtituit.tertio īſtitutum obſeruari
precepit. Primū fecit facto ⁊ verbo. Facto
qn̄ a Joanne baptizat⁹ fuit ī q̊ baptiſmo īſi/
nuauit baptiſmū fore ī aqua fiēdū:q̄a ipſe ī
aqua baptizat⁹ fuit:⁊ ī noīe trinitatis īquā/
tū ī ſuo baptiſmo apparuit ꝑſona patris in
voce:⁊ ꝑſona filii ī carne:⁊ ꝑſona ſpū̄s ſcī in
colūbe ſpecie:nec tūc aliquā virtutē rege/
nerādis cōtulit aquis:niſi ꝙ ex tunc ordina
ta fuit aq̄ ad hoc vt ī ea īſtitueret̄ regenera
tionis ſacr̄m. Si tn̄ haberet̄ illa aq̄ q̄ corpus
ei⁹ tetigit ſeruari deberet cū maxīa reuerē
tia ꝓpter mūdiſſimā ⁊ ſāctiſſimā carnē quā
tetigit. Uerbo etiā īſinuauit baptiſmū:qn̄
Joh.3.c.dixit Nicodemo. Niſi q̄s renatus
fuerit ex aqua ⁊ ſpū̄ ſcō nō pōt itroire in re
gnū dei. Scd̄o xp̄s baptiſmū īſtituit q̄d fe/
cit facto ⁊ verbo. Facto. qn̄ vt dicit̄ Joh.
x.baptizauit ꝑ diſcipulos ſuos q̄ de mādato
ei⁹ baptizare ceperūt. Et vt dic̄ Nico.de li
ra ſequēdo Aug. Primo ipſe xp̄s baptiza/
uit diſcipulos ſuos baptiſmo ſuo.ſ.aq̄ ⁊ ſpū̄
ſcō.q̄d etiā ponit̄ de conſecra.di.4.c.qn̄ ab
hieroſolymis.⁊.c.ſi cos. Deīde verbo īſtituit
quādo miſit diſcipulos ſuos binos ad predi
cādū ⁊ baptizādū.de qua miſſione habetur
Luce.x. Tertio xp̄ſ īſtitutū baptiſmū obſer
uari precepit qn̄ poſt reſurrectionē dixit di
ſcipulis. Euntes.⁊c̄. Sāct⁹ v̄o Tho.ī.3.pte
.q.66.dicit ꝙ baptiſm⁹ īſtitut⁹ fuit ante paſ
ſionē xp̄i:ſed neceſſitas vtēdi hoc ſacramen
to īdicta fuit poſt paſſionē ⁊ reſurrectionē:

tum quia in passione xpi terminata sunt fi/
guralia sacramēta: quibus succedit baptis/
mus ꝛ alia sacramenta noue legis: tum etiā
quia per baptismum cōfiguratur homo pas
sioni ꝛ resurrectioni xpi inq̄ntum moritur
peccato: ꝛ incipit nouam iusticie vitaʒ. ꝛ iō
oportuit xp̄m pati prius ꝛ resurgere q̄ hoi/
bus indiceretur necessitas se configurando
morti ꝛ resurrectioni. Et lʒ apl'i baptizassēt
vt dictum ē ante passionē xpi. tñ fm Ric.
adhuc nō publicabant baptismum vt neces
sarium ad salutē: ꝛ lex nō obligat quousque
sit ꝓmulgata. ¶ Secūdo cōsideremus cir/
ca baptismum materie determinationē. ē
.n. baptismi materia aqua. vt ait Ric. ꝛ oēs
doc. tam theologi q̄ canoniste. comprehen
dendo sub aqua ablutionem: que fit ī ea. et
loquendo de baptismo secundum quod di
stinguitur a baptismo sanguinis: ꝛ flaminis
de quib⁹ dicemus in sequēti mysterio. Ra/
tio ē fm Ugo. in li. de sacramētis: qꝛ omne
sacramētum similitudinem quādam habet
ad ipsam rem cuius ē sacramētum. Aqua. n
ē representatiua effectuum baptismi ꝛ rōne
nature ꝛ ratione vsus. Nam aqua est natu
raliter frigida. ratione cuius representat fo
mitis repressionem. Est etiam naturaliter
humida humiditate apta ad abluendū. rōe
cuius representat a sordibus peccati purga
tionem. Est etiam naturaliter diaphana: ꝛ
clara ratione cuius representat gratie illu/
minationem. Quia etiā q̄ntum ad vsum est
multum vtilis: representat sacramētum ba
ptismi esse in effectu valde vtile: Et quia ē
ad habēdum valde facilis: represētat sacra
mētum baptismi esse q̄ntum ad obseruantiā
facile. Et quia etiā q̄ntum ad vsum ē multū
cōis: representat sacramentum baptismi q̄
tum ad necessitatem esse cōe. Nec pōt esse
aliqua artificialis aqua materia baptismi:
sed naturalis tm̄. qꝛ baptismus institut⁹ fuit
sacramentum necessitatis q̄ntum ad omnes
Et iō xp̄s ipsum īstituere noluit nisi ī aqua:
que faciliter posset haberi. ꝛ coiter ab oib⁹
tam pauperibus q̄ diuitibus. quod nō ē verū
de aliqua aqua: nisi naturali. Et si diceret
q̄ ignis esset conueniens materia baptismi
qm̄ fm Dionysium ꝛ Dama. habet vim illu/
minandi. Et Iohēs baptista Math. 3. pre
nuncians xpi baptismum dixit. Ille vos ba
ptizabit in spū sc̄to ꝛ igne. Rñdet Tho. q̄
pp rationes iam tactas aqua ꝛ nō ignis est
materia baptismi. Dictum vero Ioh. fm ex
positionem Hiero. refertur ad spm̄ sanctuʒ
qui sup discipulos in linguis igneis appa/
ruit. vt dicitur Act. 2. Uel per igneʒ pōt in/
telligi tribulatio. vt Criso. dicit sup Math.
quia tribulatio peccata purgat ꝛ cōcupiscē
tiā. quare ignis accipitur ibi metaphorice.
Qm̄ aūt vt superius cōmemorauimus ma
teria propinqua baptismi ē ablutio in aqua
vnde baptizare in greco tantū valet quan/
tū lauare in latino. fm illud Iudith. 12. De/
scendebat in vallem Betulie ꝛ baptizabat
se. Propterea apud nōnullos de īmersione
in aqua dubitatur. vtrū. s. sit necessaria. Et
respōdet Tho. in. 3. pte. q. 66. ꝛ Boñ. ꝛ Ric.
in. 4. di. 3. q̄ q̄uis tutius sit baptizare ꝑ mo
dum īmersionis: qꝛ hoc habet coior vsus: po
test tamen baptismus fieri per modū asper/
sionis vel ꝑ modū effusionis fʒ illud Ezech.
36. Effundā super vos aquā mundam. Sic
apl'i baptizauerūt tria milia hoiuʒ vna die
ñ īmergēdo ſʒ aspergēdo. Et btūs Lauren
tius baptizauit Romanū effundēdo. Qñ ḡ
īmineret necessitas vel propter paucitateʒ
aque: vel propter debilitatem ministri: qui
nō pōt sustentare baptizanduʒ: vel propter
damnum quod baptizandus ex īmersione
timeret: ꝛ verisimiliter dubitaret: potest ba
ptismus sine īmersione celebrari. qꝛ lʒ ablu
tio aque sit de necessitate sacri: modus tam̄
ablutionis per accidens se habet ad sacra/
mentum. Secundum vero Ric. cum totuʒ
corpus nō posset ablui: abluenda ē pars pri
cipalior: vt caput. ꝛ maxime facies: quia in
ea vigent sensus. ¶ Unde credo q̄ si caput
pueri baptizaretur anteq̄ pars corporis ex
eat: quod aliquādo faciēdum est propter pe
riculum mortis. puer baptizatus ē. Si ve/
ro manus vel pes abluatur anteq̄ aliqua
pars alia appareat: volunt aliqui dicere q̄
puer baptizatus esset: quia anima ē in qua/
libet parte corporis tota. Cōmunius tamen
tenetur q̄ de lege cōi non esset baptizatus
q̄uis forte diuina pietas in tali casu vicem

suppleat baptismi. et ideo sẽper quando pe-
riculum mortis iminet abluendum est illud
de puero quod põt ablui siue sit parꝝ siue sit
multũ. hec Ric. Dubitat̃ adhuc a multis an
imersio effusio vel aspersio debeat esse vna
vel trina. Et rñdẽt doc. supius noĩati ꝙ vni
tas vel multitudo imersionũ nõ ẽ de sbstã-
tia baptismi: sꝫ solũ de bene esse. iõ vtrũqꝫ
licite fieri põt. s. semel et ter imergere: qꝛ vni
ca imersione significat̃ vnitas mortis xp̃i: et
vnitas diuinitatis. Per trinã ãt imersionẽ
significat̃ triduũ sepulture xp̃i. et etiã trini-
tas psonaꝝ. Sed vt dicit Tho. diuersis ex
causis ꝫm ordinationẽ ecclesie quãdoqꝫ in-
stitutus ẽ vnus modus: quãdoqꝫ alius quia
enĩ a pricipio nascẽtis ecclesie quidã de tri-
nitate male sentiebãt. xp̃m purũ hoiẽ esti-
mãtes: nec dei filiũ dictũ ꝫm veritatẽ natu
re: sed tm̃ pp meritũ eius quod precipue fu-
it ĩ morte. iõ nõ baptizabãt in noĩe trinita-
tis: sed ĩ cõfiguratione mortis xp̃i. et vna im
mersione: quod reprobatũ fuit ĩ primitiua
ecclesia: statutumqꝫ vt baptizaret̃ ĩ noĩe pa
tris etc. et tunc imergẽdo. sicut patet de ꝯse.
di. 4. c. postq̃ vos. et c. si quis ep̃us aut pre-
sbr et c. de trina. et c. eodẽ modo. et c. multi.
Postmodũ vero inoleuit quorũdã heretico
rũ et scismaticoꝝ error. qui ꝫm Aug. sup Jo.
male sẽtiebãt de vnitate diuinitatis. iõ ĩ de
testationem erroris coꝝ fuit statutũ ĩ ꝯcilio
Tholetano vt vna tm̃ fieret imersio. sicut
habet̃ de conse. di. 4. c. pp vitãdum. Sꝫ ces
sãte tali causa coĩter obseruatur ĩ baptismo
trina imersio. vt põt colligi extra de baptis-
mo et eius effectu. c. i. et ideo grauiter pecca-
ret aliter baptizãs quasi ritũ ecclesie nõ ob
seruãs: nihilominus tñ esset baptismus. Oc-
currit aũt pp dicta dubitare circa talem ca
sum. Quidã existẽs sup pontem nõ potens
habere aquã ad baptizãdum puerũ et veri-
similiter timẽs eũ cito moriturũ itendẽs p-
uidere saluti pueri proiicit eum ĩ aquã cum
ĩtentione baptizãdi proferens verba: ĩ qui-
bus consistit debita forma. postea puer eua
dit aliquo casu: vtꝝ talis debeat reputari
baptizatus. Et aliquibus videtur ꝙ sic. qꝛ
ibi cõcurrunt debita forma: debita mate-
ria: et debita itẽtio. Ric. aũt di. 4. quarti te

net cõtrariũ. qm̃ cum pp̃ria materia baptis-
mi sit ablutio ĩ aqua: quod aqua abluit: pri
mo aqua coopit̃ ĩ toto vel ĩ parte. et postea
discoopitur: vnde pp primũ baptism⁹ repre
sẽtat xp̃i sepulturã. et pp secũdum resurrecti
onem. Quãuis autem puer in casu predicto p
actũ illius qui ipsũ piecit in aquã imergat.
nõ tamen est actus ordinatus ex sui natura
ad hoc vt puer abluat̃: sꝫ ad hoc vt submer
gatur. Et ideo si aliquo casu puer extrahat̃
de aqua puer esset baptizãdus: qm̃ illa im-
mersio q̃tum fuit ex sui natura nõ ordĩaba
tur ad eleuationem pueri de aqua sꝫ ad sub
mersionem. ¶ Tertio circa baptismũ cõsi-
deremus forme obseruationem. Est. n. for-
ma baptismi. Ego te baptizo in noĩe patris
et filii et spiritus sancti. vt habetur extra de
baptismo. c. i. Et vt dicunt doc. nulli lꝫ mu-
tare aliquid q̃tum ad illud quod ẽ de essen
tia forme: et si mutat̃ nihil agitur. et vltra h⁰
culpa ĩcurrit̃. Si aũt aliqd qd ptinet ad for
mã ex sola determinatione ecclesie mutat̃:
nihilominus est sacr̃m: sed culpa ĩcurritur.
Verũ ab apl̃is qui baptizabãt ĩ noĩe domi-
ni iesu. vt habetur Act. 8. c. nõ fuit mutata
forma q̃tum ad ĩtellectum. qꝛ ĩ nomine xp̃i
tota trinitas intelligitur. sed solum q̃tum
ad vocem. nec hoc ipsi potuissent nisi ex fa-
miliari cõcilio spũs sci. Et hoc fuit vt dicit.
Tho. vt nomen xp̃i quod erat odiosum iu-
deis et gentib⁹ honorabile redderetur. Nec
põt dari baptismus. d. In noĩe trinitatis nõ
exprimendo psonas. nec in noĩe vnius pso-
ne nõ exprimẽdo alias: qm̃ sacr̃a habẽt effi
caciã ab institutione xp̃i. et iõ si pretermitta
tur aliquid eorũ que xp̃s ĩstituit circa aliqd
sacr̃m efficacia caret: nisi ex spãli dispensa-
tione eius qui virtutẽ suã sacr̃is nõ alliga-
uit. xp̃us aũt ĩstituit sacr̃m baptismi dari cũ
ĩuocatione trinitatis: et iõ quicquid desit ad
ĩuocationem plenã trinitatis tollit ĩtegrita
tẽ baptismi. Nec obstat ꝙ in noĩe vni⁹ pso-
ne ĩtelligat̃ alia sicut ĩ noĩe patris ĩtelligit̃ fi
lius: aut ꝙ ille qui noĩat vnã solã psonã põt
habere rectam fidem de tribus: quia ad sa-
cramentũ sicut reqrit̃ materia sẽsibilis. ita
et forma sensibilis vnde non sufficit intelle-
ctus vel fides trinitatis ad pfectionẽ sacra

mēti nisi sēsibilib⁹ v̄bis trinitas exprimatur vnde ⁊ ī baptismo xp̄i vbi fuit origo sāctificatio nostri baptismi affuit trinitas sēsibilibus signis.s.pater in voce. fili⁹ ī humana natura. ⁊ spūs scūs ī colūba. Notādum tñ: vt inquit Tho. qñ greci baptizāt in noīe p̄ris ⁊ filii ⁊ spūs sācti. tñ dicūt. baptizet̄ seru⁹ xp̄i: ⁊ nō ego te baptizo. qđ ip̄i faciūt ad euitandū āntiquoꝝ errorē qui virtutē baptismi baptiste attribuebāt. d. Ego sum pauli. ego cephe. ⁊ nihilomin⁹ quia ī illa forma exprimitur actus exercitat⁹ p ministrū cū īuocatione plena trinitatis: v̄uz p̄ficit̄ sacramētū. qm̄ ego nō ē đ s̄ba forme: sz ponit̄ ad maiorē expressionē ītētionis. Nec sufficit verba corde cogitare nisi vocaliter exprimantur. qr vt īquit Boñ. In vocali expressiōe v̄boꝝ significat̄ pfecta fidei ꝓfessio: que ↄsistit ī v̄bo ⁊ ī corde. Significat̄ etiā ꝙ regeneratio facta ē p v̄bū īcarnatū: qđ optime significatur p v̄bū voce īductū. Hinc Aug⁹ ait. i.q. i.c. detrahe. Detrahe v̄bū. aqua qd erit nisi aqua? Accedit v̄bū ad elemētū: ⁊ fit sacr̄m Unde ista tāta virtus aque vt corp⁹ tāgat: ⁊ cor abluat nisi faciēte v̄bo? Et idē Aug⁹. Baptism⁹ inquit ē tinctio ī aqua v̄bo vite sāctificata. Propter predicta vt plenior habeat̄ cognitio de forma baptismi. Sciēdū ē ẜz Ric. ⁊ Boñ. ꝙ forma pōt variari sex modis. Prīo subtrahēdo. Scđo addēdo. Tertio īterponēdo. Quarto corrūpēdo. Quīto v̄bū p v̄bo ponēdo. Sexto trāsponēdo.

¶ Primo variat̄ forma subtrahēdo. Et q̄tuz ad hoc sciēdū ꝙ si subtrahit̄ aliqd de essētia forme nō remanet virt⁹ baptismi. Et qr tota ista pars In noīe p̄ris ⁊. fi. ⁊. s. s. p quā exprimit̄ p̄ricipalis baptizāſ ⁊ sāctificat̄ elemētū: ē de essētia forme. iō si de hoc subtrahat̄ aliqd nō remanet virt⁹ baptismi. In alia āt pte forme que ē: Ego te baptizo. sūt aliqua ptinētia ad essētiā forme. s. exp̄ssio act⁹ baptizādi. ⁊ psone baptizate. eo ꝙ ī illa termīatur baptizādi act⁹. Unde si aliqđ predictorū subtrahat̄ nō remanet virt⁹ baptismi. expressio āt ministri nō videt̄ esse đ essētia forme: quā christ⁹ tradidit ī baptismi īstitutiōe qr a ministro baptismus nō hz v̄tutē. 2° variat̄ forma addendo. Et vt ait Ric. circa h̄ cōsiderāda sunt duo. vnum ex pte addentis aliud ex pte additi. Si. n. addēs illud quod addit ītendit esse de essentia forme volens baptizare ī alia fōma q̄ baptizaret ecclesia tollitur virtus baptismi. ad quā requirit̄ ꝙ baptizās ītendat facere quod facit ecclesia: si etiā illud quod additur ē corruptiuum forme nō remanet v̄tus baptismi. vt si postq̄ dictum est: ⁊ spūs sācti: addatur hi⁹ determinatio: creati: vel minoris q̄ pater ⁊ filius ⁊ hi⁹. Si autē addens non ītendat mutare ritum vel formā ecclesie. ⁊ illud quod addit ñ est corruptiuum forme. nō tollitur per hoc virtus baptismi. vnde si baptizās terminata forma qua vtitur ecclesia superaddit illud: ⁊ beata virgo adiuuet te: aut aliquid cō simile. vel si in principio forme addat nomē proprium: post hoc pronomen ego. dicendo: Ego Joānes baptizo te. ⁊c. non tollit̄ virtus baptismi. 3° variat̄ forma īterponēdo seu īterrumpēdo. Et circa hoc aduertendum ꝙ cū actus baptizādi sit act⁹ vni⁹: si fiat īterpositio talis que corrumpat vnitatem actus: ⁊ maxime si corrumpat cōtinuitatē ītentiōis baptizātis non remanet v̄tus baptismi. vnde si baptizās postq̄ dixit. Ego te baptizo ī noīe patris: īterponat vnā longā narrationem: vel vadat ad faciendum aliquod negociuz: ⁊ postea reuertatur ⁊ dicat. ⁊. f. ⁊. s. s. ñ est puer baptizatus. Si āt interpositio sit modica: ita. s. ꝙ non discontinuet ītentionē baptizātis: neque actum ẜm vsum coēm: ⁊ īterpositum nō sit forme corruptiuum. non propter hoc impeditur virtus baptismi. vnde si baptizās postq̄ īcepit actū tussiat: vel dicat taceatis. vel aliquid simile. ⁊ postea pficiat non propter hoc impeditur virtus baptismi. Quarto variatur forma corrumpēdo. ⁊ tunc si corruptio verborum sit talis ꝙ non remaneat eadem significatio: nec ẜm īstitutionem prime impositionis nec ẜm accomodationem vsus: impeditur virtus baptismi. Si āt sit talis ꝙ q̄uis non remaneat significatio secundum institutionem prime impositionis: remanet tñ secundum accomodationem vsus: Tunc si nō fiat talis corruptio ex malicia vel derisiōe: sz ex ignorantia vel defectu lingue: non ꝓpter hoc ī/

peditur virtus baptiſmi. Unde de conſe. di. 4. c. rettulerũt. zacharias papa Bonifacio epõ ita ſcribit. Rettulerunt nuncii ꝙ fuerit in eadem ꝓuincia ſacerdos qui latinam linguam penit⁹ ignorabat. ⁊ dũ baptizaret neſciens loqui latine infrĩgens lĩguaꝫ diceret Baptizo te in noĩe pr̃ia ⁊ filia ⁊ ſpũs ſanctia ⁊ ꝑ hoc tua reuerẽda ſcitas cõſiderauit eos baptizare: ſed ſciſſime frater. ſi ille qui baptizauit nõ errorẽ ĩducens aut hereſim: ſed ꝓ ſola ignorantia rõne locutionis ĩfrĩgẽdo linguã. vt. ſ̃. dixim⁹ hoc baptizãs dixiſſet: ñ poſſumus cõſẽtire vt denuo baptizet̃. 5° variatur forma ṽbũ ꝓ ṽbo ponẽdo. ⁊ tũc ſi accipiat̃ ṽbũ ꝓ ſua materia que ẽ vox. ponere ṽbũ ꝓ ṽbo nõ ĩpedit ṽtutẽ baptiſmi: qꝛ in qualibet lingua licitũ ẽ baptizare q̃uis male faceret latin⁹ ſi baptizaret ĩ lingua greca vel hebrea: niſi ex aliquo caſu impitiã ligue latine ĩcurriſſet: ⁊ ĩ linguis aliis cẽt pit⁹. Si ãt accipiat̃ ṽbũ ꝓ ſua materia ⁊ forma ſil̃. vl̃ ſua forma tm̃: cum forma ṽbi ſit ſignificatio poner̃ ṽbũ ꝓ ṽbo exñti d̃ eẽntia forme. ĩpedit ṽtutẽ baptiſmi: qꝛ talis mutatio corrumpit formã. Uñ ſi diceret̃. In noĩe genitoris ⁊ geniti. nõ eſſet baptiſm⁹: eo ꝙ ꝑ nomẽ patris ⁊ nomẽ filii ſignificãtur ipſe ꝑſone principaliter. per genitorẽ aũt ⁊ genitũ ſignificãtur actus notionales. ¶ 6° variatur forma trãſponẽdo. ⁊ tũc ſi fiat talis trãſpoſitio que mutet ſenſũ orõnis quã hꝫ ex vi ordinis verboꝝ ĩpedit̃ ṽtus baptiſmi. vt ſi dicat̃: Ego pr̃is ⁊ filii baptizo te ĩ noĩe ſpũs ſcĩ. qꝛ ex vi iſtius ordinis ṽborum ſenſus ẽ. Ego qui ſũ pr̃is ⁊ filii ⁊c. ⁊ hoc quod dico: in noĩe: nõ accipitur niſi reſpcũ ſpũs ſcĩ. Si aũt tranſpoſitio nõ mutat ſignificationem orõnis: quam hꝫ ex vi ordinis ṽboꝝ tunc dico ꝙ ſi non fiat ex malicia: ſed ex ignorãtia. non impedit̃ virtus baptiſmi: Si autem fiat ex malicia ĩpedit̃ propter defectũ ĩtentionis ĩ baptizãte

¶ Qualiter omnes tenẽtur baptizari d̃ neceſſitate. ⁊ d̃ poteſtate baptiſmatis. ac de cõditionibus que ſeruari debent in baptiſmo ¶ Cap. z.

Secũdum myſteriũ de baptiſmo declarãdum d̃ obligatiõis in quo tria adhuc habemus nõ immerito exquirere ⁊ cõſiderare ad hoc vt pꝰ iſta dilucidioꝛ appareat. prĩo cõſiderabim⁹ ptãtẽ. z° neceſſitatem. 3° qualitatẽ. P̊ cõſideremus baptiſmi ptãtẽ. quis. ſ. ptãtẽ habeat baptizãdi. ⁊ circa hoc quinqꝫ dubia ſolẽt emergere. ¶ Primũ. vtrũ ad diaconũ ꝑtineat baptizare. Et arguũt quidã ꝙ ſic. p̊ qꝛ ſil̃ iniũgitur a dñõ officiũ baptizãdi. ⁊ p̃dicãdi ſꝫ illud Math. vlt. Eũtes docete ⁊c. ſed ad officiũ diaconi ꝑtĩet euãgelizare. ergo videtur ꝙ etiã ad officiũ diaconi ꝑtineat baptizare. z° arguunt. qꝛ btũs Laurẽtius cuꝫ eſſet diaconus plures baptizauit. Sed contra ẽ quod dicit Gelaſius papa. 93. di. c. diacones. vbi ait. Diacones propriã conſtituimus obſeruare mẽſurã: nec vltra tenorem paternis canonibus deputatũ quippiã temptare ꝑmittim⁹. Et ĩfra. Abſqꝫ epõ vl̃ p̃ſbytero baptizare nõ audeant. nec predictis ordinibus fortaſſe longius cõſtitutis neceſſitas extrema cõpellat. Ad idẽ eſt tex. de conſe. di. 4. in. c. cõſtat. Pro ſolutione ergo preſentis dubii rñdet Tho. 3. ꝑte. q. 67. ꝙ ſicut celeſtium ordinum proprietates ⁊ eorũ officia ex eorum noĩbus accipiuntur: vt dicit. Dio⁹ in li. de cele. hierar. ita etiã ex noĩbus eccleſiaſticorum ordinuꝫ accipi põt quid ad vnũquenqꝫ pertineat ordinem. Dicũtur autem diacones quaſi miniſtri: quia ad eos ñ pertinet aliquod ſacr̃m principaliter: ⁊ quaſi ex proprio officio prebetur: ſed miniſteriũ adhibere aliis maioribus in ſacramẽtoruꝫ exhibitione. ſicut habet̃. 93. di. ĩ. c. diaconi. ĩ c. nõ oportet. ⁊ ĩ alio. c. diaconi. ⁊ ĩ. c. legim⁹. ⁊ ĩ. c. dñs. Quare ad diaconũ nõ ꝑtinet q̃ſi ex ꝓprio officio tradere ſacramẽtũ baptiſmi: ſed in collatione hui⁹ ſacr̃i ⁊ alioꝝ aſſiſtere ⁊ miniſtrare maiorib⁹. Hĩc Iſidor⁹ li. z. de officiis ait. Ad diaconũ ꝑtinet aſſiſtere ⁊ miniſtrare maioribus ſacerdotib⁹ ĩ oĩbus q̃ aguntur in ſacramentis xp̃i ĩ baptiſmo. ſ. in chriſmate. in patena. ⁊ calice ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ad diaconum pertinet recitare euãgelium in eccleſia: ⁊ predicare ipꝫ poſtmodum cathetizandis. Unde ⁊ Dio⁹ dicit ꝙ diaconi habent officium ſuper immundos. inter quos ponit cathecuminos. ſꝫ docere. i. exponere euangelium ꝑtinet ꝓpe ad epiſcopum. vñ nõ ſeqtur ꝙ ad diacones

ꝑtineat officium baptizandi. Beatus vero Laurentius baptizauit neceſſitatis cā. Secūdum dubiū ē. vtrum baptizare ſit officiū pꝛeſbyteroꝝ. Et reſpondet Tho. ꝙ ſic. eo ꝙ ſacerdotes ad hoc cōſecrātur vt ſacramentum coꝛpoꝛis xp̄i cōficiant. Illud aūt eſt ſacramētum eccleſie vnitatis. Per baptiſmū aūt aliquis fit ꝑticeps eccleſie vnitatis. qa ianua ē ⁊ fundamētum alioꝝ ſacramētoꝛū vt dicit̄ de conſe. di. 4. c. cum itaqꝫ. Unde ⁊ baptizatꝰ accipit ius accedendi ad menſam dn̄i: qꝛ ſine baptiſmo alia ſacramenta ꝯferri nō pn̄t. vt habet̄. i. q. i. c. ſi quis ꝑ ignoꝛantiā. Jō ſicut ad ſacerdotem ꝑtinet cōſecrare eukariſtiam: ad quod pꝛincipaliter oꝛdinat̄ ſacerdotium: ita ad pꝛopꝛiū officiū ſacerdotis ꝑtinet baptiçare. Eiuſdem enī videt̄ eſſe operari totum ⁊ partem in toto diſponere. Et ſi diceretur ꝙ ſolum epiſcopoꝝ ē baptizare: quia ipſoꝛum ē docere vt dicit Dioꝰ in li. eccleſiaſtice hierar. Rn̄det Tho. ꝙ officium docendi ⁊ baptizādi dn̄s ap̄lis iniunxit quoꝛum vicem gerūt ep̄i. aliter tamē ⁊ aliter. Nam officium docendi cōmiſit eis xp̄s vt ip̄i per ſe illud exercerēt tanꝗ̄ pꝛincipaliſſimum. Unde ⁊ ipſi ap̄li dixerunt Act. 6. Nō ē equum nos derelinquere verbū dei: ⁊ miniſtrare mēſis. Officiū āt baptizādi cōmiſit apoſtolis vt ꝑ alios exercēdum. Unde. i. Coꝛ. i. dicit ap̄ls. Nō enim miſit me xp̄s baptizare: ſed euangelizare. ⁊ hoc ideo quia in baptizādo nihil oꝑatur meritum ⁊ ſapientia miniſtri: ſicut ī docēdo. nec tn̄ ꝑ hoc excluditur quin epiſcopi poſſint baptizare. nā ⁊ ap̄ls dicit ſe quoſdam baptizaſſe in ep̄la vbi ſupꝛa. ¶ Tertium dubiū. vtrū laicꝰ poſſit baptizare. Et rn̄detur ꝙ ad miſericoꝛdiā eius qui vult omnes homines ſaluos fieri ꝑtinet vt in his que ſunt de neceſſitate ſalutis hō de facili remediuꝫ īueniat. Inter oīa aūt alia ſacramēta maxime neceſſitatis eſt baptiſmus: qui ē regeneratio hoīs ī vitam ſpūalem: quia pueris aliter ſubueniri n̄ pōt: ⁊ adulti non poſſunt aliter ꝗ̄ per baptiſmū plenā remiſſionē cōſequi ⁊ ꝗ̄tum ad culpā: ⁊ ꝗ̄tum ad penā. Et ideo vt homo circa remediū tam̄ neceſſarium defectiuum pati n̄ poſſit: īſtitutum ē vt etiam laicus iminente neceſſitate baptizare poſſit. vt habet̄ de cōſe. di. 4. c. conſtat. ⁊ c. in neceſſitate. Nō debet tamen laicus facere illa ſacramentalia baptiſmi que faciunt ſacerdotes: que ꝑtinēt ad ſolēnitatem: nō aūt ad neceſſitatem baptiſmi. ⁊ ideo ſolum a ſacerdote fieri debēt. cuius ē ſolēniter celebꝛare. ¶ Quartū dubium ē. vtrum mulier poſſit baptizare. Et reſpondet Tho. ꝙ ſicut nec laicus debꝫ baptizare pn̄te clerico: nec clericus pn̄te ſacerdote: ita ⁊ femina non debet baptizare nō ſolum pꝛeſente clerico vel ſacerdote: ſꝫ nec etiā pꝛeſēte viro ſiue maſculo. In neceſſitatis tamen articulo pōt abſqꝫ ſolēnitate baptizare. vt habet̄ de conſe. di. 4. c. mulier. ¶ Quintū dubiū ē. vtrū ille qui nō ē baptizatus poſſit baptizare. Reſpondet Tho. ꝙ ꝑ eccleſiam determinatum ē ꝙ nō baptizati ſiue ſint iudei ſiue pagani poſſunt baptiſmi ſacramētum cōferre: dūmodo in foꝛma eccleſie baptizent. vt patet de conſe. di. 4. ī. c. romanus pontifex. ⁊ in. c. a quodam. Si āt foꝛma eccleſie nō fuerit obſeruata: ſacramētū baptiſmi nō cōfertur. Et ſic ītelligenduꝫ ē illud Grego. ſcd̄i in. c. quos a paganis. de cōſe. di. 4. Quos a paganis baptizatos aſſeruiſti. ſ. eccleſie foꝛma nō obſeruata: vt d̄nuo baptizes in nomine trinitatis mandamus. Notādum aūt ꝙ ſi talis baptiſmus a pagano ſiue īfideli ſuſcipitur neceſſitate vrgente debite fit. Si vero extra articulum neceſſitatis hoc fieret: vterqꝫ grauiter peccaret. ſ. baptizans ⁊ baptizatus. ⁊ per hoc īpediret̄ baptiſmi effectus: licet non tolleret̄ ipſum ſacramentum. Et ſi diceretur quō ille qui nō ē baptizatus cuꝫ nō ſit miniſter eccleſie pōt baptizare: Reſpondetur ꝙ ille q̄ non ē baptizatus ꝗ̄uis non pertineat ad eccleſiam re uel ſacramento. pōt tamen ad eā ꝑtinere intentione ⁊ ſimilitudine actus. inꝗ̄tum. ſ. intendit facere quod facit eccleſia. ⁊ foꝛmam eccleſie ſeruat in baptizando ⁊ ſic oꝑatur tantum exterius vt miniſter xp̄i: q̄ interius baptizat. vt notatur de conſe. di. 4. c. ſi inter bonos. ⁊ c. baptiſmus. ⁊ c. cum baptizat. Secundo conſideremus baptiſmi neceſſitatem. Et circa hoc quiqꝫ adhuc dubia ſūt aperienda. pꝛimo vtrum omnes te

neantur ad susceptionē baptismi. Et respon
detur ꝙ post diuulgationem īstitutiōis ei⁹
oēs tenētur baptizari. Unde Aug⁹ de fide
ad petrū dicit illud quod scribitur. 15. q. i. in
c. velis firmissime. Firmissime tene: ⁊ nulla
tenus dubites: exceptis illis qui pro xp̄i no/
mine suo sāguine baptizātur nullū hoīez ac
cepturū vitam eternā: qui nō hic amabilis
suis fuerit per penitētiam fidemqȝ conuer/
sus. ⁊ per sacramētum fidei ⁊ penitētie. i. ꝑ
baptismum liberatus. Et Criso⁹ idem dicit
in sentētia de cōsecra. di. 4. c. nō pōt. Tāte
aūt dignitatis ē baptismus: ꝙ etiā sāctifica
ti in vtero debēt baptizari: vt inquit boñ.
in. 4. di. 6. ⁊ hoc triplici ratione. Prima rō ē
ꝑꝑ bonum obedientie: q₂ deus precepit: vt
oēs renascantur aqua. Secunda ē propter
humilitatem. q₂ vnusquisqȝ debet se repu/
tare peccatorem: ⁊ indigere xp̄i redemptio
ne. Tertia rō ē propter vnitatem: vt ab ali
is membris xp̄i homo nō discordet. Secun
dum dubium vtruȝ sine baptismo posset q̄s
saluari. Et rn̄det Tho. ꝙ sacramētum ba/
ptismi dupliciter pōt alicui deesse. vno mō
⁊ re ⁊ voto. quod cōtingit illis qui nec bapti
zantur nec baptizari volunt: quod manife/
ste ad contēptum sacramenti ꝑtinet q̄ꝫtum
ad illos qui habent vsum liberi arbitrii. ⁊ ta
les salutem consequi non possunt. Alio mo/
do pōt sacramentum baptismi alicui deesse
re: sed nō voto: sicut cum aliquis desiderat
baptizari: sed aliquo casu preuenitur morte
anteq̄ꝫ baptismum suscipiat. talis auteȝ sine
baptismo actuali salutem consequi pōt. Un
de Amb. dicit de valentiniano qui cathecu
minus mortuus fuit. Queȝ regeneraturus
eraȝ amisi. verūtamen ille gratiā quā popo
scit nō amisit. Et de hoc Aug⁹ de cōse. di. 4.
in. c. baptismi. ita ait. Baptismi vicē aliquā
do implere passionem de latrone illo cui nō
baptizato dictum ē. Hodie mecuȝ eris ī pa
radiso. beatus cyprianus nō leue argumē/
tum assumit: quod etiam atqȝ etiam cōside
rans īuenio nō tm̄ passionem ꝓ nomine xp̄i
id quod baptismo deerat posse supplere: sȝ
etiam fidem ⁊ conuersionem cordis si forte
ad celebrandum mysterium baptismi ī an/
gustiis temporum succurri non pōt. hec ibi.

Cui consonat notabile dictum Inno. tertii.
in. c. ap̄licā. extra de presbytero nō baptiza
to. Propter ista autem magister sētentiaꝝ
ceteriqȝ theologi distinguunt tria baptisma
ta. Primum vocant flaminis. s. sp̄us sancti:
quo baptizātur hi qui baptizari vellent: vt
dictum ē: ⁊ nō possunt. Secūdum vocāt ba
ptismum fluminis. i. aque. de quo loquimur
Tertium dicunt baptismū sanguinis cum
quis nō valens baptizari aqua: patitur pro
fide xp̄i: ⁊ moritur pro confessione eius. cui
ianua celi aperitur. vt dr̄ de conse. di. 4. c.
cathecuminum. Et si obiiceretur ꝙ nō ē ni
si vnum baptisma. iuxta illud ap̄li. Eph. 4.
Unus deus: vna fides: vnum baptisma. rn̄
det tho. ꝙ tria baptismata p̄dicta vnū dici
pn̄t propter vnitatē sp̄us sācti: a quo habēt
virtutē ⁊ gratiā. Uel pōt dici ꝙ vnum ē ba
ptisma sacramētū. s. fluminis: seu aque. alia
vero duo lȝ cōferant salutem. tamē non sūt
sacramētum vt dicit Boñ. in quarto. di. 4.
Tertiū dubium. vtrū baptismus sit differē
dus vel accelerādus. Et rn̄det Tho. ꝙ circa
hoc est distinguēdum de baptizandis. Naȝ
aut sunt pueri aut adulti. si sunt pueri nō ē
differendum baptisma. Primo quidem q̄a
nō expectatur ī eis maior instructio aut ple
nior conuersio. Secūdo propter periculuȝ
mortis: q₂ eis nō pōt alio remedio subueniri
nisi ꝑ sacramētū baptismi: quib⁹ baptismus
prodest ꝑꝑ fidem offerentium ⁊ ecclesie. vt
dicit Aug⁹ de conse. di. 4. c. illud ꝑscrutari.
Et Isidorus ibidē in. c. ꝑuuli. Si aūt argue
retur ꝙ actus actiuorum sunt in patiente ⁊
disposito s̄m Ar. in. 2. de anima. sed in par/
uulis nulla precessit dispositio ad susceptio/
nem effectus baptismi. ergo baptism⁹ n̄ pōt
causare suum effectum ī paruulis. Respon
det Ric. ꝙ illa propositō debet intelligi de
actiuo limitate virtutis. Deus aūt a quo s̄e
principaliter effectus baptismi: agens ē īfi/
nite virtutis. Minor etiam argumenti rea
liter intellecta falsa est. quia fides ecclesie
aliquo modo ad susceptionem baptismi dis/
ponit: quare pueri q̄ꝫ citius comode fieri po
test sunt baptizandi. Si vero de adultis lo/
quimur: quibus subueniri pōt ꝑ baptismi d̄/
siderium vt supra dictum ē tunc eis vt ait

· 179 ·

Tho. nõ statim cũ cõuertuntur ẽ sacramentum baptismi cõferẽdum: sed oportet differre vsq3 ad aliquod certũ tẽpus. Primo quidem propter cautelã ecclesie: ne decipiatur cõferens sacramẽtum credẽtibus ficte: vnde de conse. di. 4. i. c. iudei. dñ. Judei quorũ pfidia frequẽter ad vomitum rediit: si ad leges catholicas venire voluerint: octo menses iter cathecuminos ecclesie limen introeant: ⁊ pura fide venire noscuntur: hanc demum baptismi gratiã mereant̃. Secũda rõ dilationis ẽ vtilitas eorum qui baptizãtur qui aliquo tẽporis spacio indigent ad hoc ꝙ plene instruant̃ de fide: ⁊ exercitẽtur in his que ptinet ad xp̃ianam vitã. Tertia ratio ẽ sacramẽti reuerentia: ob quam antiqtus adulti baptizabãtur in duabus precipuis solẽnitatibus. pasca. s. ⁊ pent. vt habetur ꝺ cõse. di. 4. c. de cathecuminis. ⁊ c. duo tpa. ⁊ c. venerabilis. Põt tamen omitti dilatio p̃dicta aut propter necessitatez: puta cũ aliquis baptizari cupiẽs esset in articulo mortis psecutiõis ⁊ naufragii. vt expresse habetur de consc. di. 4. in. c. hi qui. Aut quãdo illi qui sunt baptizãdi apparent pfecte instructi in fide ⁊ ad baptismum idonei. sicut philippus apl's statim baptizauit eunuchũ. vt habetur Act. 8. c. ⁊ petrus Cornelius: ⁊ cos qui cum ipso erant. Act. xi. Quartuz dubiũ. vtrum peccatores ad baptismũ accedẽtes teneantur sua peccata cõfiteri. Respondet Tho. ꝙ duplex ẽ peccatorum confessio vna que fit iterius deo. ⁊ hec̃ requirit̃ ante baptismum. vt. s. homo peccata sua recogitans de eis doleat: Nõ enim põt incboare nouam vitam: nisi eum peniteat veteris vite. vt Aug⁹ dicit in li. de penitẽtia. Alia ṽo ẽ cõfessio peccatoruz exterior que fit sacerdoti: ⁊ talis confessio nõ reqritur ãte baptismum primo quidem quia talis confessio cũ respiciat psonam ministri pertinet ad pnie sacramẽtum quod nõ requiritur ãte baptismum: quia est ianua oium sacramentorum. Secũdo qꝛ cõfessio exterior que fit sacerdoti ordinatur ad hoc ꝙ sacerdos cõfitentem absoluat a peccatis: ⁊ liget ad opera satisfactoria: que baptizãdis ñ sunt iponẽda. ꝼm illud Amb. in glo. Ro. xi. Grã dei in baptismo nõ requirit gemitũ neq3 planctũ: vel ẽt opus aliquod: sed solã fidem. ⁊ oia gratis cõ donat. Que verba notãtur de cõse. di. 4. i. c. sine penitẽtia. Baptizandi etiã nõ idigent remissione peccatoꝝ p claues ecclesie: qb⁹ oia remittuntur p baptismũ. Sufficit ꝙ hiis qui baptizãtur cõfessio generalis: quã faciunt ꝼm ritũ ecclesie abrenũciantes sathane: ⁊ oibus opib⁹ eius. Si tamẽ ex sua deuotione vellent cõfiteri audiẽdi sũt: nõ ad hoc ꝙ satisfactio eis iponatur: sed vt cõtra peccata consueta eis spũalis vite iformatio tradatur. Quitum dubiũ. vtrũ pueri iudeorum ⁊ ifidelium sint iuitis parẽtibus baptizandi. Et respõdetur ꝼm sententiam Ric. di. 64. ⁊ Tho. 2ª. 2. q. 10. ⁊. 3. parte. q. 68. ꝙ filii ifidelium aut habent vsum rationis: ⁊ annos discretionis: aut nõ. si sic: quoniã q̃tũ ad ea que sunt iuris diuini vel naturalis incipiunt sue ptãtis esse. ideo propria voluntate inuitis parentibus baptizari pñt. Si vero nondum habent vsum liberi arbitrii baptizari non debent: quoniam nunq̃ hoc fecit ecclesia. ⁊ hoc duplici ratione. Una quidem est propter periculum fidei. Si eni pueri nondum vsum rationis habentes baptismum susciperent: postmodum cum ad perfectam etatem peruenirent: de facili possẽt a parentibus induci vt relinquerent quod ignoranter susceperunt: quod vergeret in fidei detrimẽtuz. Alia ratio ẽ quia repugnat iusticie naturali. Filius enim est aliquid patris: ⁊ primo quidem a parentibus nõ distiguitur secundum corpus q̃diu ĩ matris vtero continetur. Postmodũ vero postq̃ a matris vtero egreditur anteq̃ habeat vsum liberi arbitrii continetur sub parentum cura sicut sub quodam spũali vtero. Qz diu enĩ vsum rationis non habet puer: non differt ab aĩali irrõnali. vnde sicut bos vel equus alicuius est: vt vtatur eo cuz voluerit sicut proprio instrumento secundum iura ciuilia: ita de iure naturali est ꝙ filius anteq̃ habeat vsum rationis sit sub cura patris. quare inuitis parentibus non debet filiis baptisma dari. Ipsi etiã ifideles adulti nullo mõ coacti sunt baptizãdi. vt dr̃. 45. di. c. de iudeis. quia vt ibi hr̃ tales non sunt

ĩuiti ſaluādi:ſed volētes:vt integra ſit for/
ma iuſticie. Sicut enim proprii arbitrii vo/
luntate homo ſerpēti obediēs periit:ſic vo/
cante ſe grā dei propria mētis ↄuerſione gſ
q₃ credēdo ſaluaꞇ̃. Notādum tñ ſm Ric. ſe
quēdo ſniam Inno.tertii.in.c.maiores. ex/
tra de bap.⁊ eius effectu. ꝙ aliquis pōt co
gi ad baptiſmum ſuſcipiēdum duplici coa/
ctione. Prima ē coactio abſoluta: qñ quis
baptizetur inuitus ⁊ penitus cōtradicens:
qui licet abluatur exterius ⁊ baptizetur ſ₃
debitam formā:tñ nec rem nec caracterem
ſuſcipit ſacri. 2ª ē coactio conditionalis: qñ
quis terroribus atq₃ ſuppliciis violēter at
trahitur ⁊ ne detrimētum incurrat:baptiſ/
mi ſuſcipit ſacrm:talis ſicut ⁊ is qui ficte ad
baptiſmum accedit caracterez ſuſcipit xp̄ia
nitatis ĩpreſſum:⁊ ipe tanꝙ̃ cōditionaliter
volens:licet abſolute nō velit cogēdus eſt
ad obſeruantiam fidei xp̄iane. ¶ Tertio cō
ſideremus baptiſmi qualitatem. Debet nā/
q₃ baptiſmus conferri qñ a miniſtris eccle
ſie datur.cū quinq₃ conditionibꝰ.prima dici
tur vnitatis. 2ª ſimultatis. 3ª modalitatis.
4ª.paternitatis. 5ª ſacralis ſolēnitatis.pri/
ma conditio que obſeruari debet in baptiſ/
mo dicitur vnitas. Nam vnus debet bapti
zare ⁊ non plures.qm̃ ſi plures baptizarent
aut dicerent.nos te baptizamus.⁊ hoc non
eſſet conueniens:qm̃ homo nō baptizat niſi
vt miniſter xp̄i:⁊ vicem eius gerens. Unde
vnus eſt xp̄s.ita o₃ vnum eē miniſtru₃: qui
xp̄m repñtet.⁊ ideo cōtraria ĩtentio videꞇ̃
excludere baptiſmi ſacrm. Aut plures ba/
ptizarent ⁊ vnuſquiſque diceret.ego te ba
ptizo.⁊ ſic quilibet exprimeret ſuam inten/
tionem ꝙ ipe ſingulariter baptiſmum con.
ferret.⁊ tunc manifeſtum ē ꝙ ille qui prius
verba proferret daret baptiſmi ſacramen.
tu₃. Alius vero ꝙ̃tuncunq₃ ius baptizandi
haberet ſi verba pronunciare preſumeret:
eſſet puniendus tanꝙ̃ rebaptizator. Si aūt
oīo ſil' verba ꝓferrent:aut hoīem ĩmerge/
rent vel aſpergerent eſſēt puniēdi de inordi
nato modo baptizandi.⁊ nō de iteratiōe ba
ptiſmi:q₂ quilibet ꝙ̃tum ĩ ſe baptizaret:nec
traderet aliud ⁊ aliud ſacrm:ſed xp̄s qui eſt
vnus iterius baptizans vnum ſacrm ꝑ oēs

cōferret. Si āt quereretꞇ̃ an poſſit vnus plu
res ſil' baptizare.dicēdum ꝙ ĩ caſu neceſſi/
tatis ſic ſub hac forma. Ego vos baptizo ⁊c.
nec ꝑ hoc diuerſificaretꞇ̃ forma eccleſie quia
plurale nō ē niſi ſingulare geminatū:preſer
ti₃ cū pluraliter dicatur Math. vlt. Bapti
zātes eos ⁊c.hec Tho. 2ª conditio que in ba
ptiſmo cōferendo requiritur dicitur ſimul/
tas:vt.ſ.ſil' ſint verba ꝓlata cum ipa abluti
one. Dicit tñ Ric.di.3.quarti.ꝙ verba ⁊ ab
lutione₃ ſimul eē pōt ĩtelligi tripliciter.aut
per reale₃ exiſtentiam vnius ĩ alio.aut ꝑ eo
rum coexiſtentiā in intentione.aut in tēpo/
re. Simultas ſm modū primu₃ nō requiriꞇ̃
q₂ nec poſſibilis ē:eo ꝙ verba nō ſunt nata
eſſe in ablutione.nec econuerſo. Simultas
modo ſecūdo requiritur de neceſſitate ex/
plicite:inꝙ̃tum neceſſarium ē ꝙ abluens ⁊
verba proferens ĩtendat circa baptizādum
facere quod facit eccleſia. Simultas aute₃
tertio modo aliquo modo requiritur de ne
ceſſitate:⁊ aliquo modo nō. Neceſſariū eni
ē ꝙ baptizās ſic abluat ⁊ verba proferat:ꝙ
ſm cōem vſum illa duo videantur ꝑtinere
ad actu₃ vnum:quod nō eēt verum:ſi ĩ ma
ne ablueret:⁊ ĩ ſero verba ꝓferret. vel ecō
uerſo.nō eſt tñ neceſſarium ꝙ ſimul pūctua
liter vtrūq₃ ĩcipiat ⁊ terminet.ſed ſufficit ꝙ
prolatio verborum incipiaꞇ̃ anteꝙ̃ ablutio
termineꞇ̃:vel econuerſo. Debet tñ baptizās
illa facere ſimul:quāto magis pōt bono mo
do. 3ª conditio que in baptiſmo ē ſeruanda
dicitur modalitas. Nam vt inquit Ric.⁊
Boñ. Sacerdos debet puerū tenere per la
tera:⁊ verſa facie ad aquā debet ĩmergere
Quare aūt faciem magis ad aquam ⁊ non
ad celum baptizandus tenet:debet eſſe in ſi
gnum humilitatis ⁊ reuerentie. 4ª condi/
tio que in baptiſmo ſeruāda eſt dicitur paꞇ̃/
nitatis. Debet nanq₃ aliquis adeſſe qui ba/
ptizandum leuet de ſacro fonte vt Dioꝰ di
cit in li.de eccle.hierar. Rō eſt ſm Tho. q₂
ſpiritualis regeneratio que fit per baptiſ/
mum aſſimilatur quodāmodo generationi
carnali. Unde dicitur.i.Pet.2. Sicut mo/
do geniti infantes ratiōabiles:ſine dolo lac
concupiſcite. In generatione aute₃ carnali
paruulus nuꝑ natus indiget nutrice ⁊ peda

gogo. vnde etiã ĩ spirituali generatione baptismi requirit̃ aliqs qui fungat̃ vice nutricis ⁊ pedagogi. instruendo eũ qui ẽ nouiti⁹ in fide: de his que ꝑtinẽt ad vitã xp̃ianam: ad quod prelati vacare nõ possũt circa oẽs curã populi occupati. Et debet esse vn⁹ qui leuat de sacro fonte: vt dicit̃ de cõsecra. di. 4. c. nõ plures. Si tamẽ plures essent: cum oĩbus cõtrahit̃ cognatio spũalis vt habetur extra de cognatione spirituali. c. ꝙuis. li. 6. Et q leuat etiã dꝫ esse secularis nõ religiosus aut monachus: vt dicit̃ de conse. di. 4. c. nõ lꝫ. ⁊ c. monachi. Dꝫ ẽt eẽ fidelis ñ ĩfidelis: vt pꝫ de consecra. di. 4. c. in baptismate. Ratio ẽ secundũ Tho. quia infidelis nõ est membrũ ecclesie: cuius personam gerit tenens ad sacramẽta. Et si de facto siue ĩ necessitate leuat vel tenet: seu baptizat: nõ cõtrahit aliquã cognationẽ spũalẽ. Qui aũt leuat de sacro fonte aliquẽ: eius pater spiritualis dicit̃ vt patet. 30. q. i. in. c. ad limina. ĩ §. filia ⁊. in. c. omnes. ⁊. 3. q. 3. c. ita. vbi dicit̃. Ita diligere debet homo eũ qui se suscepit de sacro fonte sicut patrem. Et de cõse. dis. 4. in. c. vos ante omnia. de hoc Aug⁹ ita loquit̃. Uos ante oĩa tam viros ꝙ̃ mulieres: qui filios in baptismo suscepistis moneo vt vos cognoscatis fideiussores apud deũ extitisse ꝓ illis q̊s visi estis de sacro fonte suscipere. iõ eos semꝑ admonete vt castitatẽ custodiant iusticiã diligant: caritatẽ teneãt. Dicit tñ Tho. ꝙ patres spirituales moderno tp̃e ad hoc nõ ita stricte obligant̃: qa vt plurimum hi qui baptizant̃ parentes habẽt xp̃ianos de qbus presumẽdũ ẽ ꝙ suos filios diligẽter ĩstruãt. Si tamẽ q̊cunꝙ̃ mõ sentirẽt cõtrariũ tenent̃ ꝫm suũ modũ saluti spiritualiũ filioꝝ curã ĩpendere. Sꝫ nõ lꝫ effari q̊t mala: q̊t fraudes: quotue lenocinia sub nomie cõpaternitatis ⁊ cõmaternitatis fiant. Taceo illa ne scandalizẽtur hi qui deũ timentes dũ cõpatres fiunt sacramẽtũ baptismi fideliter reuerent̃. Unusqꝫ iudicet seipsũ ⁊ videat si qs ille est q cõpaternitatis iura fidẽqꝫ polluat: ⁊ ꝙ̃ graue nephandũqꝫ scel⁹ cõmitat. Quinta cõditio que ĩ baptismo seruari debet dr̃ sacramẽtaliũ solẽnitas. Nam vt inqt Tho. lꝫ sacramentalia nõ sint de substantia sacramẽti. sũt tamen ad bene ẽe ad excitãdũ deuotiõẽ fideliũ: ⁊ reuerentiam ad sacramẽtũ. Scd̃m ꝟo Bon. dis. 6. quarti. Ordo coꝝ que sũt ad solennitatẽ sacramẽti baptismi ꝫm cõem eccl̃ie cõsuetudinẽ hic est. Primo exufflatur. ⁊ hoc fit vt ꝟtus diaboli exterior expellat̃ ⁊ ĩterior expellenda significet̃: sicut pꝫ ex dicto Rabani. de institutiõe clericorũ. Et Aug⁹. in li. d̃ symbolo. de ꝯse. di. 4. c. postꝙ̃. ⁊. c. sicut nostis. Secũdo signũ crucis fit ĩ pectore et in fronte: vt demon cognoscat se pellendũ tã in occulto cordis ꝙ̃ in apto cõfessionis. Rabanus aũt vbi supra. ⁊. in. c. postea. dic̃. Postea signat̃ baptizãdus signaculo sancte crucis: tam in fronte ꝙ̃ in corde: vt ab eo tẽpore apostata diabolus ĩ suo vase pristino sue interẽptiõis cog̊scẽs signaculũ iam sibi deinceps illud sciat eẽ alienũ. Tertio sal ĩ ore ponit̃: vt sequit̃ Rabanus in. c. ex hinc: vt ꝑ sal typicũ sapientie sale conditus fetore careat iniquitatis. ne a vermibus peccatorũ vltra putrefiat: sed magis illesus seruet̃ ad maiorẽ grãꝫ ꝑcipiẽdã. Significat g̊ sal ꝙ ꝑ baptismũ sapientie sapor ꝑ̃paratur: et fetor fomitis restrĩgit̃. Quarto fit linitio auriũ ⁊ nariũ cum sputo. ⁊ de hoc dicit Rabanus vbi supra in. c. postea. Postea tanguntur ei nares ⁊ aures saliua: ⁊ dr̃ ei ꝟbuꝫ euangelicuꝫ qđ iesus qñ surduꝫ ⁊ mutuꝫ sanauit tangens cũ sputo linguam eius: ⁊ mittẽs digitos ĩ auriculã eius dixit. Effeta quod ẽ adaperire. hoc enĩ sacr̃m hic agitur vt ꝑ saliuaꝫ typicam: ⁊ sacerdotis tactũ sapientia ⁊ virtus diuina salutẽ eiusdeꝫ cathecumini operetur: vt aperiantur ei nares ad accipiẽduꝫ odoreꝫ noticie dei: vt aperiant̃ ei aures ad audiendũ mãdata dei. Quinto fit inunctio in pectore ⁊ spatulis: vt significetur gratia vnctionis ad deũ amandũ: et ad bona opa faciendũ. de quo ẽt loqtur Rabanus in. c. deinde. Sexto post baptismum fit ĩunctio chrismatis ĩ vertice: vt dicit ibidem Rabanus. ĩ. c. postꝙ̃: vt christi regni baptizat⁹ ꝑinceps fiat: vt a xp̃o xp̃ian⁹ vocari possit. ⁊ talis vnctio fit in capite: quia vt inqt Amb⁹. ĩ li. de sacramẽtis. Sapientis sensus ĩ capite eius. Per caput g̊ ꝫm Bon. aĩa designatur

q̃ p̱ baptiſmũ ĩputribilis reddit̃ ad cõtéplã/
dũ eterna. Chriſma eiꝫ confectũ eſt ex oleo
lucente ⁊ balſamo cõſeruante. Septĩo ba/
ptizatus veſtit̃ veſtimento candido. de quo
Rabanus in.c. poſt baptiſmũ. inquit. Poſt
baptiſmũ traditur xp̃iano veſtis candida: q̃
ſignificat innocentiã ⁊ puritateꝫ xp̃ianam:
quaꝫ poſt ablutas veteres maculas ſtudio
ſancte cõuerſatiõis ĩmaculataꝫ ſeruare de/
bet ad repreſentandũ ante tribunal chriſti.
Amb°. ꝟo i.c. accepiſti. ſic ait. Accepiſti pꝰ
baptiſmũ veſtiméta candida: vt eſſet indi/
ciũ ꝙ exueris voluntaté peccatoꝝ. ⁊ indue
ris innocẽtie caſte velamina. Neq̧ propte/
rea tenendũ: vt ait Tho. ꝙ non liceat xp̃ia
nis alijs veſtibus vti: qm̃ veſtis illa: vt di/
ctum ẽ datur pro tunc in myſterio ſpũalis ſi
gnificationis. Ultimo ponit̃ cereus in mani
bus: vt ſit lucerna pedibꝰ eius verbũ dñi ⁊
lumen ſemitis eius. Debent ergo cũ neceſſi
tas non cõtradicit ſacr̃a predicta deuote ce
lebrari cũ aliq̇s baptizatur: quorũ etiã non
ĩmemores eſſe debẽt hi q̇ ſũt baptizati. Re
cor virginis. Tertia consideratio diciť a q.
Dicit tex. euāgelij: a deo. Sed pie mens hu
mana dubitare pōt cur non statim p⁹ pctm̄
opatus est deus salutē humanā: ꝛ carnē nō
assumpsit de virgine. Ad qd̄ assignari pos/
sunt tres rationes.

Prima propter peccati punitionem.
Secūda propter morbi curationem.
Tertia propter christi honorationem.

Prima rō quare tm̄ distulit incarnari fi/
lius dei diciť ꝓpter peccati punitionez. Nā
in hoc manifestať diuine vltionis seueritas:
q̄ tantos clamores ꝛ luctus hominū tāto tē
pore sustinuit anteq̄ vellet descēdere. ꝛ ipe
Adam cū posteritate sua tanto tpe expecta
uit in limbo exulās a paradiso: qa diuina iu
sticia nihil inultuz relinqt. Secūda ratio est
propter morbi curationē. Nam peccatum
qd̄ homo cōmiserat ex supbia prouenerat.
Ideo p humilitatē liberandū erat: quod fie
ri debuit vt homo se infirmū agnosceret: et
liberatore indigere. Unde glo. super. 3. c. ad
Gal. Magno cōsilio factuz ē: vt post hois
casum non illico dei filius mitteret. Reliqt
eni deus hominē prius in libertate arbitrij
i lege naturali. vt sic vires nāe sue cognosce
ret. vbi cū deficeret legē accepit. qua data
inualuit morbus nō lege s; nature vitio: et
ita cognita īfirmitate clamaret ad medicū:
ꝛ gratie quereret auxiliū. hec ibi. Per totū
itaqȝ tempus illud quo venire distulit cum
multa humilitate sancti patres et amici ei⁹
aduētum ipsius precib⁹ multiplicatis roga
bant. Facta eni erat ipsis ꝓmissio de incar
natione filij dei: et in fide mediatoris viue/
bant. Quis nā nō cogitet Adam ꝛ Euā post
peccatū cōmissū ad penitētie lamenta se cō
uertisse: qn̄ ecclesia sancta illos cōfiteť ꝛ po
nit in numero electorū: quod esse nō posset
sine fide mediatoris. Ideo Aug⁹ in li. de cor
reptiōe ꝛ gratia dicit. Illa fides sana ē: qua
credimus nullu; homine; q̄tuncunqȝ par/
ue etatis liberari a cōtagione mortis: ꝛ obli
gatione peccati: nisi p vnū mediatorē dei ꝛ
hoiem iesū xp̄m. Potes et rōnabiliter cre/
dere qp primus pater Adaz: q ita sapiens cō
ditus fuerat post lamētū pnie ꝛ recognitio
nē salutis sue in iesu nascituro de carne sua
magna ꝛ mira reuerētia deū coluit: ꝛ colen
dū generatiōi electoꝝ mandauit ad iesum i
carne venturū. ꝛ p salute nostra moriturū
ardētissimo suspirauit affectu: ꝛ alios docuit
suspirare. Cū eni Adaz nongētis ꝛ triginta
annis vixerit sic p; Gen̄. 5. Quanta putas
documēta salutis de fide mediatoris dedit
posteris? Quid Noe vir iustus atqȝ pfect⁹
fecit qn̄ inundante diluuio saluū se recepit
in archa? Quid Abrahaz pater cui facta ē
ꝺ xp̄o repromissio? Quid Moyses legis la/
tor? Quid sci patres ceteri oēs et prophe?
Nempe hi omnes agnouerunt morbū suū.
imo oium hoiuz qui p xp̄m curari debebāt.
O quanti dū viuerēt in hoc seculo erāt illo
rū gemitus. o quanta suspiria. o q̄ vehemē
tissima ꝛ ardentissima desideria post mortē
corporis huius. cum illum tenebrosū limbū
inhabitarēt: sperantes inde per christum re
uocari ad lucez glorie per tot milia annoꝝ.
O q̄ deuoti erāt ipsorum clamores. Ueni
dicebant. veni ad liberandū nos dn̄e deus

virtutū. Oſtēde faciem tuam: et ſalui erim⁹ Sed pudeat ex hoc deuotam animam iam chriſti morte redemptam: et in ſuo ſanguine lotam non delectari et non quieſcere in rece pto munere: quod ſancti patres ita volebāt vt nihil aliud viderētur nec cupere nec vel le: niſi ſolum ſibi exhiberi dilectum ieſum ď miſeratione promiſſū. Unde. Bern. ſermo/ ne. z. ſuper Cantic. ait. Ardorem deſiderij patrum ſuſpirantiū chriſti in carne preſen/ tiam frequentiſſime cogitans cōpungor: et confundor in memetipſo: et vix contineo la/ chrymas: ita pudet torporis miſerabiliū tē/ porum horum. Cui nanqꝫ noſtrum tantū in/ gerat gaudium gratie huius exhibitio: quā tum ſanctis veteribus accēderit deſideriū promiſſorum: hec ille. Patet itaqꝫ nō incō/ uenienter fore factum: vt ꝓpter hoīum hu militatē tardaret filius dei incarnationem ſuam. Tertia ratio quare tantū diſtulit i/ carnari filius dei ē ꝓpter chriſti honoratio nē. Magna qppe dignitas et vtilitas erat verbi incarnati: quā vt merito vnuſqſqꝫ co gnoſceret per longam preconū ſeriem con/ ueniens erat Jdeo in glo. ſup. 3. c. ad Gala/ tas. dr̄. Quanto maior iudex veniebat. tan to preconum ſeries longior precedere debe bat. hec ibi. Debuerunt itaqꝫ precedere de illo incarnato verbo figure: ꝓphie et alia q̄ in veteri teſtō relatu digna ſunt vt verbi i/ carnati excellentiam omnes aſpicerēt. Cū ergo omnia completa eſſent dei clementia humano generi ſubuenire nō diſtulit. quin immo diffinito conſilio angelum aduoca/ uit cui ambaſiatā virgini exponendam. ipſe fuit dixitqꝫ pater. Uade ad virginem illam immaculatam puram et ſanctam: quia illā in ſponſam eligo. Subiunxit filius. Et ego eam in meam matrē eligo: de cuius puriſ/ ſimis ſanguinibus paſſibilem carnem aſſu/ mam. Eroqꝫ ei vnicus filius. ipſaqꝫ mihi di lectiſſima mater. Spirituſ ſanctus ſuperad didit. Et ego inhabitator ero ſuus gratioſiſ ſimus: et operatione mea virgo in eternum concipiet filium. Quis dubitabit ſine erro/ re mirabili ſtupendaqꝫ leticia exultaſſe ce/ leſtes hierarchias et angelicos choros quan do videbant totum mundum ad penitentiā in breui rediturum pro incarnatiōe filij. Si ipſis gaudium eſt ſuper vno peccatore peni tentiam agente: Letabantur ergo gaude/ bant et exultabant benedicentes deum. O inquam gaudium ſuauiſſimum: que per tot milia annorū in damnatione derelicta fue rat humana natura iam aſſumitur in vnio/ ne perſone a filio dei: quare angelus a do/ mino mittitur ad ſuam ſponſam cui tam ſub/ limia ſacramenta referre deberet. Quarta conſideratio dicitur ad quem locum: quia ī ciuitatem galilee: cui nomē Nazareth. Po nitur hꝫ nomen loci ad denotandā certitudi nem hiſtorie ſm Nico. de lira. Jnſuper vt adimpleretur prophetia Eſa. xi. que dicit. Egredietur virga de radice Jeſſe: et flos ď radice eius aſcendet. Ubi ſecundum veri/ tatem hebraicam habetur. Et Nazareus ď radice eius aſcendet. Jſte locus fuit conue niēs vt ī eo annunciaretꝛ ꝟgini diuinū pro poſitū: quia Nazareth īterpretatꝛ flos. Et floris eſt triplex cōditio: q̄ ꝟgini competit.

Prima pulchritudo.
Secunda redolentia.
Tertia fructuoſitas.

Ponit has conditiones deuotus Bern. in ſermone de aſſump. v. Commendant flo res pulchritudo: ſuauis redolentia: et ſpes fructus gratia triplex. Prima ergo con/ ditio dicitur pulchritudo: qa flores ſūt pul/ cherrimi. Sic et beata virgo in omnib⁹ ſuiſ actionibus ex parte corporis et ex parte mē tis. Unde Canti. 4. dicitur. Tota pulcha eſ amica mea: et macula non eſt in te. Super que verba Ugo de ſancto Uic. dicit. Pul chra in corpore: pulchra in mente: corpore vnica et mente ſincera. Secunda con/ ditio floris eſt redolentia et ſuauitas odo/ ris. Sic et beata virgo ſuauiſſimum redde bat ſuarum virtutum odorem. Jdeo in per ſona eius dicitur Eccle. 24. Jn plateis ſi/ cut cinnamomum et balſamum aromati/ zans odorem dedi: quaſi myrrha electa de/ di ſuauitatem odoris. Fuit hic odor beate virginis: exemplaris et immaculata vita. Unde Amb⁹. li. i. de ꝟgitate ait. Ut virgu la fumi ex aromatibus myrrhe et thuris qa multis erat repleta ꝟtutū odorib⁹. manās

ex ea fragrabat suauissimus odor etiaz spi
ritibus angelicis. Et Hiero. ad pau. ꝛ Heu
sto. in sermone de assũp. Uere hortus deli
tiaꝝ beata virgo: in quo consita sũt oĩa flo
rũ genera ꝛ odoramẽta virtutũ. Tertia cõ
ditio floris ẽ fructuositas. Sic ꝛ a virgine
florentissima fructus ille dulcissimus exijt
ihs benedict⁹ per cuius gustũ oẽs electi sal
ui fiunt. Jõ Ecc. 24. dicit: Ego mater pul
chre dilectionis timoris ꝛ magnitudinis et
sacte spei. Jn me oĩs gratia vie et ueritatis
Jn me omnis spes vite ꝛ virtutis. Transi
te ad me omnes qui concupiscitis me: et a
generationibus meis adimplemini. Spiri
tus enim meus super mel dulcis. ꝛ heredi
tas mea sup mel ꝛ fauũ. Jpsa virgo flos ẽ
campi: de qua ortũ ẽ preciosũ liliũ cõualliũ
ꝑ cuius partũ mutatur nã ꝓthoplastorum:
quo deletur ꝛ culpa ẜm Augu. in sermone
de natiuitate virginis. Quinta cõsideratio
dicit̃ ad quã personã: qꝛ ad virginẽ despõsa
tã viro cui nomẽ erat Joseph de domo da
uid ꝛ nomẽ virginis Maria. in quibus ver
bis tres huius sponse cõditiones nominant̃

Prima dicitur virginitas.
Secũda dicit̃ societas.
Tertia dicit̃ nobilitas.

Prima conditio sponse ad quã angelus
mittitur dicit̃ virginitas. Erat eniz illa pu
ella: que in dei matrẽ eligebat̃ virgo puris
sima. Cõgruebat eniz sic eẽ propter tria. P̊
ꝓpter dignitatẽ patris seruandã. Cũ enim
xps sit verus deus nõ fuit cõueniẽs vt aliũ
patrẽ haberet q̃ deũ: vt dignitas trãsferret̃
ad aliũ. Scđo ꝓpter puritatẽ filij. Nã fili⁹
ẽ verbũ. Uerbũ autẽ absque oĩ corruptiõe
cordis cõcipitur. Quia g̊ caro xpi sic fuit de
virgine assũpta vt eẽt caro verbi dei: cõue
niens fuit: vt etiã ipse sine corruptione ma
tris cõciperetur. Tertio fuit cõueniẽs ꝓpt̃
incarnationis finẽ. Nã ad hoc facta fuit in
carnatio: vt hoĩes trãsferrẽtur in filios dei
Uñ Joħis. i. dicit̃. Dedit eis potestatẽ filios
dei fieri his qui credunt in nomine eius: qui
nõ ex sanguinibus neq; ex volũtate carnis:
neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt.
Per carnẽ ẜm Nico. de lira intelligit̃ ħ mu
lier Geñ. 2; Os ex ossibus meis: ꝛ caro de
carne mea: qꝛ femina paꝝ ꝑticipat de rõne
respectu viri. Filij ergo dei nõ debebãt ge
nerari ꝛ nasci voluntate carnis ꝛ viri. i. co
gnitione maris ꝛ femine. Ob quã cãm xp̃s
de virgine nasci debebat. Jdeo Aug⁹ in. li.
đ ꝟginitate. ait. Oportebat caput nostrũ isti
gni miraculo ẜm corpus nasci de virgine: ut
sanctificaret sua membra ẜm spiritũ de vir
gine nasciturus. hec Tho. 3. ꝑte. q. 27. Se
cũda cõditio persone ad quã angelus mittit̃
dicitur societas: quia virgo hec sanctissima
erat despõsata viro. Quod triplici rõne cõ
uenienter factũ esse cognoscimus. Prima
rõ sumit̃ ex parte xp̃i. ut. s. genealogia eius
cõsueto modo texeret̃ ꝑ uirũ. ut Ambro⁹ di
cit super Luc. 2° ut partus eius diabolo ce
laretur ẜm Hiero. ꝛ. Criso. super Math. 3°
ut puer natus a Joseph nutriretur. Unde ꝛ
pater eius dictus ẽ: qꝛ nutritius eius fuit.
Secũda rõ sumit̃ ex parte matris. ut. s. libe
raretur ab infamia: ꝛ ne tanq; adultera la
pidaretur: ꝛ adiutoriũ haberet a Joseph sã
ctissimo: ut dicit Hiero⁹ ꝛ Amb⁹. Tertia rõ
sumitur ex parte nostri. Et prima est ut cer
tius testimoniũ haberem⁹ ex xp̃o: quia de
uirgine fuit natus. Unde dicit Amb⁹. super
Luc. Locupletior testis pudoris marit⁹ ad
hibetur: qui posset delere iniuriam: ꝛ uindi
care opprobrium si non agnosceret sacra
mentum. Secũda fuit. quia cuz ipsa despõ
sata esset et uirgo: in persona ipsi⁹ simul uir
ginitas ꝛ matrimonium honoraretur: con
tra hereticos alteri istorum detrahentes.
Tertia conditio sponse ad quã angelus mit
titur dicitur nobilitas. Propter hoc subiun
git: de domo dauid Ad ostendenduz q; xp̃s
descendit đ domo ꝛ semine dauid: sicut fue
rat per prophetas predictum. Licz enĩ Jo
seph non fuerit pater saluatoris: tamen vir
go Maria: de qua xp̃s carnẽ assũpsit. fuit
de eadem tribu cum Joseph. Qđ ꝓbatur ꝑ
hoc: qꝛ mulieres: in hereditate paterna suc
cedentes: non poterant contrahere matri
monium nisi cum viris de eadem tribu ne
fieret confusio sortium. ut habetur Nume
ri. 36. c. Beata aũt virgo fuit vnica Joachĩ
patri suo: succedens ei in hereditate. Ex q̊
sequitur q; ipsa ꝛ Joseph fuerunt ex eadem

tribu.ſ.Dauid Ex quo aperte mõſtratur no
bilitas virginis. Equidē Math.i. ponūtur
ter q̄terne gnātiões ab Abrahā vſq ad xp̄z
ī q̄bus deſcribit̄ ꝙ beata virgo fuit nata ex
.14.patriarchis.⁊.14.ducibꝰ⁊.14.regibꝰ ſe
cūdū ꝙ dicit Nico.de lira. Et vt dicunt q/
dā hoc factum fuit vt que nobiliſſima erat
ꝩtute ⁊ gratia:nobilis eſſet ⁊ ꝓgenie. Iſta
fuit illa bñdicta virgo ad quā celeſtis nun/
cius e celo mittebat̄ a deo. O q̄ȝ iocunduȝ
nouū ſentiet in breui aīa tua virgo benedi/
cta. O q̄ȝ mirabilē grām cõſequeris o puel
la ſanctiſſima:q̄ tantū apud deū meruiſti vt
te ſolā eligeret:de qua ꝓ ſalute mūdi aſſu/
meret humanam carnē. Feſtinat itaq an/
gelus:et tota angelica natura letante fide/
liſſimus nuncius ad virginē properat.

Secundū myſteriū contemplanduȝ
dicit̄ annūciatio. Et de hoc ſubdit̄:
Ingreſſus angelus ad eam dixit.
Aue gratia plena dñs tecū:benedicta tu in
mulieribꝰ. Que cū audiſſet turbata eſt ī ſer
mone eius ⁊ cogitabat qualis eēt iſta ſalu/
tatio. Et ait angelꝰ ei: Ne timeas Maria:
inueniſti eīȝ grām apud deū. Ecce cõcipies
in vtero ⁊ paries filiū:⁊ vocabis nomē eiꝰ
ieſuȝ. Hic erit magnus:⁊ filius altiſſimi vo
cabitur. Et dabit illi dñs deus ſedē Dauid
patris ſui.⁊ regnabit in domo Iacob ī eter
num:⁊ regni eius non erit finis⁊c̄. In qui/
bus verbis quinq conſiderationes per or/
dinem ſunt declarande.

Prima dicitur apparitionis.
Secunda dicitur occupationis.
Tertia dicitur ſalutationis.
Quarta dicitur cognitionis.
Quinta dicitur cõfortationis.

¶ Prima cõſideratio dicit̄ apparitionis:q̄
dicitur:ingreſſus angelꝰ. Circa quod q̄runt
doctores. An angelus ille apparere debue
rit virgini viſione corporali. Et rñdetur ꝙ
ſic.ſm ꝙ Criſo.ait.ſuper Math. Et hoc cõ
gruū fuiſſe mõſtratur triplici ratione.

Primo propter ſimilitudinem.
Secundo propter magnitudinem.
Tertio propter certitudinem.

¶ Prima rõ fuit ꝑpter ſimilitudinē. Quia
id q̄d annūciabat̄ erat incarnatio dei īuiſi/
bilis. Vñ cõueniēs fuit vt ad huius rei de/
clarationē viſibilis creature formā aſſume
ret:in qua viſibiliter appareret:cum ēt oēs
apparitiões veteris teſtī:ad hanc ordinent̄
qua filius dei apparuit in carne. Secunda
rõ fuit ꝑpter magnitudinē. Quia hoc con/
gruuȝ fuit dignitati matris dei:que nõ ſolū
in mente:ſed ēt corporeo ventre erat dei fi
lium receptura. Et ideo nõ ſolum mens eiꝰ
ſed etiā ſenſus corporei erāt angelica viſio/
ne refouendi. Sed obijci põt.ꝙ magis vide
ret̄ ptinere ad dignitatē virginis:ſi angelꝰ
ei apparuiſſet viſione intellectuali tm̄. Nā
vt inquit Augu.12.ſuper Geñ. dignior eſt
ītellectualis viſio q̄ȝ corporalis:⁊ precipue
ipſi angelo magis conueniens. Nam viſio/
ne intellectuali videtur angelus in ſua ſub/
ſtantia. Viſione autē corporali videtur in
aſſumpta figura corporea. Sed ſicut ad an
nunciadum cõceptum diuinū decebat ve/
nire ſummū nunciū:ita videtur ꝙ etiaȝ de
cuerit eſſe ſummū genus viſionis:ergo vi/
detur ꝙ angelus debuerit apparere viſio/
ne intellectuali. Ad hoc rñdet beatus Tho.
3.pte.q.30.ꝙ intellectualis viſio eſt potior
q̄ȝ imaginaria vel corpalis:ſi ſit ſola. Sed
Augꝰ dicit ꝙ eſt excellentior ꝓphetia que
hȝ intellectualē ⁊ imaginariam viſioneȝ:q̄ȝ
illa que habet alterā tm̄. Beata igitur ꝩgo
nõ ſolū percepit viſionē corporalē in ange/
li apparitione:ſed etiā intellectualē illumi/
natiõeȝ. Unde apparitio nobilior fuit. Fuiſ
ſet tamē nobilior ſi ipſū angelū ītellectuali
viſione in ſua ſubſtātia vidiſſet.ſed hoc non
patitur ſtatus viatoris: vt angeluȝ per eſſē
tiam videat. Tertia rõ fuit propter certitu
dinem. Conueniebat in hoc certitudini eiꝰ
ꝙ annūciabātur ea que imaginamur. Pro
pter iſta Augꝰ in quodā ſermone qui legit̄
in feſto annunciationis ſic ītroducit loquē/
tem beatā virginē. Audite fratres: audite
Mariā nobiſcū loquentem:carne abſentē
ſpiritu preſētem: verecūdia virginitatis vul
tū auertētē a collocutiõe : ⁊ īdicātē quõ im
pregnata ſit a creatore. Erā īquit Maria
in domo mea puella iudea. Dauid regis ſtir
pe generata. Adulta facta ſū ⁊ deſponſata.
Deſpõſata ſū cõiugi:⁊ placui alteri:nõ iter/

neniente adulterio:ſed interueniente ſpū ſcō. Deſponſata ſum hoī iudeo:⁊ placui altiſſimo deo. Deſpōſauit me vir iudeus:⁊ adamauit me xp̄s deus. Ignorauit Ioſeph ſpōſus meus ꝙ me adamaſſet deꝰ meus:⁊ putauit ꝙ de adulterio impregnatus eſſet vēter meus. Nā ignorante Ioſeph ſpōſo meo venit ad me qdam paranymphꝰ xp̄i:nō patriarcha primus aut propheta egregiꝰ:ſed Gabriel archangelus:facie rutilās veſte coruſcans.greſſu mirabilis:q viſitauit:ſalutauit:⁊ grauidauit me.hec ille. ¶ Secunda cōſideratio dicit̄ occupatiōis. Propter quod ſubditur. Ad eam. Sed qd facientem? Ad quid occupatam? Quidue agentem exercitii? Naꝫ vt doc. dicunt. Ingreſſus ē ad eā.

¶ Primo orantem.
¶ Secundo ſuſpirantem.
¶ Tertio lachrymantem.

¶ Primo eſt ingreſſus angelus ad eaꝫ orātem:qa illa hora orationi ardentiſſime īuigilabat. Unū Bern̄.ſuper miſſus ē ingt. Quo ingreſſus? In ſecreto cubiculo vbi clauſo ſup ſe hoſtio orabat patrē in abſcōdito. Si enī cōceptio p̄curſoris fuit denūciata patri p̄occupato ī ſacrificio:multo ꝓbabilius eſt ꝙ cōceptio ſaluatoris fuerit denūciata v̄gini in oratione ⁊ deuotiōe actualiter exiſtenti. 2ᵒ ingreſſus eſt ad eā ſuſpirantē. Nam totus īpetus ſcīficatiōis prime īpellebat mentē huius ſacratiſſime virginis ad deſideriū incarnationis filij dei ⁊ ſalutis oīum electorum. Unde oēs virtutes mentis ſue ī id qđ poſtea in ea factū fuit toto conatu precedebant. Hec eniꝫ fuit felix clauſula totius expectationis ⁊ deſiderij ⁊ poſtulationis aduentus boni ieſu:in qua oīa deſideria ſāctorum patruꝫ precedentiū conſūmari ⁊ terminari vident̄. Propter qđ oīo eſt inexpreſſibile nobis illud feruidum deſideriū:et orationis virtuoſe ſuſpiriuꝫ quo ſuſpirabat ad deū:vt filiuꝫ ſuum mittere dignaret̄ ad noſtram aſſumendā naturā. Non credas aūt ꝙ ad ipſum recipiendū in carne ſua reputaret ſe dignā:quia gr̄a ſcīficationis:que eam oī virtute repleuit:ſic a principio ipſam mētem virginis in omniū virtutū radice.ſ.ſancta humilitate inabyſſauit ꝓfundo:ꝙ ſicut nulla pꝰ filiū creatura tm̄ aſcendit in dignitate gratie:ſic nulla creatura eam tranſcendit in humilitatis p̄fectiſſime recognitione. Nec alicui pure creature datuꝫ ē in via tātum guſtare nihiluꝫ eſſe nec tantuꝫ ſe ānihilare ſub volito maieſtatis diuine. Propter qđ nō miꝝ ſi oratio talis humilitatis non ſolū penetrabat nubes:ſed ēt omnes angelicas cohortes:⁊ continue ſiſtebat̄ ante acceptabiliſſimū cōſiſtoriuꝫ ſanctiſſime trinitatis. In ipſa ḡ hora annūciatiōis cū ſuſpirijs multis filiū dei:vt ad incarnandū veniret: deprecabat̄. Tertio ingreſſus eſt angelus ad eam lachrymantē pre deuotiōe:pre dulcedine quaꝫ concipiebat:cū cogitabat deū hoībus adeo fore propitiū ꝙ ꝓ eis carnem aſſumeret. Lachrymātē inſup pre cōpaſſione totius humani generis ſauciati ⁊ vulnerati ⁊ captiuati ſub iugo tenebrarū. O ſi vidiſſes virginē paulo ante aduentuꝫ āgeli ī hac oratione feruida:forte ⁊ cor tuum mollires dulcedine deuotionis. Erat quidē ipa vtputo in hac oratiōe plus ſolito feruentiſſima mentali eleuationi intentiſſima ⁊ diligētiſſima ad perſcrutāda deuote myſteria incarnationis. Tunc humiliter corde deuoto plangentibus ocul' ⁊ vultu ad celeſtia eleuato dicebat ad deū. O clementiſſime dn̄e deus rex regum qui bonitate tua munduꝫ creaſti de nihilo:⁊ pꝰ angelos hoīem ad tuā imaginē formatuꝫ dn̄m conſtituiſti creaturarū vt tibi ſeruiret:vt te diligeret:tibiq; ī oībus obtemparet. Miſerere ei iā perdito propt̄ peccatū:miſerere bonitate tua:miſerere clemētia ⁊ caritate tua. Aperi celos et deſcende. Iam tot annoꝝ milia p̄curreruūt: ex quo ſancti patres:⁊ prophete patriarch̄ ⁊ amici tui in tenebris habitant expectantes lumen tuū. Ueni obſecro pr̄ benigniſſime:veni ⁊ ne reſpicias pctā hoīum. Deſcende de celis verus deꝰ:verū lumen:gaudiū ſolatiū:dulcedo ⁊ cōſolatio afflictorū. O ſi oculis ꝓprijs tam grande myſteriū aſpicerē. O quantū letarer cū deū in carne viderem. O quātū ſancti patres gaudiū ſuſciperent. Rumpe moras creator optime:⁊ veni ad liberandū nos. In huiuſmodi meditationibus occupata angeluꝫ lumine refulgē

tem conspexit. O Maria quid expectas? Quid queris? Quid ploras? Ecce iam i breui pficiet in te qd dictum est a domino. Ecce angelus ad te venit nunciare salutē mūdi. Tertia cōsideratio dicitur salutationis. Et de hoc subditur. Dixit. s. angelus ad eam. Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus In qua salutatione triplex virginis excellentia notatur.

Prima dicitur nature.
Secunda gratie.
Tertia glorie.

Prima excellentia virginis que i hac salutatione notatur dicit nature. Quod qdem triplici modo demonstratur. Primo modo Aue. i. sine veh. hoc ē triplici veh. cui subiacet totū femineū gen⁹. s. veh pudoris laboris z doloris. Ipsa āt fuit sine veh pudoris i conceptione. Sine veh laboris i gestatiōe. Sine veh doloris in parturitiōe. Nam teste Bern. fuit sine cōrruptione fecūda: sine grauatione grauida: sine dolore puerpera. Ratio aūt quare fuit sine veh pudoris ē: qa ei⁹ conceptus fuit sine corruptione non humano semine: s; mystico spiramine. Soli enim principi porta illa seruata est: quā nō violauit egrediens sicut mystice ponitur Ezech. 44. Hac triplici maledictiōe nulla mulier immunis natura fuit: nisi sola virgo benedicta. Vñ Eue. Gen. 3. dictū est. Multiplicabo erūnas tuas z conceptus tuos: paries i dolore filios tuos. Secundo in virgine per aue excellētia nature demonstrat: quia ab alio triplici veh imunis fuit. s. cōcupiscentie culpe z pene. De quo Apoc. 18. Aquila clamabat. Veh veh veh habitātib⁹ in t͛ra. Fuit ergo beata ꝟgo sine primo veh erūne concupiscentie peccati originalis: qa sine eo cōcepta est. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea: z macula nō est in te. Aut in ea oīs fuit extincta per spūs sci sanctificationem. Vñ ps. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. i. beatā virginē in qua nouē mēsibus habitauit. Secundo fuit sine veh culpe et venialis z mortalis. Unde Aug⁹ in li. de natura z gratia. Cū de culpa agitur nullam de matre dñi volo fieri questionem. Tertio fuit sine veh pene: que. s. est in separatione anime a corpore: que est incineratio et corporis dissolutio. Nam sicut dñs nō dedit sanctum suum videre corruptionem. i. xp̄m. sic nec sanctā suam de qua natus est sanctus: sed corpore z aīa in celū assumpta est. Tertio insup modo p aue: ꝟginee nature excellentia demonstrat. qa. s. fuit sine alio triplici veh. de quo. i. Joh. c. 2. dicit. Omne qd est in mundo zc. Auariciam namq; cōclusit per pauptatē: luxuriam p virgitatē. diabolū ꝟo. s. superbiā p humilitatē: qa has ꝟtutes i se pfectissime habuit. Secunda excellentia virginis que in hac salutatione declaratur dicitur gratie. Et de hac subditur. Gratia plena. Et vere plena: quia vt Hieronymus inquit ad Pau. z Eusto. Ceteris per partes prestatur. Marie vero totam se infudit gratie plenitudo. Quisnam explicet etiam multis sermonibus gratiam virginis benedicte? O armarium spūs sancti. o archa domini. o virgo gloriosa: quid maius dici pōt matre dei? quid tale? quidue equale? Tertia excellentia dicitur glorie cum subditur: Dominus tecum. Dominus enī est pater dominus filius: dñs spūs scūs. Tecum dominus pater: quia tu es sponsa patris. Tecum dñs filius: qa tu es mater filij. Tecum dominus spiritus sanctus: quia camera spiritus sancti cōprobaris. Et tñ non tres dñi incarnati in te: sed vnus est dñs. s. filius incarnatus: quia verbū caro factū est. Ideo benedicta tu in mulieribus. i. a mulieribus: vel super oēs mulieres que benedicentur in te: sicut mater in filio Nā sicut Aug⁹ dic i sermone de natiuitate virginis. Auctrix pcti Eua. auctrix meriti Maria. Eua occidēdo obfuit. Maria viuificādo pfuit. Percussit illa: sanauit ista. hec ille. O q̄ bñdicta. Ido bñdicēda ē ꝟgo ista dignissima bñdictōib⁹ replēs hūanū gen⁹. Quarta cōsideratio dicit cognitionis. Et de hac adiūgit. Que cū audisset turbata ē i ſmōe ei⁹ z cogitauit q̄lis esset ista salutatio. In qb⁹ ꝟbis triplex actus honestissimus virginis gloriose denotatur.

Primus dicitur auditionis.
Secundus turbationis.
Tertius cogitationis.

Primus actus ad quem virgo dignis-

ſima cõmota eſt fuit auditionis:quia atten-
tiſſime audiuit nũcium ſũmi dei. dulciſſime
illã ſalutãtẽ ac magnificatione bñdicẽtem.
Quid audis o virgo piiſſima? Quid refer-
tur ab ãgelo? Quid cor tuuꝫ facit cũ ſẽtis
angelicã vocẽ? Secũdus actus fuit turba-
tionis: Quia turbata ẽ nõ turbatione ĩcre-
dulitatis:ſicut Zacharias:ſꝫ turbatiõe ad-
mirationis:ſicut Nico. de lira dicit. Nã be
ata virgo ſolita erat uidere ãgelos. ⁊ ideo
de apparitione ãgeli nõ fuit mirata .i. tur-
bata:ſed de ſalutatiõe ĩſolita:quia nihil mi-
rabilius ẽ uere humili ꝙ̃ ſua exaltatio. Et
ideo cũ btã virgo eſſet humillima: audiens
ſalutationẽ tãte excellẽtie:turbata eſt ĩ ſer-
mone:nõ ĩ apparitiõe. Tertius actus virgi
nis benedicte fuit cogitatiõis. Nã uultu ve
recundo cepit cogitare: myſteriuꝫ pruden
tiſſime põderare. Quinta conſideratio dici
tur cõfortationis. de qua ſubĩfertur. Et ait
angelus ei. Ne timeas maria:inueniſti .n.
gratiam apud deum. Ecce concipies ĩ vte-
ro et paries filium ⁊ uocabis nomẽ eius ie
ſum. Hic erit magnus et filius altiſſimi vo
cabiẽ. Et dabit illi dominus deus ſedem da
uid patris eius. ⁊ regnabit in domo Jacob
ĩ eternũ: ⁊ regni ei9 non erit finis. In quib9
verbis triplex nouuꝫ angelus nunciauit.

¶ Primũ dicitur conceptionis.
¶ Secundũ dicitur nominationis.
¶ Tertiũ dicitur magnificationis:

¶ Primũ nouũ fuit cõceptionis. O Ma-
ria ĩquit angelus noli timere de ſalutatiõe
.ſ. inſolita. Inueniſti enĩ gratiã apud deum:
nõ ſolũ pro te ſꝫ ꝓ toto humano genere: Ec
ce cõcipies ĩ utero ⁊ paries filium. Secũdũ
nouum fuit nominationis. Et uocabis ĩqt
nomen eius ihm. Scdm Nico. de lira non
dicitur impones:quia hoc nomẽ nõ fuit ĩpo
ſitũ a Maria uel ab angelo:ſed a deo patre
ſm ꝙ fuerat predictum ab Eſa. propheta.
62. c. Uocabitur tibi nomẽ nouũ: qđ os dñi
nominauit. Sꝫ iſtud nomẽ fuit diuulgatuꝫ
ꝑ angeluꝫ ipſi Marie et Joſeph: ⁊ per eos
aliis. Nomen etiaꝫ impoſitum ẽ ſecundum
proprietatem futuraꝫ: quia ſalus humani
generis erat futura per xpm. Ihs enim ſa-
lus interpretatur ſecũdũ. Hiero. ¶ Tertiũ
nouum fuit magnificationis. quando dixit
hic erit magn9. Semper enim fuit magn9
deus:ſed futurus erat magnus homo ⁊ ma
gnus propheta:ſicut Luc. 7. c. dicitur. Pro
pheta magnus ſurrexit in nobis. Et filius
altiſſimi vocabitur. i. ipſius dei: qui ſolus ẽ
altiſſimus. Homo enĩ altus ẽ inter creatu-
ras corporales:ſed angelus altior: deus ãt
altiſſimus. Iſta enĩ filiatio ſm Nico. de lira
accipitur hic ꝑ nãm. In oĩbus ãt aliis ꝙ̃tũ-
cũꝙ ſanctis ẽ tãtũ filiatio dei ꝑ adoptionẽ.
Et dabit illi dñs de9 ſedẽ Dauid patris ei9.
Sed ꝯtrariũ patet per hoc ꝙ dicit Hiere.
.22. de Jeconia rege Juda. Scribe iſtũ vi-
rũ ſterilem. Nec erit de ſemine eius qui ſe-
deat ſup tronũ Dauid. Beata auteꝫ virgo
Maria de qua natus ẽ ihs deſcẽdit de Je
conia. vt pꝫ Math. i. qꝛ ponit ĩ xpi genealo
gia. ẽ etc. Ad quod dicẽdũ ſm Nico. de lira
ꝙ Hieremias loquit ꝺ regno tẽporali ipſi9
Dauid in quo nullus poſtea regnauit de ſe
mine Jeconie. Et aliqui alii qui ſuſceperũt
regis nomẽ in iudea ante Herodẽ aſcaloni
tã. nõ fuerũt de tribu regia:ſed de tribu ſa-
cerdotali. Xps etiã qui deſcẽdit ꝺ Jeconia
ſm carnẽ per virginẽ Mariã nõ ſedit ſup
tronũ Dauid:loquendo de tẽporali regno.
ĩmo iſtud negauit corã Pilato dicẽs. Joh.
.18. Regnũ meuꝫ nõ eſt de hoc mundo. Tñ
poteſtatẽ accepit poſt reſurrectionẽ etiam
inꝙ̃tum homo ſup omnẽ creaturam. ſm ꝙ
ipſe dic Math. 28. Data ẽ mihi oĩs pote-
ſtas in celo ⁊ in terra. Nã inꝙ̃tũ deus non
accepit aliquã poteſtatẽ de nouo ſiue in tẽ-
pore. Angelus autẽ hic loquit de regno ſpi
rituali ⁊ celeſti:quod figuratũ fuit ꝑ regnuꝫ
Dauid tẽporale:ſicut ⁊ celeſtis hieruſaleꝫ ꝑ
tẽporalem. Uñ ⁊ ſubditur. Et regnabit ĩ do
mo Jacob in eternũ. ſ. ſuper electos. De do
mo etiã Abraã ⁊ Iſaac aliqui fuerũt repro-
bati:ſicut Iſmael ⁊ Eſau. De domo aũt Ja-
cob oẽs eius filii a ſanctis doctoribus inter
electos ſunt cõputati. qꝛ etſi aliqui peccaue
rũt egerũt poſtea penitẽtiã. Hec Nico. de
lira. Et regni eius nõ erit finis: qꝛ xps nõ ſo
ſolũ inꝙ̃tum deus:ſed etiã inꝙ̃tũ hõ regna
bit in eternũ ſup oẽs: etiam ſuper angelos.
Quid ẽ hoc o virgo regia quod tibi angel9

loquitur? Uere nouum: qđ alij tot annis ex pectauerūt ſancti patres ⁊ electi dei ſētire. Quō i his verbis imutatur cor tuū o ꝟgo? Audi obſecro anima mea: q̄ʒ celeſtis nūciuſ ex parte dei virgini declarat ſalutē mūdi ꝑ ſui filij cōceptionē futurā. Quid feciſti o puella? Quid feciſti vt deū inclinares ad tuuʒ ſanctū amorem? Ecce angelus ex parte ſūme trinitatis tibi reuelat te ī matrē illius aſſumēdā: quē paulo ante vt deſcenderet deuotiſſime rogabas. Satiſfactū ē iā petitiōi tue. O virgo ſacratiſſima en ſaluator mūdi tuū ad habitandū requirit vterū virginalē Fecit ille quod poſtulabas: fac ⁊ tu etiā qđ ipſe querit. Querit te in matrē. Querit đ te carnē accipere. Sed nō ſine cauſa rē tā grādem adhuc ponderas virgo pia. Jdcirco ad tertiū myſteriū ꝓcedamus.

Tertiū myſteriū cōtēplāduʒ dicitur conſenſionis. Pro quo addit ī euāgelio. Dixit autē Maria ad angelum. Quō fiet iſtud: qm̄ virū non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spiritꝰ ſanctus ſuperueniet ī te: ⁊ virtus altiſſimi obūbrabit tibi: ideoqʒ ⁊ qđ naſcetur ex te ſāctuʒ vocabitur filius dei. Et ecce Heliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa cōcepit filiū ī ſenectute ſua Et hic menſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deū oē verbū. Dixit autē Maria. Ecce ancilla domini fiat mihi ſm ꝟbū tuū. Jn quibus ꝟbiſ .5. cōſiderationes erūt notande.

- Prima dicitur virginitatis amplexio.
- Secūda dicitur ſpiritus ſancti cooperatio.
- Tertia dicitur exempli admiratio.
- Quarta dicit̄ humilis reſpōſio.
- Quinta dicitur verbi dei incarnatio.

Prima conſideratio dicitur virginitatis amplexio. Mira ſiquidē deuotione glorioſa virgo amplexabat̄ ꝟginitatis decorem. Quod ꝓbari pōt tripliciter.

- Primo ex ſuo ꝓpoſito.
- Secundo ex ſuo voto.
- Tertio ex ſua cōfirmatione.

Primo inquā patet ex ſuo ꝓpoſito: Dic̄ magiſter ſen. in. 4. di. 30. ⁊ confirmatur per Augu. 27. q. 2. c. btā Maria. Beata Maria propoſuit ſe obſeruaturā votuʒ ꝟginitatis in corde: ſed ipſū virginitatis votū ñ expreſſit in ore. Subiecit ſe diuine diſpoſitiōi dum propoſuit ſe obſeruaturam virginitatem: niſi deus aliter ei reuelaret. Nec ſic faciendo fecit contra legeʒ. Deutº. 7. Nō erit apud te ſterilis vtriuſqʒ ſexus. q̄ʒ ipſa ī hac vice nō ſimpliciter virginitatem vouit: ſed ſub conditione ſi deo placuerit. Secundo patet ex ſuo voto. Nam accepto ſpōſo Joſeph ſanctiſſimo: ⁊ cognoſcens dñi voluntatem ſimul cū viro verbis expreſſis virginitatem vouit: ſicut patet in predicto. c. beata Maria. Et id cōfirmatur per Augu. in. li. đ virginitate: q ait. Annūcianti angelo Maria reſpondet. Quomodo fiet iſtud: quoniā virum nō cognoſco? Quod profecto ñ diceret: niſi virginitatē deo ante vouiſſet. Tertio patet ex ſua confirmatiōe: quādo angelo dicebat. Quoniā viruʒ non cognoſco. i. nō cognoſcere propono. Diligebat itaqʒ virginitatem virgo: ⁊ moduʒ diligenter interrogabat de ſuo cōceptu. Secunda conſideratio dicitur ſpiritus ſancti cooperatio. Nā vt audiuit angelus reſponſum virginis letꝰ rettulit ei. Spiritus ſāctus ⁊c̄. Jn qua relatione tria virgini promiſit.

- Primo ſpiritus ſancti ſupuētioneʒ.
- Secundo filij humanationē.
- Tertio eiuſdem filij ſanctificationeʒ.

Primo promiſit ꝟgini ſpiritus ſancti ſuperuentionē: quādo dixit. Spiritus ſanctuſ ſuperueniet in te. i. non concipies humano modo: ſed diuino: q̄ʒ nō ꝟtute ſeminis viril: ſed virtute ſpiritus ſancti. Et bene dixit: ſuperueniet in te quia prius venerat ſuꝑ virginem adhuc in vtero matris exiſtentem: ipſam a peccato originali preſeruādo. Uel ſecūdū alios purgando. Sed in conceptiōe filij dei ſuperuenit ſpiritus ſanctus. i. iteruʒ venit ad ꝯfirmāduʒ ⁊ ꝯferendum maiorem gratie plenitudinē: q̄ nō ſolū ſctificauit mētem: ſed etiam ventreʒ. Nec propter hoc dicendum eſt chriſtum eſſe filiū ſpiritus ſācti duplici ratiōe ſm Boñ. in. 3. diſ. 4. Primo propter vitandum errorē circa generationem temporalem. Quia cū ſm illam dicat̄ xp̄s conceptus de virgine ⁊ ſpiritu ſancto: ſi diceretur ſpiritus ſāctus eius pater: ſicut

virgo eius mater.iaꝫ videretur xp̄s ex hoc natus ex Maria ꝛ spiritu sancto:sicut nasci tur ꝑles ex muliere et uiro. Et quidem hoc falsum est:qꝛ ꝑles ꝑtē accipit a patre.ꝛ ꝑtē accipit a matre:in qua assimilatur patri et matri in eadē natura.et forma. Et hoc nō est reperire in xp̄o q̄tū ad eius cōceptionē imo soli matri assimilatur ī natura assūpta. Jō non debet admitti xp̄m esse filium spiri tus sancti:sed solius virginis m̄ris.ad mani/ festandā ꝛ confirmadā veritatem ꝛ propri/ etatem tēporalis generationis. Secunda ratio sumitur ex parte generationis eterne: ne.s.confusio fiat eternarū relationū ꝛ ꝓpri etatum Unde cum propriū sit persone pa/ tris generare respectu persone fdij nullate/ nus admittitur christum esse filium spiritus sancti .in quo non ē alia persona: uel hypo/ stasis q̄ illa quam ab eterno pater genuit. Secundo angelus ꝓmisit uirgini filij huma nationem cū dixit. Et uirtus altissimi obū/ brabit tibi.i.dei filius qui est dei patris ꝛ sa pientia et uirtus.ut dr̄.i.Cor.i. Obumbra/ bit tibi qꝛ sub umbra carnis latebit uirtus diuinitatis.3° ꝓmisit ei filii sāctificationē.d.Jō qꝫ ꝛ qđ nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei Secundum Nico.de.lira dicit sā ctū absolute absq̄ determinatiōe:qꝛ si dixisset sanctus de° vl' scūs hō: vl' aliquid consimile non expressisset sanctitateꝫ eius complete quia in eo est sanctitas diuina ꝛ humana:ꝛ quicquid sanctitatis potest cogitari in qua/ cūque creatura : eminentius est in christo. Jdeo dicitur sāctum absqꝫ determinatione Et uocabitur inquit filius dei. Accelera vir go responsum:ꝛ expedias nuncium. Expe/ pectat enim adhuc cum modestia ꝛ audit at tente . Non interrūpit v̄ba angelus: sꝫ illa suscipit cum multa reuerentia. Tertia cōsi deratio dr̄ exēpli admiratio. Angelus enim ut uirginem clarius informaret exemplum sibi proposuit. Quod fuit efficacissimum tri plici ratione.

Primo ratione claritatis.
Secūndo ratione fecunditatis.
Tertio ratione possibilitatis.

Primo fuit exēplū illud efficacissimū rō ne claritatis:quia nō erat obscurum nō de persona icognita:nec extranea seu peregri na:sed de persona notissima ꝛ cōiuncta. Ec/ ce inquit. Helisabet cognata tua. Secundo fuit efficacissimū rōne fecunditatis. Mirū quippe videtur si sterilis concipiat.sed mul to maius si concipiat ī senectute. Propte/ rea dixit angelus. Jpsa concepit filium ī se/ nectute sua. Et hic mēsis est sextus illi.s.mē si ī quo ipsa cōcepit:que vocat̄ steril': Quia eius sterilitas sic erat nota:ut uocaretur ste rilis.3° fuit efficacissimum rōne possibilita/ tis. Cū enim maius sit uirginem ꝯcipere q̄ sterilē:iō angelus inducit rōnis efficaciā ex dei omnipotentia: quia nō erit impossibile apud deuꝫ omne verbum:q dixit ꝛ facta sūt Quarta cōsideratio fuit humilis r̄nsio. Di/ xit ēt Maria ad angelū. Ecce ācilla domi ni. Fiat mihi secundum v̄bū tuum . Que re sponsio fuit gratissima

Primo deo.
Secūndo angelis.
Tertio hominibus.

Primo fuit hec responsio gratissima do q ad suum vterum descendere statim digna tus est. Et quē celi et terra capere non pote rant : verbis istis Maria clausit in suo uen tre. O icogitabilis virtus Marie virginis o ineffabilis clementia creatoris.o incom/ prehensibilis altitudo mysteriorū dei. Una mulier hebrea fecit inuasionem in domo re gis eterni. Una puella ut sic dicā diuinā sa/ piētiā circūuenit:ut ꝓpterea de ea ꝯqueri tur deus.d.Can.4. Uulnerasti cor meū so ror mea spōsa: vulnerasti cor meū ī uno cri ne colli tui.ꝛ in vno oculoꝝ tuorū. Ubi glo. Pro amore tuo carnē assūpsi:ꝛ vulneribus primis in cruce vulnerasti cor meū. Nā pri mogenita filii sui fuit.plusq̄ ꝑ ea redimen da in munduꝫ venit q̄ pro oī alia creatura Ex uirginis ḡ carne de° summā altitudineꝫ vestiuit humilitate.sūmas delitias vestiuit penalitate.sūmā opulētiā vestiuit pauper/ tate:sūmā lucē vestiuit tenebris.sūmū ho/ norē uestiuit opprobriis:sūmū amabile ve/ stiuit flagellis. Quid plura? Hodie v̄go sa/ cratissima dicit. Cōgratulamini mihi oēs q diligitis dn̄m:qꝛ cū eēm puula placui altis/ simo Placuit certe:qꝛ dixit. Ecce ācilla do

mini. nō dixit ecce regina: ecce mr̄. sʒ ecce ancilla. O humillima v̓ginis oblatio: q̄ se in ācillā dei totā obsequiosā reddebat. ¶ 2° fuit hec respōsio gratissima angelis qui uirgineū ɔsēsū expectabāt. Quis nā explicet quāto gaudio sint repleti: cū iā v̓ginē audiebāt .d. Ecce ācilla dn̄i? Letabātur gdē iocūdabāt τ exultabāt. Tertio fuit hec respōsio g̃tissima hoībus: qb⁹ per Mariā salus mittebatur a dño. O Adam. o Eua parentes generis humani. O Abrahā o Jsaac. o Jacob o Esaia. o Hieremia o sācti patriarche τ ꝓphete. Dicite mihi queso dicite cū uirgo locuta ē uerba salutis nostre. sensistis ne aliqd aut audiuistis? Puto enī ꝙ angeli ad uos descēdētes voce amena dixerūt. Gaudete p̄res sc̄i: qa hodie puella vna illa quā i ꝓphetiis τ figuris ꝓnūciastis a dño regsita respōsū prebuit. Ecce ancilla dn̄i: τ iā icarnatuʒ ē i ea verbū diuinū. Puto ēt claritatis īsolite radiū eis apparuisse: nūc se retrahendo nūc se reddēdo. O q̄lis fuit τ q̄ꝫ magna iubilatio tūc illorū q sedebāt i tenebris τ vmbra mortis. Quinta cōsideratio dr̄ uerbi diuini icarnatio. Sc̄d̄m enī Joh. Dama. post virgineū cōsēsū facta sūt tria simul τ semel. Primū corpis xp̄i organizatio. Secūdum aīe ipsius xp̄i creatio. Tertiū corpis τ aīe xp̄i cū diuitate vnio. Assūpsit enī verbū totum hominē τ nō prius corpus q̄ꝫ animam: sed simul ut docet magister in tertio .di. 4. Ex qua vnione de⁹ homo fact⁹ ē i vtero virginis. τ uirgo facta mater dei. qd̄ dicē stupeo. certe nec dicē valeo aut exprimere rē tā grandē. Quid factū ē i te o virgo gloriosa cū sēsisti tuum vterū tali filio decoratū? O quāta fuit tūc omniū tuorum sēsuū interiorum τ exteriorū mutatio. Jllū certe habebas q i celis cū patre regnabat. Jllū tenebas: q simul cū patre spiritū sāctū īspirabat. Securi iā sum⁹. τ āplius nō desperabimus. Juua nos virgo piissima: τ ad tuū filium pro nobis porrige preces: ut nobis gratiam suā largiri dignet: qua valeamus sua cognoscere beneficia et sibi possimus ac filio i hac die gratias condignas referre: qui humilē se tibi dedit: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo de predestinatorum numero et damnatorum.

Multi sūt vocati: pauci vero electi. Math. 20. c. Uerba q̄ reuerentiis vestris sūt ꝓposita dilectissimi in xp̄o tesu: sūt ipsius dn̄i ih̄u. que si homines vani attēte pēsarēt ac subtiliter discuterent: timēdi deum causam haberēt. Quid enī pōt tāta efficacia timorē icutere: q̄ꝫ prefata verba ore veritatis infallibilis prolata considerare? Quis enim nō pauere: quis non obstupesceret: qui uideret suū regē populos sibi subiectos omnes sine defectu coram se aduocantē: τ ex tanta multitudine paucos ad gloriam eligentem: reliquos autem in confusione ignominia τ tormento relinquentem? O quantus timor o quantus fletus. o quantus gemitus tales comprehenderet. Sed nunc insania hominum putat contrarium. Nam si singillatim omnes interrogentur ifideles an sint electi ad salutem: quasi omnes dicerent sumus. Similiter etiam iudei idem dicerent. Uerū quid de xp̄ianis loquar: quorum fides est verissima. Nonne τ ipsi etiam i omnib⁹ malis uiuentes: tamen credunt se misericordiam dei consecuturos? Interroga queso singulos i oī sexu τ i oī etate cōditione gradu ac dignitate: neminem fere inuenies etiam si in malo perseueret: qui se non putet electum. τ hoc euenit: partim: quia ignorāt lumen ueritatis: partim: quia proprii amoris fallacia decipiuntur: parti deniqʒ: quia diabolica suggestione fallūtur. Nā plerūqʒ ēt fatui se sapiētes existimāt: τ qui claros non habent oculos vmbrā interdum pro veritate percipiunt: τ sepe somniantes putant se vigilare. τ esse vera que somniant. Sic mltis vocatis a deo eueniet qui nunc credunt se saluari τ damnabuntur: quia dicit saluator. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Nonne vides in omnibus rebus exemplū. quia illud quod est deterius plus abundat ut in fine sermonis dicetur. Sed nunc cape exemplū in piscatoribus: quia utplurimū plus immunditie: τ pisciū inutiliuʒ i rete ca

piunt ꝙ sint boni pisces. Hoc confirmat di uina auctoritas Math.13. Sile est regnu3 celorum sagene misse in mare vsq3. ibi. in ca minu3 ignis. Ecce ꝙ boni ponunt in vasis quasi in modico loco morantes ꝓpter pau/ citatem: s3 mali ꝓijciunt in littus maris pro pter multitudinē. O peccator cōuertere ꝛ cōsidera quid significet. Multi sunt vocati ꝛc. Sed licet xp̄s nequeat mētiri: tñ qa ei⁹ sacratissima dicta ab ignorātib⁹ male intel lecta sepenumero errore decipiuntur. Iō pro luculentiori thematis nostri declaratio ne tria in hoc sermone notabimus.

¶ Primum dicitur oppositio.
¶ Secundū dicitur declaratio:
¶ Tertium dicitur confirmatio.

¶ [illegible] primū qđ est oppositio. Quidā enī videntur opponere ꝙ nō pauci s3 multi sint electi. ꝛ h̄ triplici oppositōe ꝓbare vident.

¶ Prima dicitur inclinationis.
¶ Secunda dicitur reuelationis.
¶ Tertia dicitur predestinationis:

¶ Prima oppositio dicitur inclinationis. ꝛ est talis. Omnia que sūt inclinant ad agen dū f̄m bonitatē sue nature loquēdo natura liter: vt p3 in creaturis insēsibilib⁹ ꝛ sensibi libus: q̄ magis ꝙ nos sequunt nāe sue incli natione. Uñ ph̄s. 4. eth. ait. Unusq̄sq3 diri/ git opa sua scđm optimū eoꝝ q̄ sunt in ipso. Et Boeti⁹ in. 4. de cōsol. psa. 4. ingt. Agit enī cuiusq3 nā: qđ ꝓpriū ē ei diffinire. ergo ꝛ de⁹ cuius eē est pfectissimū inclinat a bo/ nitate sue nāe vt agat f̄m cā. nā si alia agūt h̄ a fortiori de⁹. hoc p3. z. meth. vbi dicitur. Qđ est causa alioꝝ vt sint talia illud maxie ē tale. exemplo ignis qui cū sit causa calefa ciendi aquā arguit ꝙ sit maxie calidus. g̃ cū deus sit cā vt alia agant f̄m inclinationē sue nature. ipse debet agere f̄m suam: imo magis: qa teste Proculo: q dicitur de cau/ sis auctor. Quicquid pōt cā secunda: pōt cā prima nobiliori ꝛ altiori modo. Et cōmenta tor. z. metha. ait. Prima cā ēst magis digna i esse ꝛ virtute ꝙ oīa alia entia. quia omnia alia entia acquirūt eē ꝛ virtutē a p̄io Sed que est inclinatio nāe dei: Misericordia. Hinc dr̄ i ps. Apđ dñm mīsicordia: ꝛ copio sa apđ eū redēptio. ꝛ. z 6. q. 3. c. alligāt. ꝛ alle

gatur de peni. di. i. §. item dr̄. Misericordie dñi nec mensuras ponere possum⁹ nec tpe diffinire. Ecce ꝙ inclinat ad miserēdu3 f̄m naturā. g̃ debet pluribus misereri. et dñter plures eligere ꝙ dānare. Uez rñdere quis poterit ꝙ etia3 deus inclinat ꝑ nām facere iusticia3. Concedo. sed tñ magis inclinat ad misericordiam testāte Iac. z. c. sue cañ. vbi ait. Superexaltat aūt misericordia iudicium. Et de pe. di. i. c. qa diuinitatis. ꝛ sūt ṽba Hie ro. vbi dr̄. Diuinitatis nā clemēs ē ꝛ pia: ma gis ad indulgētiā ꝙ ad vindictā ꝓna q̄ nul/ latenus vult mortē pctōris: s3 vt magis cō/ uertat ꝛ viuat. g̃ plurib⁹ miserer. Secunda oppositio dr̄ reuelatiōis. Arguēdo nāq3 ꝓ talibus dico ꝙ plures saluent: qa in diuinis scripturis iuenitur ꝙ plures saluant. Nam oēs electi significant in ꝓmissionib⁹ factis ad Abraha3 a deo sicut scā mat eccl'ia canit Signifer sanctus Michael repñtet eas in lucem scām: quā olim Abrahe ꝓmisisti. ꝛ se/ mini eius. Sed semē electoꝝ ē amplissimū. Nā Geñ. iz. dixit deus Abrahe. Egredere de terra tua: ꝛ de domo patris tui. ꝛ itulit. d. Faciam te crescere in gentē magnā. Itē i3. c. d. Faciā semen tuū sicut puluerē terre quem ꝛsi homo pōt numerare: semen quo/ q3 tuum numerare poterit. Et. i5. c. anteꝙ Abrahā filiū hēret educēs eū foras dixit. Suspice celū: ꝛ numera stellas si potes: et dixit ei. Sic erit semen tuū: Ecce quot sunt electi significati in semine. Abrahe. Hinc Iob. z5. d. Nungd est numerus militū ei⁹: quasi. d. Nō. Et Dauid inducit christu3 pa/ tri. d. Dinumerabo eos: ꝛ super harenā mul tiplicabuntur. Similiter Ioannes Apoc. 7. hoc testat. di. Audiui numerū signatoru3 i44000. signati ex oī tribu filioru3 isrl̄. Ex tribu Iuda. i2000. signati: vsq3 ibi. stātes añ thronū dei. Ecce quāta ē electorū multitu/ do. Propterea doctores sci in suis opinio/ bus licet sint varie: tñ ostendūt multos sal/ uandos. Magister nanq3 sen. in. z. di. i. dic hominem esse factum inter alias causas ꝓ restauratiōe nature angelice. Unde ꝛ i dis. 9. allegat Greg. d. Superna illa ciuitas ex angelis ꝛ hoībus constat: ad quā credimus tantos humani generis ascendere quantos

illic contigit angelos remāſiſſe:ſicut ſcriptū eſt. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum. Et hoc exponit ipſe magiſter dicens. Nō iuxta numerū eorū q ceciderūt:homines ad beatitudinem admittuntur:ſ3 eoꝝ q remāſerūt:ergo iux hāc opinionē cu3 ſint angeli pene innumerabiles ſeqtur ꝙ tot erunt hoīes q ſaluabūt. Nam de angelis dr̄ Daniel.7. Milia miliū miniſtrabāt.ei ꝛ decies centena milia aſſiſtebāt ei. Itē idē magiſter ī p̄fata di.ponit aliā opinionem q̄ ē Aug.zz.li.de ciui.dei.c.i.d. De mortali ꝓgenie merito iuſteq3 dānata tātū pplm ſua gr̄a colligit.ut īde ſuppleat ꝛ reſtauret partē q̄ lapſa ē āgeloꝝ:ac ſic illa dilecta ac ſuperna ciuitas nō fraudet̄ ſuoꝝ numero ciuiū:qnetiā fortaſſis ꝛ abūdātiore letetur. Itē ibidē ponit aliā opinionē dicēs ꝙ ſolū ruine āgelice p uirgines reſtaurabūt:d̄ ceteris autē hominib⁹ ſūt tot ſaluādi: quot ſūt angeli q remāſerūt. ꝛc̄. Eſt ꝛ alia opinio Bon̄.in.z.di.9.q̄ videt̄ oībus verior: Ait enī ꝙ cū ſint .9.angeloꝝ ordines debēt ad ipſos homines aſſumi ꝓ meritorū cōditiōe ꝛ ideo nō tm̄ aſſumētur ad ipſos ꝟgines.qnēt ꝛ mlti alii cū ēt multi corrupti carne ī merito multis virginibus p̄ferāt̄.ſicut p3 ī beata Maria magdalena:ꝛ Petro aplo qui multis uirginib⁹ vtriuſq3 ſex⁹ p̄ferūt̄. Preterea dicit ꝙ multi dū fuerūt ī hac vita non fuerūt tāti meriti ut poſſēt aſſumi ad āgelorū ordines:q tn̄ ſaluati ſūt merito paſſionis xp̄i.ꝛ de ipſis fiet decim⁹ ordo.ſicut olī fuit figuratū tēpore Ezechie regis Jude quando a deo īpetrauit ne moreret̄:tūc ſol in ſignū exauditionis p.x.g̃d⁹q̊s deſcēderat retroceſſit ī horologio Achaz:ſic̄ p3.4.Reg.zo.c. Sic xp̄s ſol iuſtitie nouē relictis āgelorū ordinib⁹ad decimū generis humani faciēdū deſcēdit. Et ſimiliter iſte decim⁹ordo ſignatus ē ī decima dragma Luc.iz.quam mulier.i. diuina caritas amiſſam.requiſiuit. domū.i.humanā naturā paſſiōe ſubuertēs Ecce quot iſtis opinionibus preſupponūtur ſaluādi. Numera eos ſi potes.g̊ nō ſūt pauci vocati ſiue electi. Tertia oppoſitio dr̄ p̄deſtinationis. Et arguit̄ ſic. Aut de⁹ predeſtinauit oēs:aut partē. Si oēs.ergo oēs ſaluabuntur:qa predeſtinatio eſt origo ꝛ fundamentū humane ſalutis.ut colligit̄ di.40 primi ſniarū ꝛ.z3.q.4.c. Nabuchodonoſor Preterea arguit̄. Deus eſt immutabilis. ſi ergo oēs p̄deſtinauit :omnes ſaluabit:quia ei⁹ voluntas n̄ poteſt mutari.iuxta illud qđ dicitur đ reg.iur.li.6. Qđ ſemel placuit amplius diſplicere nō pōt. Si aūt dicis ꝙ non omnes predeſtinauit ſed partem:ꝛ ego quero quare nō omnes. Et ꝓbatur ꝙ nō ſit verū. Primo ſi ſic eſſet uideretur ꝙ de⁹ eſſet perſonarū acceptor. ꝛ hoc negat ſcriptura Unde Actuum.x. Petrus ait. In ueritate cōperi:qm̄ de⁹ nō eſt perſonarum acceptor Item .3z.q.4.c.ſicut.ꝛ de ↄſe.di.4.c.necquaq̄. Et ex̄ de preben.c.uenerabilis li.6. dicitur. Non generis ſ3 uirtutum nobilitas viteq3 honeſtas gratū deo faciūt ꝛ idoneu3 ſeruitorem.ad cuius regimen nonullos nobiles ꝛ ignobiles :pauperes ꝛ potentes admiſit:eo ꝙ non eſt apud deum pſonarum acceptio. Etiam ſcribit̄ Joh.z.c. Nō ē pſonarū acceptio apud deū. Et Sap̄.z. Equaliter ē ei cura de omnib⁹ Et Math.8. Solē ſuū oriri facit ſuper bonos ꝛ malos. Secundo ꝓbatur:quia omnes ad pniā3 vocat ſic̄ dic̄ apl's .i. Timotei.z.ꝙ deus uult oēs homines ſaluos fieri. Uult g̊ oēs.ꝛ nō ptem Unde idem apl's Ro.8.ait. Scim⁹ qm̄ diligentibus deum oīa coopantur in bonū his q ſecundum propoſitū vocati ſūt ſancti. Nā quos preſciuit et predeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui:ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus:quos autem p̄deſtinauit:hos et uocauit.ꝛ quos uocauit.hos ꝛ iuſtificauit ꝛ quos iuſtificauit eos ꝛ magnificauit. Quid g̊ dicemus ad hec? Si deus p nobis quis contra nos? Qui etiā ꝓprio filio non pepercit:ſed pro nobis omnib⁹ tradidit illum. Quō non etiam cum illo omnia nobis donauit? Sed voluntas dei eſt infallibilis:quia omnia q̄cūq3 voluit fecit. Nec poteſt impediri.ad Ro.9. Uoluntati eius quis reſiſtit? g̊ ꝛc̄.

SEcundum myſterium dicit̄ declaratio. Ne ergo in errore mēs parū intelligentium permaneat:ex prefatis videbimus tres declarationes cōtra

tres predictas oppositiones.
Prima est contra inclinatione.
Secunda contra reuelationes.
Tertia contra predestinationem.
ribilis: de qua dictum est. Ad quam dissol/
uẽdam duobus malleis vtemur. ¶ Pꝛimo
dissoluitur sic. Hec est sententia theologo/
rũ: et maxime sci Tho. zᵃ z. q.73. ꝙ magni
tudo peccãtis aggrauat peccatuꝫ. Et hoc ꝓ
batur quatuor rationibus. ¶ Primo: quia
facilius maiores ut doctoꝛes: sacerdotes ⁊
religiosi possũt resistere peccato cũ excedãt
in scientia ⁊ uirtute. Unde Luc. iz. c. dicit̃:
Seruus sciens voluntatem domini sui: ⁊ ñ
faciens plagis vapulabit multis. ¶ Secun
do ꝓpter ingratitudinem: quia omne bonũ
quo quis magnificatur siue sit bonũ tẽpo/
rale: siue spirituale siue sit scientia aut digni
tas: dei beneficium est. cui. s. deo homo sit ĩ/
gratus peccãdo. Et quantũ ad hoc quelibꝫ
maioꝛitas que est ĩ temporalibꝰ bonis aggra
uat peccatum. ¶ Tertio propter specialem
repugnantiam actus peccati ad magnitu/
dinem persone. sicut si princeps iustitiam vi
olet: qui ponitur iusticie custos. magis pec/
cat ꝙ̃ alius ⁊ si sacerdos fornicetur qui casti
tateꝫ vouit: ⁊ alios adhoꝛtari debet. Quar
to propter maluꝫ exemplũ siue scandalum

quiã vt dicit Gregorius ĩ pastorali. In exẽ
plum culpa vehementer ostenditur: quãdo
pro reuerẽtia ordinis peccator honoratur.
ad pluriuꝫ etiam notitiam perueniunt pctã
maiorum: ⁊ magis ea homines indigne fe/
runt: ideo grauiora sunt: ⁊ maiorem penaꝫ
et damnationem habebũt. Si ergo o pecca
tor vides maiores in peccatis ꝑseuerantes:
noli exemplo illorum tu peccare: nec in pec
catis perseuerare: quia et si peccatum eorũ
grauius sit tuo: ⁊ maiori pena dignũ. tuum
tamen propter hoc penã sibi debitã nõ eui/
tabit. Et si cum his in inferno damnaberis
ꝓpter multitudinẽ nõ minus ardebis. ĩmo
magis. Cuius rationem assignat Augusti
nus. z. q. i. c. Multi. Nam non ꝓpterea mi
nus ardebunt: quia cum multis ardebunt:
immo magis. Quia quãto plura in igne sũt
ligna tanto magis inualescit ignis. Propte
rea sapiens. Ecc.7. Non pecces in multitu
dine ciuitatis. Sed peccatoꝛ qui se per ma
iorum exempla defendit hoc non ob aliud
facit: nisi quia a peccato resurgere negligit
⁊ ĩ ipso permanere satagit. Et ideo huiusmo
di effugatio ipsuꝫ non excusabit. iuxta illud
Ecc.3z. Homo peccatoꝛ vitabit correptio
nem: ⁊ secundũ volũtatem suã inueniet cõ/
parationem. ¶ Secundo predicta cathena
sic dissoluitur. Nam si solum essent malum
exemplum prebentes: et non econuerso bo
num conferentes: excusati essent peccato/
res ⁊ si non a toto: tamen a tanto. Quia ḡ
in unoquoqꝫ genere boni ⁊ mali sũt: sequẽ
da sũt bona exempla ⁊ mala euitãda. Pꝛo
pter quod ait Hieronymus ĩ epl̃a ad Celã
tiam. de recto modo viuendi. Ideo timen/
dum est ne quos duces recti huius itineris
habere non credimus: eos comites habea/
mus erroris. Si ergo inueniũtur exempla
que nos per hanc uiã ducãt: ⁊ rectum euã/
gelii tramitem teneant: sequenda sunt. Sin
autem uel deficiant: uel deficere putantur
apostoloruꝫ forma uniuersis posita est. Cla
mat vas electionis Paulus: nos quoqꝫ ad
angustum hoc iter conuocans dicit. Imita
tores mei estote sicut et ego xp̄i. Certe qđ
amplius omnibus est: ipsiꝰ xp̄i relucet exẽ/
plũ: qui in euangelio ait. Uenite ad me oẽs

qui laboratis ⁊ onerati estis. ⁊ ego reficiam vos. tollite iugum meū super vos ⁊ discite a me: q̄a mitis sū ⁊ humilis corde. Si periculosum est imitari illos de quib⁹ dubitas an imitādi sint: hūc certe imitari tutissimū est atq̄ eius vestigia insequi: q̄ dicit. Ego sum via veritas ⁊ vita: Nunq̄ errat imitatio q̄ seq̄tur veritatem. Et infra. Auferātur peccādi feda solatia: nihil omnino agim⁹: q̄ nos p̄ multitudinis exempla defendim⁹: ⁊ ad cōsolationē nostrā aliena sepe mirantes vitia: deesse nobis dicimus quos debeamus seq̄ Ad illius exemplū nitamur quē omnes fatemur imitandum. Atq̄ ideo precipua tibi cura sit legem noscere diuinam: per quam possis quasi p̄sentia cernere exempla sanctorum. hec ille.

Sexta cathena vocat̄ dlectabilitas. Adeo enim in multis caro spiritui dominatur. adeo oblectamentum mundi et carnis ab ipsis amatur ⁊ peccatorū carnis species fantasie imprimitur: adeo diabol⁹ suis deceptionibus super ipsos dominatur: ut quotiens recordantur si penitere volunt: non amplius debere delectari ut hactenus delectati sunt aliam vitam minime esse putantes: in placibilibus huius miserrime vite licet cum offensis multis: ⁊ scelerib⁹ quasi in sua beatitudine conquiescūt Qua de re ne huiusmodi oblectamenta dimittāt: de eorum peccatis penitentiam nō solum sumere renuunt: verum etiam ut mūdo isto gaudeant: de peccato in peccatum ludendo discurrunt. ¶ Ad quam dissoluēdam primo occurrit illud Hieronymi. Facile cōtemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum. Cogitate ergo mortem o iuuenes: sepe horam eius ad mentem reuoluite. q̄a mūdi delectationes toto conamine spernetis. Ad hanc vtiq̄ dissoluendā plurimum valet memoria passionis xp̄i: quod d̄ seipso testatur hieronymus dicens in ep̄la ad Eustochium. Quia impossibile ē ī sensu hominis non irruere motum medullarum calore: ille laudatur: ille predicatur beat⁹ qui statim ut ceperit cogitare interficit cogitatus et allidit eos ad petram. Petra āt erat christus. Et q̄ hoc sit verum ī seipso p̄basse fatetur ibidem dicens. O quotiens in heremo constitutus ⁊c̄. usq̄ ibi. in odorē vnguentorum tuorum curremus.

Septima cathena uocat̄ timiditas. Dicit enī intra se insensatus peccator diabolica suggestione decept⁹ Quid enī p̄dest cōfiteri? Quomodo potero ī bonis inceptis perseuerare: ⁊ a peccato ī futuꝝ me abstinere? Iteꝝ incidā ī illa. ⁊ sic nihil p̄dest pnīa acta: Et sic huiusmodi timiditate cathenat⁹ nō resurgit: Ad quā dissoluēdā mouet̄ vna pulchra q̄stio vtilis ⁊ iaudita. Si peccata semel dimissa p̄ veram penitentiā nō dico falsam: quia sic nō oportet dubitare: possunt redire tam quo ad numerum q̄ quo ad culpam: per sequens peccatū mortale commissum. Probatur primo q̄ sic. per illā parabolam scriptam Math. 18. Ideo assimilatum est regnum celorum homini regi: qui uoluit rationem ponere cū seruis suis. Ubi habetur q̄ rex ille seruum suum inueniens debitorem decem milium talentorum. ⁊c̄. dic totam historiam: Sic ⁊ pater vester celestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisq̄ fratri suo de cordibus vestris. Quod nō est aliud dicere: nisi q̄ deus qui nobis penitentibus multa peccata dimisit: et q̄ si nos proximo nos offendēti vtiq̄ non dimittimus: illa eadem peccata ab eo nobis dimissa iterum sunt nobis ab ipso imputata ⁊ punita. q̄a simili est in omnibus aliis peccatis. Quod etiam probatur per Augustinum in libro de baptismo contra donatistas dicentem. Redire dimissa peccata vbi fraterna caritas non est apertissime dominus docet de illo seruo quem cum dominus inuenisset debitorem decem milium talentorum deprecanti omnia dimisit. Ille autem conseruum suum qui ei debebat centum denarios suffocabat. Et cum misericors non fuisset iussit eum dominus reddere quod ei dimiserat. Unde Ambrosius super epistolam ad Ephesios. 5. c. ī glo. ⁊ ponitur a magistro sententiarum ī. 4. di. 20. c. i. vide ibi. Donate inuicem si alter in

alteram peccet: alioquin repetit dimissa. Si eīz in his contemptus fuerit.s. dominus sine dubio reuocabit sententiā per quaz misericordiam dederat. Hoc idem dicit magister in.4.di.22.c.i.ꝛ habetur de pe.d.4.c. cōsiderandū. vbi dicit Gregorius in.4.dialogorꝫ. Ex dictis euāgelicis consistit: ꝙ si non ex corde dimittimus quod i nos delinquit: illud rursum exigitur quod iam nobis per penitētiā dimissuz esse gaudebamꝰ. Sz contra. Oppositūz pz per Aui.3.sue meth. 4.c.qui ait. Quod annihilatū est non reducitur. Sed cū peccatum remittitur annihilatur. ergo ꝛc̄. Exēplū habes de beato Augustino: qui vidit in manu diaboli librū in q̊ scriptum erat ꝙ beatus Augustinus dimiserat confessionez. Qui statim confessus respexit librū ꝛ nihil inuenit scriptum. Similiter de seruo qui fecerat adulteriū cū vxore domini sui: Cuz autem vellet dominus suꝰ per quendam incantatorē certificari: seruꝰ hoc sentiens confessus est peccatū suum: et diabolus interrogatus respondit de hoc se penitus nihil scire. Itē de vxore cuiusdam que cōmisit adulteriū: ꝛ cuz exprobraretur a viro suo. illa prorsus negabat. Tunc dixit vir eius ꝙ si teneret ferrum ignituz in manu sua sine lesione crederet ei. Que cōfessa est peccatum suuz: ꝛ postea deo volente tenuit presente viro ferruz ignitum in manibus suis absqz lesione. Preterea nullū successiue corruptuz potest redire idē numero. aliter duo cōtraria possent esse simul vera: quod est falsum. Non enī hora preterita potest reuerti: nec aliquod prolatū verbū: nec reliqua successiua. Ex his.g̊ cōtrarietatibꝰ oritur p̄dicta questio. Ad quā respondendū est ꝓm sniam doctoris subtilis Joh. Scoti. ī 4.di.22.q.i. ꝙ peccatuz dimissum siue originale: siue veniale: siue mortale idez numero redire nō potest q̄tum ad culpam.i. ꝙ si post penitentiā vnum peccatuz mortale cōmittat̄: propter quod anima damnet̄: soluz de illo punietur: ꝛ nō de alijs.s. per penitentiam dimissis. O penitentia sancta quāta ē bonitas tua: ꝛ efficacia. De qua bene ꝓpheta Ezech.c.18. dicit. Si impius egerit penitentiam ꝛc̄. Et concluditur ꝙ omniuz iniquitatum suarum non recordabor. Ratio huiꝰ positionis est ista: quia secundū sententiam omnium theologoruz in.4. sententiarū dis. 44. vbi loquunt̄ de resurrectiōe nulla res annihilata potest redire eadē numero nisi ꝑ diuinaz potentiam. Tunc sic per sententiā omnium theologoruz in.2. sentētiarum. di. 34. Deus non est causa alicuius peccati. qa hoc non esset facere: sed potiꝰ deficere. Q̄d absurdum est in deo ponere. Unde Augu. in li.83. q̄onum.q.3. Deo auctore non fit homo deterior. Restat ergo ꝙ peccatum per penitentiam dimissuz: ꝛ totaliter annihilatum. aliter redire non potest nisi per diuinā potētiam. Et hoc est impossibile vt probatum est: ergo peccata dimissa non possunt amplius redire. Facienda est ergo penitentia: nec recidiuatio timenda est propter rationem iam dictam. Dicas ergo ad parabolam: ꝛ ad auctoritates iam adductas secundum Ric. vbi supra in responsione primi argumenti: ꝙ pro tanto in illis auctoritatibus peccata dicuntur redire: quia per sequens peccatum culpa grauatur. Si eīz mihi peccanti cōtra te īdulsisti: ꝛ postea cōtra te pecco: ex hoc istud peccatum grauiꝰ redditur. Hinc est ꝙ predictus doctor vbi supra.q.5. querit. Si maior est ingratitudo in casu ab innocentia q̄z in casu a vera penitentia: quia ex his predictis sequit̄ ꝙ maior sit ingratitudo in casu a vera penitentia quia peccatum sequens grauatur per peccata dimissa prius per penitentiaz. Sz peccatum in quod cadit homo ab innocentia: per nullum aliud peccatum precedens aggrauatur. Ad hoc respondet ipse doctor dicens: ꝙ gratiarum actio duo respicere debet scilicet quantitatez doni. ꝛ gratuite donationis modum. ¶ Respiciendo autem ad quantitatem doni magis est ingratus innocens peccando q̄z penitens: quia ceteris paribus maius donum est seruare hominē ne peccet: q̄z illi qui peccat indulgere. Ceteris enim paribus nobilior status est innocētie q̄z penitentie. Sed considerando modum gratuite donationis magis est ingratus penitens cum peccat: q̄z innocens: quia quanto magis qs elōgat̄ a d̄bito recipiēdi b̄n̄fici

um:tanto est modus donationis magis gratuitus cũ beneficiũ sibi confertur. Magis autem elongatur a receptione gratie quantũ est ex parte sua ille qui peccauit: quam ille qui non a gratie conseruatione. Omnibus tñ cõpensatis si cõpensetur aggrauatio que est in sequenti peccato propter precedentia iã dimissa: maior est ingratitudo cadere a vera penitentia quam ab innocentia. Et ideo dicunt doctores quod peccatoribus recidiuantibus propter eorũ ingratitudinẽ debet maior pena imponi: quia peccatum eorum grauius. Et sic habent intelligi predicte auctoritates: et nõ aliter. Faciamus ergo penitentiã nec timeamus recidiuare: quia ex assumpta penitentia inimicus factus est debilior. et ideo minime timẽdus est quia secundũ Hiero. Parũ timẽdus est hostis: qui nõ põt vincere nisi volentẽ. Insuper secure cõsciẽtie libertate homo fit robustior contra insidias diaboli tanquam fortis armatus et a carcere liberatus: quia pnia est armatura dei: de qua ad Eph. 6. apostolus ait. Induite vos armaturã dei vt possitis resistere aduersus insidias diaboli. Preterea penitentiã agens fit particeps omniũ custodiẽtiũ mandata dei: iuxta illud ps. Particeps ego sũ omniũ timentiũ te: et custodientiũ mandata tua. Appropinquat enĩ dñs penitẽtibus protectiõe et illuminatiõe. iuxta illud ps. Dñs illuminatio mea et salus mea: quẽ timebo? Dñs protector vite mee: a quo trepidabo? quasi dicens. non a diabolo: nec ab aliqua potentia. Et Job .28. Pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Quasi dicat. Non curo Et ad Ro. 8. Si deus pro nobis quis cõtra nos? O xpiani. o mundi amatores: o tardi: o pigri. Ad penitẽtiã ad penitẽtiã dico conuertimini. Faciamus penitẽtiam: quia dñs defẽsor et protector noster est contra insidias diaboli: et tẽptationes inimici. Et sic patet ista cathena.

Octaua cathena vocatur presumptuositas. Presumũt enim peccatores de misericordia dei dicentes quod male viuendo deus miserebitur sui. Quod est dominum iudicare iniustum: necnõ blasfemare eum: sicut in persona taliũ ps ait. Nõ iudicabit deus nec itelliget deus Jacob. Cõtra quos dicitur Eccle. 5. Ne dicas miseratio dñi magna est: quia de spe ruces in presũptiões temerariã et superbã et absque timore in peccatis firmã faciens habitationem. Ad quam cathenam dissoluendã queritur ista questio. Utrũ in deo sit iustitia. Et videtur quod nõ: quia quicunque facit omnia pro libito sue volũtatis: nõ secundum iusticiam operatur. Sed sic dicit apostolus ad Eph. i. Deus oĩa operatur secundum consilium sue voluntatis. Nõ ergo iusticia debet ei attribui. Preterea actus iusticie est reddere debitũ. Sed deus nulli est debitor. ergo deo nõ spectat iusticia. Sed contra hoc obijcitur. Tota natura clamat deũ esse iustissimũ. Nam apostolus. 2. ad Timot. 4. dicit quod deus est iudex iustus. Sed nõ est iudex iustus in quo non est iusticia. Ergo etc. Et ps. ad dominũ clamat. Justicia plena est dextera tua. Et alibi. Justus dñs. Ad hanc quõnem rñdet Tho. in. i. parte. q. 21. arti. i. Et Ric. in .4. di. 46. arti. i. q. i. dicit quod duplex est spẽs iusticie. Una cõmutatiua. Alia distributiua Prima consistit in mutua datione et acceptione: vtputa emptione et venditione: et alijs cõmutationibus. Et hec dicitur ethi. 5. Justitia cõmutatiua. Et hec nõ põt esse in deo: quia nullus dedit ei tantũ quod mereatur vt illi retribuatur. Unde apostolus ad Ro. 2. c. Quis prior dedit illi et retribuatur ei? Quasi diceret nullus. Secũda cõsistit in distribuendo: secundum quã aliquis gubernat vel dispẽsat: datque vnicuique secũdũ dignitatẽ suã. Sicut ergo ordo congruus familie vel cuiuscũque multitudinis gubernate demõstrat huiusmodi iusticiam in gubernante: ita ordo vniuersi qui apparet tã in rebus nãlibus quam in rebus voluntarijs demonstrat iustitiã dei. Unde dicit Dio. c. 4. de diui. no. Oportet videre verã esse dei iusticiam quod oibus tribuit. Preterea secundum vniuscuiusque existẽtiũ dignitatẽ: et vniuscuiusque nãm natura in proprio saluatur ordine Et sic patet quod in deo est iusticia distributiua que distribuit bonũ et malum: penam et gloriam. Dicas ergo ad argumẽta in oppositũ secundum Tho. vbi. s. quod quamuis deus operetur oĩa secundum cõsiliũ sue voluntatis: tñ hoc non obstat quin operetur secundũ iusticiam: quia ĩpossibile est quod deus nollet quod rõ sue sapiẽtie dictat. Que quidem est sicut lex iusticie: secundum

quā eius volūtas recta ꝛ iuſta ē. Uñ qđcū
qȝ facit ſecūdū uolūtatē ſuā iuſte facit: ſicut
illud qđ ſecundum legē facim⁹ iuſte facim⁹
Sed nos ẜm legē alicuius ſuperioris: deus
autē ſibiipſi eſt lex. Ad aliud ꝟo dicas ẜm
Ric. in rñſione quarti argumenti. ꝙ ꝛ ſi d-
us nulli creature debitor ſit ex recepto: ta-
men debitor eſt ex promiſſo. Promiſit eniȝ
gloriam dare benefacientibus. Nulli tamē
ē debitor niſi ğa voluit. Si auteȝ queratur
quare vult: nō reſpondeo niſi ğa vult: quia
voluntas ſua ē cā prima. Et ſic patet predi-
cta qō. Noli ğ p̄ſumere de miſericordia dei
quia tantū ē iuſtitia quantum miſericordia
Uñ Grego. ait. Miſericordiā dei debem⁹
erubeſcere: ſi iuſtitiā eius nolum⁹ formida-
re. Et Hiero⁹. Magna eſt miſericordia dei
imo maior ꝙ̄ credim⁹: ſȝ nō minoꝛ ē iuſtitia
Et idem Hiero⁹. Potius iuſtitia eſt timen-
da: ꝙ̄ miſericordia ſine penitētia pꝛeſumen-
da. Uñ Deut. c. x. dicitur. Deus magnus et
potens ꝛ terribilis: qui perſonam non acci-
pit nec munera. Et Job. 9. dr̄. Si iuſtifica-
re me voluero os meum cōdemnabit me: ꝛ
ſi innocentem me oſtendero prauum me cō
probabit. Itē pꝟ. 6. c. Zelus et furoꝛ viri ñ
parcet in die vindicte nec acquieſcet cuiuſꝙ̄
precib⁹ nec recipiet pro redemptione dona
plurima. Et ibidem. x. c. dicitur. Nō prode
rūt theſauri impietatis in die vltionis. Pro
pterea dñs per Eſa. loquitur. 47. c. biſ pꝛe
ſumptuoſis d. Reuelabitur ignominia tua
ꝛ videbitur oppꝛobꝛiū tuuȝ. vltionē capiā:
et ñ reſiſtet mihi homo. Et per Hiere. 48. c.
ait. Cor foꝛtium Moab erit in die illa ſicut
cor mulieris parturientis. Et per Ezech.
7. c. Et Sophonie. i. ait Argentum eorum
et aurū eorū nō poterit eos liberare. Sed
penitentiam age: quia non poterit deus iu
ſtitiaȝ p̄terire. Et ſic patet cathena octaua.

Nona cathena ꝛ vltima vocatur lō
ganimitas. Pleriqȝ peccatores mi
ſeri ſūt: q uitā noſtrā coꝛporalē nun
ꝙ̄ finem habere credunt. Dicunt enim ītra
ſe. Gaudeam⁹ ꝛ epulemur: foꝛtes ꝛ diuites
ſumus: quis nobis male facere pōt? Cōtra
quos ē ſcriptura ſacra: experiētia expreſſa:
ꝛ euangelii parabola. Scriptura ſacra di-
co: quia. Jac. 4. c. ſcribitur. Que eſt uita no
ſtra? Uapor ad modicū parens: ꝛ deinceps
exterminabit. Et. Job. iȝ. dicit. Homo na-
tus de muliere breui viuens tempore ꝛc̄.
Et. c. zo. ingt. Gaudium peccatoris ad iſtar
pūcti. Si aſcenderit vſꝙ̄ ad celos ſuperbia
eius: ꝛ caput eius nubes tetigerit quaſi ſter
quilinium in fine perdetur. Et Dauid in p̊s.
Uidi impium ſuperexaltatum et eleua-
tum ſicut cedrus libani. ꝛc̄. Et dominus in
euangelio tales cōmonet. d. Math. z5. Ui
gilate. neſcitis enim qñ dñs veniet ſero: an
me dia nocte: an gallicātu: an mane. Ne cū
venerit repēte īueniat vos dormiētes. Se-
cūdo contra ipſos exclamat experiētia: ğa
videmus iuuenes mori: ꝛ frequētius ꝙ̄ ſe-
nes. Noui ego iuuenē militē: dñm terraruȝ
multarū in paucis dieb⁹ morte repētina de
ficientem. Cū ī quada ciuitate predicarem
vidi dominā filiā militis cum ſonitu tubarū
ꝛ magnis pompis ad nuptias euntem vno
die dominico: ſed in alia hebdomada ſequē
ti cum lachrymis ad tumulū ſociata eſt. O
iuuenes effrenati. o iuuenes inſenſati. o iu-
uenes qui felicitatem ponitis in rebus ve-
ſtris ꝛ tranſitoriis: emendate vos dico: quia
neſcitis utrum vſꝙ̄ ad horam eritis viui.
Emendate vos dico: quia videtis experiē-
tiam quottidie. Et ſic videm⁹ vbiqȝ: quoſcū
qȝ in iuuentute. vel in media etate: uel ſene
ctute mori. ¶ Tertio clamat euangelii pa-
rabola cōtra predictos viuere ſperantes:
que ſcripta eſt Luc. iz. de illo diuite qui ani
me ſue dicebat. Anima mea multa habes
bona repoſita in annos plurimos: requie-
ſce. comede: bibe ꝛ epulare. Cui dixit deus
Stulte hac nocte animam tuam repetent
a te. Que autem paraſti cuius erunt? Ideo
infert dominus. d. Eſtote parati quia qua
hoꝛa non putatis filius hominis veniet. Et
ſic patet qualiter diſſoluit̄ iſta cathena ter-
ribilis ꝛ amara. Rogemus ergo deum oī-
potentem: ut concedat nobis gratiam: pre-
dictas ſoluendi cathenas: ut hic gratiam et
in futuro gloriam ab eo conſequamur: qui
viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sermo de spe bona.

GUstate et videte: qm̄ suauis ē dn̄s: beatꝰ vir qui sperat in eo. ps. 33. Statuerūt multi ceco errore inducti nihil aliud querere ⁊ desiderare ꝗ̄ bona breuissima huiꝰ seculi: ⁊ res pituras mūdi. Qui si saperēt ⁊ intelligerent: ꝗ̄ multa ⁊ magna promisit dn̄s diligentibus se: hec omnia terrena ⁊ caduca velut stercora reputarēt. Sed ut oēs ad regnū celorū erigere valeāt affectꝰ suos: in presenti sermone tractandū est de virtute spei. Uerba aūt ꝓposita possūt dici in persona ciuium celoꝝ: qui dicūt. Gustate ⁊ vos mundani ⁊ videte quoniam suauis est dn̄s. scʒ amicis suis: quibus tā ineffabilia bona largitur. Beatus uir qui sperat ī eo. In quibus tria mysteria ꝯcurrunt cōtēplanda. vʒ.

¶ Primum de sua diffinitione.
¶ Secundum de sua distinctione.
¶ Tertium de sua fructificatione.

PRimo cōtēplemur spei diffinitionē vbi estuidendū quō a doctoribus diffinitur. Notādū aūt ꝙ a doc. tres diffinitiones assignantur ¶ Prima ē magistri. 3. sen. di. 27. sic. d. Spes est virtus qua spūalia ⁊ eterna dona sperāt. zᵃ ē glosatoris Pauli Aymonis. Ro. 5. sic. d. Spes est certa expectatio future beatitudinis ꝓueniēs ex meritis ⁊ grā dei. 3ᵃ ē Aug. d. Spes ē uirtus q̄ quis se ad id qđ credit ꝓuētuꝝ ꝑsumit. Circa aūt istas diffinitiones mōstrāde sunt tres regule: quarum:

¶ Prima dicitur possibilitas.
¶ Secunda dicitur uarietas.
¶ Tertia dicitur veritas.

¶ Circa primā querit: vtrū possibile sit hoī viatori spare beatitudinē sēpiternā. Et videtur ꝙ nō. qa dicit Aug. Inuisa diligere possumꝰ: īcognita nequaꝗ̄. Sʒ nō cognoscimus beatitudinē: qa trāscēdit intellectum sicut oculum sol. iux̄ illud. i. Cor. z. Oculus n̄ vidit: nec auris audiuit nec ī cor hoīs ascēdit. ergo nec diligit nec speratur. Sicut solent quoq̄ sensuales dicere. Quis vidit ꝑadisum? Quid possumꝰ scire de illa beatitudine. cū nihil videāmꝰ nisi tꝑalia bona? Hic faciamꝰ ꝑadisū. Hic ꝯstituamꝰ finē nr̄m. Quibꝰ sic doc. rn̄dēt. Et ꝑ āgelicꝰ doc. Tho. zᵃ. z q. 17 et. i. z. q. 5. ⁊ Bon̄. i. 4. di. 46. ⁊ Sco. ⁊ Ric. ī eodē loco. ꝙ vera btītudo pōt dupliciť ꝯsiderari. s. ī gn̄āli ⁊ ꝑticulari. Si ꝯsiderať ī generali inq̄tū ē bonū sufficiētissimū cognoscibile ex se: Dico ꝙ oībꝰ ē nota: qa qlibʒ scit qd ē bonū ⁊ qd ē sufficiētissimū eē. In ꝑticulari vo īq̄tū ꝯsistit in clara visioē dī: dico ꝙ n̄ ē cognoscibile illđ bonū: qđ dn̄s largiť scīs suis. Nullꝰ nāq̄ posset cogitare nullus audire ꝗ̄ excellens sit et sublimis glīa illa. Oīa. n. bōa tꝑalia nihil sūt respcū illiꝰ. Que oīa ꝓbari pn̄t exēplis scōꝝ: qbꝰ illud narrādū occurrit: qđ Aug. narrat ī epl̄a ad Cirillū đ trāsitu btī Hiero. vbi ait. Sʒ ut merita btīssimi Hiero. n̄ lateāt: qd mihi dīna clemētia ānuēte ī ipso sui obitꝰ die accidit enarrabo. Eadē nāqʒ die ⁊ hora q̄ exutꝰ putredie atqʒ īmūditie carnis toga Hieroꝰ scūs vestimētū ꝑpetue īmortalitatis ⁊ īestimabilis glīe ⁊ leticie īduit: positꝰ ī cellula mea gescēs auide cogitās q̄lis īesset aīabꝰ btōꝝ q cum xp̄o gaudēt glīe ⁊ letitiaꝝ quātitas: cupiēs īde ex hac mā breuē cōponere tractatū: ꝑcibꝰ īpulsus nr̄i Seueri quōdā venerabilis Martini turonen̄. ep̄i discipuli charta et calamo: pugillariq̄ ī mabibꝰ susceptis breuē volēs scribere epl̄am scīssimo Hiero. destinādā: vt qcqd de h̄ sētiret: rn̄dēt. Sciebā enī ī tā difficili q̄ōne a nullo alio uiuētium me posse euidētiꝰ edoceri. Cū iā īciperē salutatiōis exordiū Hieroꝰ. ineffabile subito lumen nr̄is inuisū tꝑibꝰ nr̄isq̄ʒ līguis minime declarandū cū īeffabili īauditaqʒ celorum fragrantia cellulam in qua stabam intrauit iam hora completorii. Quo a me viso: stupore admirationeq̄ commotus: animi ⁊ membrorum virtutes amisi. ¶ Nesciebam enim tūc ꝙ dextera dei exaltasset seruum suum: notas faciens in populis virtutes suas. ¶ Nesciebam etenim ꝙ deus antique miserationis seruum fidelem a carnis inmunditiis soluisset: et tam sublimem ei in celo sedē parasset. Nesciebam certe inuestigabiles vias dn̄i: nesciebam thesauros infinite dei sapīe et scīe. Secreta et occul/

ta dei iudicia nõ cognoscebã:qm̃ quos vult facit ineffabili sapiã ad sui cognitionẽ veni re:Quos aũt vocat p̃destĩat iustificat ⁊ btĩ/ficat ꝓut decreuit cõuenire. Itaq̄ q̄ talez mei oculi nunq̄ ꝑsenserãt lucẽ:talẽ olfatus meus odorẽ nõ senserat.tã nouis:tã inaudi tis signis obstupebã. Int̃ hec ĩ me cogitati/bus ꝑstrepentib⁹ qd hoc eẽt:de luce dicens v̄ba vox emicuit. Augustine Augustine qd queris? Putas ne in breui ĩmittere vascu/lo mare totũ:breui includere pugillo terra/rũ orbẽ:celũ firmare ne vsitatos exerceat cursus? Que auris nulla ꝑsonũ hausit:au/diet tua? Que oculus nullius hominũ vide re potuit tu⁹ videbit? Que cor hũanuz nul latenus ĩtellexit:nec ẽt cogitauit:existimas te posse intelligere? Infinite rei quis erit fi nis? Poti⁹ totũ mare ĩ artissimo clauderet vasculo:potius terrarꝫ orbẽ paruulus tene ret pugillus:potius a motu cõtinuo celum desisteret:q̄ gaudiorꝫ ⁊ glorie quib⁹ beato rũ aĩe sine fine potiunt̃ minimã intelligeres particulã:nisi vti ego vera expiẽtia docere ris. Et sequit̃ ad hec. Ego stupẽs pauore ad miratione tam inuisa:pene amens:oĩ q̃si vi gore carens his verbis aliqualez sumẽs au daciã tremebunda voce dixi. Fas vtinam mihi foret.quis tã felix es ⁊ gloriosus:q taz honorifice ad illa ꝓperas gaudia:q taz dul cia eloqa faris meo gutturi non ambigere. At ille. Nomẽ inqt meũ queris? Hierony/mi illi⁹ presbyteri cui transmittendã ep̃lam iam scribere incepisti sum aĩa:q̃ in hac hora in bethleẽ Iude:carnis onere deposito cũ xp̃o oĩq̄ celesti comitata cohorte:decorata pulchritudine:oĩ illustrata splendore:illo ĩ/duta ĩmortalitatis deaurato vestimẽto:cir cũamicta oĩum bonorꝫ ⁊ gaudiorꝫ varieta/te:sonorꝫ oĩuz:triũphali cũ diademate coro nata:⁊ oĩ btĩtudine et felicitate vallata:tã gl̃iose tã ĩeffabilit̃ ꝑgo ad regna celorꝫ sine fine mãsura. Nullũ.n.glorie expecto defe/ctũ:sꝫ augmẽtum.sed iterũ iungar corpori glorificando:⁊ nullatenus morituro sꝫ gl̃iã quam nũc solã habeo habitura in illa.s. vni uersali carnis resurrectione cũ xp̃o. Et seq/tur infra. Placeat autẽ voluntati tue aliq̃ mihi interroganti r̃ndere. Quid optas dici

to:me oĩ volũtati tue scias r̃nsurã. Uellem inquaz ĩtelligere vtrũ btõrꝫ aĩe quedã vel/le possint q̃ obtinere nequeãt. At illa. Unũ Augustine noueris q̄ scõrũ aĩe in illa et̃na gloria ita sũt solidate ⁊ firmate ĩ deo q̄ nul/la sibi inest alia voluntas nisi dei in q̃ nihil velle aliud p̄nt nisi que de⁹ vult:iõ que vo/lũt obtinẽ p̄nt. Eteni quecũq̄ volunt deus vult ⁊ adimplet. Nemo quippe nostrũ suis fraudat̃ desideriis:quia nihil preter deũ ali quis nostrũ optat. Qm̃ v̄o semꝑ vt volum⁹ in deo habemus.nostra semꝑ desideria sũt plenissime adimpleta. Uale. Isto g̃ modo nullus viuẽs põt cognoscere altitudinẽ glo rie scõrꝫ. Tñ nõ est paruipendendũ tale bo/nuz:q̄ fatuus eẽt qui nihil crederet nisi qδ videret. Nam multi carnales ⁊ sensuales: qa non viderũt scõrum gloriã illã negant ⁊ ꝑuipẽdũt. De qbus ait Greg⁹.4.dial̃.in ꝓ/logo. Carnales quiq̄:qa ĩuisibilia illa scire non valent ꝑ expimentuz: dubitãt vtrum ne verũ sit qδ corꝑalibus oculis non videt̃ Itaq̄ ponit exẽplum de muliere pregnãte ⁊c̃. Applica figurã.que habet̃.3. Reg.x.c.δ regina Sabba:q̃ audita fama Salomonis ⁊c̃.dixit coram rege. Beati viri tui:⁊ beati serui tui hi qui stant coram te semper:⁊ au/diunt sapientiã tuaz. Glo. Regina admirã/do in laudem Salomonis erupit.di. Beati viri tui.⁊c̃. Uere beati sunt quorum rex est christus:et qui eterna eius visione perfrui merent̃:⁊ gloriã quam habent cum patre ⁊ spũ scõ cõspicere:⁊ sapientiã quam mundis corde se oñdit perpetualiter ꝑcipere letant̃ hec ille. Et oĩa que dicta sunt.de particula ri cognitione dicta sunt ⁊c̃. Sed considerã/do beatitudinẽ in generali:omnes possunt illã appetere:qa ad h̄ nãliter mouent̃.ut ait Aug⁹.13.de trini.c.i. Oĩum certa sẽtẽtia ẽ q ratiõe quoquo mõ vti p̄nt beatos esse oẽs homines velle. Et eodẽ.li.c.29. Nã indidit nobis:ut beati ĩmortalesq̄ esse cupiamus. Qδ ꝓbari põt ꝑ id qδ dicit Ar.3.topi. Ma ximũ bonũ oẽs maxime appetũt. Et Boe/ti⁹.3.de cõso. Oĩs mortaliũ cura quã mul/tiplicium studiorũ labor exercet:diuerso q/dẽ calle procedit:sed tñ ad vnum beatitudi nis finẽ nititur peruenire:quo adepto nil

aliud deſiderare queat. Hec ibi. Oēs igiꝛ̄ i exercitijs ⁊ laboꝛibus nil aliud querūt q̄ꝫ aliquod bonū in quo poſſint letari ⁊ quieta ri. Et qm̄ multi credūt illud bonū eſſe in di/ uitijs: multi in honoꝛib⁹: multi i magnificē/ tijs ideo ibi cōſtituūt finē ſuū. Qui tn̄ poſſūt cognoſcere erroꝛē ſuum triplici ratione

Primo rōne coītatis. 2° rōne inſatiabili tatis. 3° rōne exēplaritatis: Primo rōne coītatis pōt quis cognocē i nullo tpaliū bo/ noꝝ eſſe beatitudinē iſtā. Nam cū beatitu/ do ſit quoddā ens p ſe bonū: nō cōpatiꝛ̄ ſecū aliqđ malū ſm Tho. 2ª 2. q. 2. Sꝫ oīa bona tpalia ſunt coīa bonis ⁊ malis. Jdeo i ipſis nō eſt vera btītudo. Quis nāqꝫ tam excoꝛs eſt ut non iudicet eſſe malos homicidas: la/ trones: ꝟſipelles ⁊ ſimiles? Et tn̄ hi ſepe h⁹ mūdi bona habēt. Jniqui ⁊ mali ſūt diuites ⁊ c̄. Jdeo ait Aug⁹. i. de ci. dei. c. 8. Placuit quippe dīne ꝓuidētie pꝛeparare in poſterū bona iuſtis: qb⁹ nō fruenꝛ̄ iniuſti. ⁊ mala im/ pijs: quib⁹ nō excruciabunꝛ̄ boni. Jſta vero temporalia bona ⁊ mala vtriſqꝫ voluit eſſe coīa: ut nec bōa cupidi⁹ appetāt: q̄ mali q̊qꝫ habere cernūꝛ̄ nec mala turpiter euitēt: qb⁹ ⁊ boni plerūqꝫ afficiūꝛ̄. Jnꝛ̄eſt aūt plurimū qualis ſit vſus uel carū rerū q̄ ꝓſpere uel eaꝝ que dicūꝛ̄ aduerſe. hec ibi. Sed ut for/ ti⁹ dicam⁹. Quid pōt dici in hoīe ſūmū bo/ nū qđ belue ⁊ bruta participant. Jdeo ait Lactan. 3. dinaꝝ inſti. aduerſus gentes. Cū de officio hoīs agaꝛ̄ opoꝛtet ſūmū ſūmi aīa lis bonū in eo conſtitui: qđ coē cū alijs ani/ malib⁹ eſſe nō poſſit. Sꝫ ut feris dentes: ar mentis coꝛnua: volucrib⁹ penne ꝓpꝛie ſūt: ita hoī ſuū aliquid debet aſcribi: ſine quo rō nem ſue cōditiōis amittat. Naꝫ qđ viuendi aut generandi cā datū ē omnib⁹ quidem ē bonū naturale. ſūmū tn̄ nō eſt niſi qđ eſt vni cuiqꝫ generi ꝓpꝛiū. hec ille. Nec etiā bona aīe ſūt hoīs beatitudo. vtputa ſcīe ⁊ ꝟtutes: qa nec iſta p ſe acquirūꝛ̄ ſed ꝓpter aliud. Un de Lactā. eodem loco ait. Qui ſcientiā ſū/ mū bonū facit aliqd hoī ꝓpꝛiū dedit: ſꝫ ſcīē tiā alteri⁹ rei grā hoīes appetūt nō ꝓpter ſeipſā. Quis eiꝫ ſcire cōtēt⁹ ē nō expetēs ali quē ſcīe fructū? Artes iō addiſcūꝛ̄ vt exer/ ceanꝛ̄. Exercēꝛ̄ aūt vel ad ſubſidia vite: uel ad voluptatē. uł ad glīā. hec ille. De ꝟtute aūt ꝙ non ſit bonū hoīs ſūmum: idē ſubdit: Supeſt etiā ut refellam⁹ q virtutē ipſā ſū/ mū bonū putauerūt. Jn qua opiniōe etiā Marcus Tulli⁹ i quo multa inconſiderate fuerūt. Non enim virtus ipſa ſūmū bonū: ſed effectrix ⁊ mrꝛ̄ ſūmi boni ē: quoniā ꝑueni ri ad illud ſine ꝟtute nō pōt. hec ille. 2° po teſt oñdi i nullo bono tēpoꝛali eſſe ſūmū bo nū rōne inſatiabilitatis. Eſt enī beatitudo ſꝫ Boñ. in. 4. di. 49. finis ſatians appetitū. Sꝫ nihil eſt i hoc mūdo qđ ſatiare poſſit ap petitū hoīs. nō diuitie nō honores: nō ma/ gnificentie. ⁊ ſimilia. g̊. ⁊ c̄. Jdeo ait Señ. in vna epłaꝝ ad Lucillū. Congeraꝛ̄ i te qcqd multi locupletes poſſident. ⁊ vltra priuatū pecūie modū foꝛtūa te ꝓuehat: auro tegat: purpura veſtiat. ⁊ ad hoc modus delitiarū ⁊ opū te ꝑducat ut terrā marmorib⁹ abſcō/ das. Non tm̄ tibi habere liceat ſed ⁊ calcare diuitias. Accedant ſtatue ⁊ picture ⁊ quic/ qd ars vlla elaborauit: maioꝛa his capere diſces. Naturalia enī deſideria infinita ſūt: ⁊ falſa opinione naſcentia: vbi deſinant nō habēt. h̄ ille. Exēplū patere pōt de Alexan dro magno: q poſtq̄ꝫ adept⁹ eſt q̄i totius mū di imperium: dicebat. Mundus nō ſufficit mihi. g̊ in iſtis nō eſt beatitudo: ſed in gloꝛia dei: ſicut ait pſal. Satiaboꝛ cū apparuerit gloꝛia tua. Et Aug⁹. li. cōfeſſionū. Redite ꝑuaricatoꝛes ad coꝛ: ⁊ inherete illi ſoli q fe/ cit nos. ſtate i eo: ⁊ ſtabitis: quieſcite in eo ⁊ requieſcetis. Quare itis in aſpera quoniam iſtud bonū qđ queritis vel amatis ab illo ē Tertio id pꝛobaꝛ̄ rōne exēplaritatis. Oēs nāqꝫ ſancti exhibēt nobis hui⁹ veritatis te/ ſtimoniū: qui nō ſolū huius mūdi vanitates ⁊ voluptates nō queſierūt: verū etiā ipſas aufugerūt vſqꝫ ad moꝛtē. Et hoc pꝛobatur duplici auctoꝛitate. Pꝛima eſt Pauli exem plificando de patribus veteris teſtamenti ad Heb. xi. ſic dicētis. Sācti p fidē vicerūt regna opati ſunt iuſtitiaꝫ adepti ſunt repꝛo miſſiōes. Obturauerūt oꝛa leonū extinxe/ runt ipetū ignis: effugarūt aciem gladij. cō ualuerūt de infirmitate: foꝛtes facti ſunt in bello: caſtra verterūt exteroꝛū. Acceperūt mulieres de reſurrectione moꝛtuos ſuos:

Alij autē distenti sūt: nō suscipientes redem ptionē vt meliorē iuenirēt resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti insuper et vincula et carceres: lapidati sunt: secti sūt: tēptati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierūt in melotis: et in pellibus caprinis egentes angustiati afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus erran- tes: i montibus et in speluncis: et in cauernis terre. hec ibi. Alia ē Rabani in sermone oīum sanctorū qui exēplificat de sanctis noui te- stamenti dicēs. Apostolis subiectū est triū- phale martyrum nomē: qui per diuersa tor mētorum genera xpi passionē nō lacescētib⁹ pcordiorum mentib⁹ imitabantur. Alij nanque ferro perempti. alij flāmis exusti: alij flagris verberati: alij vectib⁹ pforati: alij cruciati patibulo: alij pelagi piculo demersi: alii vi- ui decoriati alii vinculis mancipati: alii lin guis priuati: alii lapidibus obruti: alii frigo re afflicti: alii fame cruciati: alii vero trūcatis manibus siue ceteris cesis mēbris: specta- culum cōtumelie in populis nudi pter no- men dñi portauerunt. hec ibi. Quid dicam de xpo qui sp ōndit in hac vita nō esse bea- titudinē: et amaritudinē habuit vsque ad cru cis mortem: De quo Firmian⁹ Lact. 7. diui. insti. aduersus gentes sic ait. Pater noster ac dñs qui cōdidit formauitque celū q solem cum ceteris siderib⁹ induxit: q libratā magni tudie sua terrā vallauit mōtib⁹ mare circū dedit: amnibusque distinxit. et qcqd est i hoc ope re mundi cōflauit atque pfecit ex nihilo: per spectis errorib⁹ hoīum ducē misit q nobis iu sticie viā pāderet. Hunc sequamur oēs: hūc audiam⁹: huic deuotissime paream⁹: qm̄ so lus vt ait Lucreti⁹. Veridicis hoīum pur- gauit pectora dictis Et finē statuit torpedi nis atque timoris. Exposuitque bonū sūmum quo tēdim⁹ oēs. Quid foret atque viā mon- strauit limite puo. Quo possumus i id recto cōtendere cursu. Nec mōstrauit tm̄: sed etiam pcessit ne qs difficultatis gr̄a iter vtutis hor reret. hec ibi. Eleuent igit ex his cordis nr̄i studia ad cognoscēdū regnum celorum: et inflā ment affect⁹ ad amorē glie: qr ibi vere et pfe ctissime iocūda requies iuenit. Scda regu la monstrāda dicit varietas. In qua viden dū est que differentia sit inter fidem et spem: Respondet sm Aug⁹. in enchiridion: q est triplex. Prima quia spes nō est nisi bonarum rerū. fides vero malarum et bonarum. Secūda qa spes est futurorum tm̄. fides vero est futurorum preteritorum et presentiū. Tertia qa spes ē de bonis tm̄ sibi. fides vero de bonis tam sibi quam aliis. Tertia regula dicit veritas. In qua tres veritates notari possūt. Prima scdm s. Tho. 2ᵃ 2. q. 18. q in beatis nō est spes quia iam habēt quicqd volunt. Unde ad Ro. 8. Quod videt qs qd sperat: Et Aug⁹. x. de ci ui. dei. c. 25. ait. Spes enī que videt non est spes. Tāta ē enī in ipsis certitudo beatitudi nis q nullam spem habere cogunt. Si vero dicatur q sancti in patria expectāt resurre ctionē et corporum glorificationē. ergo sperāt. Respondet sm Boñ. q nec anime beatorum nec angeli pprie habent spem. Et ratio est: quia spes est expectatio pmii substantialis. Oēs aūt hi premiū substantiale habent: et iō carent spe proprie dicta. Alia est rō: quia spes habet annexam fidē. Fides āt cognitio enigmatica ē. Et qr claritas visionis diuine tollit oīa enigmata: per cōsequēs euacuat ipsā spē. Et ob hāc rōnē dicit q nec aīa nec angeli habēt spem. Potest tm̄ dici q lz i eis nō ponat spes proprie dicta. s. q est expecta tio premij substātialis: est tm̄ in eis spes lar- ge dicta p quacunque expectatione secūde stole et gaudii accidētalis. Secūda veritas ē. q in damnatis nō ē spes. Nam sm Tho. vbi s. sicut ad verā beatitudinē spectat vt aliqs certus sit de sue beatitudinis ppetui- tate: alioquin volūtas nō quietaret. Sic ēt perpetuitas pene cū pertineat ad penam. Non enī vere haberent rationem pene dā nati si perpetuitatē dānationis ignorarēt. Et hoc est quod dicit. Job. 15. Non credit. s. qui est damnatus: q reuerti possit de te- nebris ad lucē. Et si qs petat quare, respon det glo. Sicut. n. inuolut⁹ tenebris luce de sperat: sic etiā damnati desperāt vnque posse egredi de tenebris inferni. Tertia veritas est. q spes reperit in his qui sunt in purga- torio et in his qui sunt in hac vita. De his q sūt in purgatorio pz per magistrum senten- tiarū in. 4. d. Qr sācti patres felici spe igres

ſum ianue celeſtis expectabāt. Si ergo di/
ceretur ꝙ ipſi ſunt certi ꝙ non poſſunt dā/
nari ergo nō īdigēt fulcimēto ſpei. Dicēdū
ſm Bon̄. ꝙ hoc non ē propter aſſecutionez
glorie: ſed propter cōfirmationez liberi ar/
bitrii quod ē extra ſtatum merēdi: atqꝫ de/
merēdi. Et illa ꝯfirmatio nō euacuat ſpez.
Quis ponat extra ſtatum vertibilitatis li/
beri arbitrii. De his ꝟo qui ſunt in hoc mun
do dubiū eſt an ſpes poſſit eſſe in peccatori
bus. Uidetur eni ꝙ non: quia ſecunduz ma
giſtrū in. 3° di. 27. Sine meritis aliquid ſpe/
rare: non ſpes ſꝫ p̄ſumptio dici poteſt. Si di
cas. Oēs peccant et omnes ſperant. ğ ꝛc̄.
Reſpondet Bon̄. ꝙ quadruplicit̄ aliqs pōt
exire in actū ſperādi. Aut eni ſperat haben/
do merita in propoſito: in radice: ꝛ ī effectu
ſicut homo iuſtus qui diu dn̄o ſeruiuit. Aut
ſperat habendo merita in ꝓpoſito ꝛ in radi
ce: ſed nō in effectu. Sicut ille qui ante bo/
nū vſum virtutuz poſtq̄ʒ ſuſcepit grāz expe
ctat beatitudinez ꝛ per illam ſperat ſaluari.
Aut ſperat nō habendo merita nec in ꝓpo/
ſito: nec in radice: nec in effectu. ſicut ille q
facit malū: ꝛ perſeuerare intendēs credit ꝑ
ſolam miſericordiā ſaluari neglecta diuina
iuſticia. Primus actus ē ſpei iam formate ꝛ
exercitate. Secūdus formate ꝛ prio infuſe.
Tertius ſpei informis. Quartus preſūptio/
nis: quia preſumptio eſt cuz qs in malo ſine
emendatione ſperat poſſe ſaluari. Un̄ Gre.
Qui veſtigia xp̄i dedignātur ſequi: qua te/
meritate ſperant ad eius claritatis gaudia
peruenire: hec ille. Sꝫ ſi peccator diſpone/
ret ſe conuerti: lꝫ ſit peccator: tamē ſperare
pōt ꝛ debet vitā eternā. qꝛ vt ait Hiero. ad
Ruſticū monachū. Nihil ſic offēdit deū q̄ʒ
deſperatio. Et ſic patet primum principale.

Secundo contemplemur ſpei di/
ſtinctionem. Nam triplex ſpes po/
teſt diſtingui. videlicet.

¶ Prima dicitur bona.
¶ Secunda dicitur vana.
¶ Tertia dicitur falſa.

¶ Prima dicitur bona que eſt in deuz vel
ratione gratie: quia in omni neceſſitate ſpe/
rat homo gratiā a deo inuenire. vel ratione
venie: quia ſperat cōſequi veniā delictorū
ſuorū. vel ratione glorie: quia homo ſperat
omnē gloriā ſuam a deo. Et de hac dulciſſi
ma ſpe ait ſapiens Eccl. 2. Reſpicite filii na
tiones hominū: ꝛ ſcitote quia nullus ſpera/
uit in domino. ꝛ confuſus eſt. Et prouer. 16.
Qui ſperat in domino beatꝰ ē. Et p̄s. Bea
tus vir qui ſperat in domino. Et alibi. Bea
tus vir cuius eſt nomē dn̄i ſpes eius. Et p̄s.
30. In te dn̄e ſperaui. ꝛc̄. O q̄ʒ firmū ē ſtabi
limētum ſperare in domino. Uere nil in hoc
mundo ſecurius fieri poteſt. Secunda ſpes
dicitur vana. Et hec eſt illorum qui ſpez ſu/
am ponunt in vanitatibus mundi. Horum
itaqꝫ ſpes vana dicitur Joh. i. can̄. Mūdus
tranſit ꝛ concupiſcentia eius. Quid eſt eniz
ꝙ non in breui tranſeat et euaneſcat vt fu/
mus? O miſeria hūana audi quid de ſe ipſo
loquitur ſapiens Eccleſiaſtes. 2. c. Magni
ficaui opera mea: edificaui mihi domos: plā
taui mihi vineas: feci hortos et pomeria: et
conſeui ea cuncti generis arboribus: extru
xi mihi piſcinas aquaꝝ: vt irrigarem ſiluaz
lignorum germinantium. ¶ Poſſedi ſeruos
et ancillas: multamqꝫ familiam habui. Ar/
menta quoqꝫ ꝛ magnos ouiū greges vltra
omnes qui fuerunt ante me in hieruſalem:
Coaceruaui mihi argentum ꝛ aurum ꝛ ſub
ſtantiam regum ꝛ prouiciarum. Feci mihi
cātores ꝛ cātatrices: ꝛ delicias filioꝝ homi
num. Scyphos et vrceolos in miniſterio
ad vina fundenda: ꝛ ſupergreſſus ſum opi/
bus omnes qui fuerunt ante me in hieruſa
lem. Sapientia quoqꝫ perſeuerauit mecū:
et omnia que deſiderauerunt oculi mei nō
negaui eis. Nec ꝓhibui cor quin omni vo/
luptate frueretur: ꝛ oblectaret ſe in his que
preparaueram. Et hanc ratus ſum partem
meā ſi vterer labore meo. Cumqꝫ me cōuer
tiſſem ad vniuerſa opera que fecerant ma
nus mee. ꝛ ad labores in quibus fruſtra ſu/
daueram vidi in omnibus vanitatē ꝛ affli/
ctionez aı̄ ꝛ nihil ꝑmanere ſub ſole. hec ibi.
Exemplifica de ſenectute hoīs ꝛc̄. Jōo Cri
ſoꝰ omel. 6. ſup Joan. ait. Uanitas vanita/
tum inquit Eccleſiaſtes: ꝛ omnia vanitas.
Hunc verſiculum ſi ſaperēt qui in potētia

Salamon

Jo. Cris

versantur ĩ parietibus suis omnibus ꝛ vesti
buł scriberēt in domo ꝛ ĩ foro et ãte omnia
in conscientiis suis: ut semꝑ ꝛ id oculis cer/
nerent: ꝛ corde sẽtirent: Quoniam enĩ mul
te sũt rerum facies ꝛ imagines vane que de
cipiunt incautos: oportet istud carmen sa/
lutare quottidie: ꝛ in prandiis ꝛ in cenis: cõ
uenientibusqꝫ omnibus: vnũquẽqꝫ ꝓximo
suo canere libenter: ꝛ a proximo suo audire
libenter: quia vanitas vanitatum ꝛ omnia
vanitas. hec ibi. ¶ Tertia spes dr̃ falsa. Et
hec est illorum q̄ nũqꝫ credũt se esse moritu
ros. Uerificatur. n. de his illud Tulii de se
nectute dictum. Nemo ẽ tã senex q̄ non se
putet ꝑ annum posse viuere. Cui concordat
Hieronymus ad An. Nemo est sic fractis
viribus: ꝛ decrepite senectutis ut non se pu
tet adhuc ãnũ esse victurũ. Inde subripit
obliuio cõditionis sue: ut mortale aĩal iam
iamqꝫ soluendũ erigatur in suꝑbiam: ꝛ aĩo
celũ tangat. hec ille. Patet enĩ satis euiden
ter hanc spem esse falsam. Et sic patet secũ
dum principale.

Tertio contemplemur spei fructifi/
cationez. Possum⁹ ãt in hoc myste
rio triplicem spei fructum ponere.
¶ Primus dicitur fortificatio.
¶ Secundus dicitur confortatio.
¶ Tertius dicitur assecuratio.
¶ De primo igitur patet: ꝙ spes fortificat
hominem in laboribus suis. iux̃ illud Ori/
geñ. super Exo. Spes futurorum: laborib⁹
requiem parit: Nam si uana spe bonorum
temporaliũ tot grauia ꝛ onera ardua mor/
tales tolerant infelices: quõ laborare vsqꝫ
ad mortem difficile videri põt his q̄ sperãt
regnum celorum? Quare diebus ac nocti/
bus variis curis homines mũdi ĩdefesse su
dãt nisi quia aliquid sperant adipisci? Labo
rant dñi sperãtes magnifice dñari: laborant
milites sperãtes gloriã tẽporalem acq̄rere.
laborãt mercatores sperãtes diuitias adi/
pisci. laborãt artifices ꝛ agricole victum ve
stitumqꝫ sperantes recipe. Sed multo for
tius laboribus insisterent si finaliter vitam
eternã sperarent. Hec ille. Unde Grego.
in morał. Et ponit̃ ĩ. decretis. dis. 47. c. oẽs.
Omnes hui⁹ seculi dilectores: in terrenis
reb⁹ fortes sũt: ĩ celestib⁹ d̃biles. Nã ꝓ tẽpo
rali gloria desudare vsqꝫ ad mortẽ appetũt
ꝛ ꝓ spe ꝑpetua nec parũ quidẽ ĩ labore sub
sistũt. Pro terrenis lucris iniurias quasli/
bet tolerãt: ꝛ pro celesti mercede uel tenu
issimi v̄bi cõtumelias ferre recusãt. Terre/
no iudici toto etiam die assistere fortes sũt:
ĩ oratione corã dño uel hore vnius momen
to lassantur. Sepe nuditatẽ: deiectionẽ: fa/
mez ꝓ acquirẽdis diuitiis atqꝫ honoribus
tolerãt. eaꝝ rerũ se spe ꝑ abstinẽtiã cruciãt
ad quas adipiscendas festinãt. Suꝑna au/
tẽ laboriose q̄rere tãto magis dissimulant:
quãto magis ea retribui tardi⁹ putãt. Hec
ille. Patet quomodo sãcti iugũ dñi fortiter
portauerũt: ꝛ nõ ĩfirmi mortales. Secun/
dus spei fructus dicit̃ cõfortatio. Ipsa enim
solatium ẽ tribulatorũ ꝛ afflictoꝝ ĩ hac vita
quoniã ĩpossibile ẽ ꝙ qui sperat ĩ dño succũ
bat. Exemplifica ĩ ꝓsperitate ꝛ afflictione
Jõ Hieronym⁹ ĩ ep̃la ad Tyrasiũ eũ rep̄/
hẽdẽdo scribit: eo ꝙ nimis doluit de dormi
tione filie. Ait enim. Caritatis tue scripta ꝑ/
cepi: in quibus animum tuum dolore com
motum de filie dormitione cognoui. Non
aliud ꝑ̄ncipaliter admirat⁹ sũ q̄ꝫ xp̃iani pe/
ctoris ĩ te uirtutẽ ablatã fuisse: ut animum
flecteres ad dolorem. Stupeo murũ fidei
penetratũ vulneribus orbitatis: quẽ sopire
debuerat spes resurrectiõis ꝛ regni celestis
Nunqꝫ spes cũ dolore cõcordat: nec fides
aliq̄ñ sẽtit quãcũqꝫ iacturaz. resurgere cre
dim⁹ mortuos nostros ꝛ plãgim⁹? Quid fa
ceremus si mori tm̃mõ ꝑ̄ciperet d̃us: uolũ/
tas e⁹ sola sufficeret ad solatiũ: cui nullũ ꝑ̄po
nere iubemur affectũ: cũ qd̃ dederat abstu
lit dñs q̄ creauerat? Quis ẽ ille q̄ plangat
qd̃ ad tẽp⁹ acceperat? Cõmodauerat ut ha
beres quãtocũqꝫ tp̄e voluisset: ꝛ cũ vellet
rursus auferret. Nihil abstulit de tuo q̄ di/
gnatus ẽ recipere ꝓpriũ. Creditũ suũ reci/
pere decuit creditorẽ: ꝛ nihil aliud decet q̄ꝫ
creditori suo gratias agere mutuãtẽ. Sic
Job legim⁹: quẽ sequamur deuotissima vo
ce dicẽtẽ. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño
placuit: ita factũ ẽ sit nomẽ dñi bñdictuz. H
ille. Fecisset ego Tyrasius sic̃ Job si recte
sꝑasset ĩ dño. Terti⁹ spei fruct⁹ dicit̃ assecu

ratio: quia hec virtus reddit homines secu-rū in morte: quā hoīes oēs ita timēt. Patet de Paulo ad Phil. i. Cupio dissolui: et eē cū xpo. Patet de scō andrea in cruce pēdē te: de q̄ ait Aug⁹ li. de pe. Ne permittas me dñe descendere viuū: sed tempus est vt cō-mendes terre corpus meū. Tam diu enim illud portaui: terre iam illud commenda: et amplius me vigilare nō permittas. hec ibi. Agam⁹ 7 nos similiter: vt digne sperare illā gloriam possimus hic per gratiā 7 in futuro per gloriam. Amen.

¶ Sermo de virginitate.

Queramus dño nostro regi virginē. 3. Regū. p̄. Solet q̄ri a doctorib⁹. 7 apud morales philosophos: vtrū suare v̄ginitatē sit licitū. Et videt̄ q̄busdā q̄ non. Et rō ipsorū ē. Oē q̄d cōtrariat̄ p̄cepto legis nō est licitū. Sed v̄ginitas est hi⁹. g̃ 7c̄. Nam p̄ceptū legis est Gen̄. z. de oī ligno q̄d ē in padiso comedes vt cōseruari valeas. Silr̄ hoc est p̄ceptum legis nāe Gen̄. p̄. Crescite 7 multiplicamini Vn̄ quemadmodū esset illicitū se abstinere a cibo sic nō est licitū seruare v̄ginitatē: q̄a ē cōtra p̄ceptū legis nāe. z^a rō est talis. Oē q̄d recedit a medio virtutis est vitiosū. Vn̄ phs. z. ethi. dicit q̄ qui voluptate vtit̄: nec ab vno se abstinet intempat⁹ ē. q aūt oēs fugit agrestis ē. Sz q seruat v̄ginitatem ab oī delectatiōe se abstinet venerea. ergo illicitū ē. Et sic apud illos erat vitiū 7 nō virtus. Ad q̄d r̄ndet btūs Tho. z^a z. q. 152. arti. z. q̄ in humanis actib⁹ illud est vitiosū quod ē prer̄ rectā rōnē. Habet aūt h̄ rō recta: vt his q̄ sūt ad finē vtat̄ aliqs: sz ea mensura q̄ cōgruit fini. Est aūt hoīs triplex bonum vt dicit phs. i. ethicor̄: Primū ē q̄d cōsistit i rebus exteriorib⁹: puta diuitijs. Secūdū est q̄d cōsistit in bonis corporis sicut ē sanitas: pulchritudo 7 similia. Tertiū ē q̄d consistit in bonis anime: iter que principalis est vita contemplatiua que est potior vita actiua: vt dicit̄. 4. ethi. 7 Luc. x. Maria optimam partē elegit 7c̄. Quor̄ bonor̄ exteriorum q̄dā ordinant̄ ad ea q̄ sūt vite contēplatiue. Pertinet g̃ ad rectitudinē hoīs: vt aliquis vtat̄ exterioribus bonis s̄m eam mēsurā que competit corpori: 7 similiter de alijs vt possit cōtēplari: 7 hoc nō est vitiosū. Similiter si aliquis abstineat se a delectationibus corporalibus vt libentius possit vacare vite contēplatiue hoc nō est vitiosum. Et q̄a virginitas relinquit venereā delectationē vt possit vacare vite contēplatiue: iō vitiosum nō est: imo magis virtuosū. Ideo v̄ginitas est licita. Circa quam virtutē quattuor notabimus contēplationes videlicet.

¶ Primo virginitatis p̄fectionem.
¶ Secundo virginitatis exaltationem.
¶ Tertio virginitatis conseruationē.
¶ Quarto virginitatis corruptionem.

¶ Circa primū notandū s̄m Tho. z^a z. q. 152. ar. 9. q̄ in virginitate duo sūt considerāda. vnū scilicet formale. 7 aliud materiale. Formale est firmum propositū. s. velle nunq̄ experiri delectationes carnales: et si posset. Materiale est corpis integritas. Et ideo triplex est virginitas. Una que ē corporis 7 nō mētis: quia mēte fornicant̄ 7 nō corpe: vt pz. 3z. q. 5. c. si paulus. Secunda ē mentis 7 nō corporis: quia violate sūt. 3z. q. 5. c. tolerabili⁹. Tamen iste n̄ amittūt virginitatē vel virginitatis coronā. Non sunt tamē cōsecrāde iter alias virgines: vt patet. 3z. q. i. c. vlti. Tertia ē mentis 7 corporis. 7 hec ē gloriosa. 3z. q. 5. c. sicut eni. Iō dicit Aug⁹. Virginitas est i carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio. hec ibi. Hec aūt est p̄fectissima. 7 hec de primo. Circa secundū. s. suā exaltationē nota virginitatis octo exaltationes. Et prima ē angelor̄ cōformitas. Nam deus fecit eā in celo sociā angelor̄. Nā oēs angeli virgines sūt creati. Vn̄ Ambro. li. de v̄gin. ait. Supgreditur virginitas conditionē hūane nature: p quā homines angelis assimilant̄. hec ille. Nam vt dicit Cyprianus ē angelor̄ soror. Inquit eni. Virginitas ē angelor̄ soror: victoria libidinū: regina virtutum: 7 possessio omniū bonor̄. Et ideo Hiero. ait. Uiuere i carne p̄ter carnē āgelicū est 7 nō hūanum. Q̄d dñs declarauit Math. zz. In celo neq̄ nubēt neq̄ nubent̄: sed erūt sic̄ut āgelis

ne dei īterfecit gigātē goliath. ⁊ demuꝫ ad
paucos dies effect⁹ eſt rex ſup populū iſrael
.1. Reg.16. Ubi ſalomon fili⁹ ei⁹ q regnauit
poſt Dauid patrē ſuuꝫ.3. Reg.3.c. ⁊ dedit ei
dn̄s ſapiētiā ⁊ prudētiā multā nimis ⁊ latitu
dinē cordis quaſi harenā que eſt ī littore ma

ris. ⁊ erat ſapiētior cūctis hominibus: poſſi-
debatq̄ oīa regna a flumine terre philiſtijꝫ
vſqꝫ ad terminū egypti.3. Reg.4.c. Et edi
ficauit domū dn̄i: ⁊ glorioſe regnauit ī vita
ſua. Ubi hieroboam vbi Abias? vbi Aſſa?
vbi Joſaphat? vbi Joraꝫ? vbi Ochoꝫias?
vbi Joas? vbi Amaſias? vbi Oſias? vbi
Joatham? vbi Achaꝫ? vbi Eꝫechias? vbi
Manaſſes? vbi Amon? vbi ⁊ reliq iudeoꝝ
reges: q vt ī libris regū diffuſius notaꝰ ſuc-
ceſſiue regnauerūt cū virtute multa ⁊ vi-
ctoria inimicorum populi dei? Quid feciſtiſ
o iudei? Quod ſceluſ commiſiſtis? cur dati
eſtis in opprobrium gentiū: ⁊ abiectionem
cūctis gentib⁹? vbi Eſaias? vbi Hieremiaſ
Eꝫechiel. Daniel. Oſeas. Joel: Amos: Ab
dias. Jonas. Micheas. Naum. Abachucb
Sophonias. Aggeus. Zacharias. Mala-
chias? Certe nullus eſt q aliquid ꝓpheticet
de aduētu meſſie: qr iā venit. Jpſi aūt iudei
clauſerunt cor ſuū: ⁊ tā manifeſtiſſimis exē
plis apertiſſimiſqꝫ expimētis credē nolūt.

De eccl̄e ſtabilitate ꝓbaꝰ chriſtum iam veniſſe. Capitulum.2.

Secūda concluſio dicitur eccl̄ie ſta
bilitas. Nam a tempore xp̄i ſtabil̄:
⁊ firma permanſit: nec vlle vnq̄
tempeſtates: nō dico ſolūmodo hereticoꝝ:
ſed etiam potentiſſimoꝝ tyrānorum potue-
runt illam ſubmergere. Quod vtiqꝫ fieri n̄
poſſet niſi celitus defenderetur. Nec deus
ita ſibi aſiſteret ſi mēdaciter predicaret xp̄ꝫ
veniſſe. Quiſnaꝫ explicet quot fuerunt im-
peratores Romani: qui xp̄ianū nomen de
lere conati ſunt. ⁊ eccleſiam dei duriſſimis
cruciatibus: ⁊ oī crudelitate vexarunt? Nō
nulli fuere qui dixerunt decē tn̄ perſecuti-
ones eccleſiam paſſam. Unā vero nouiſſi-
mam: ⁊ futurā eſſe dicunt ab antixp̄o: q̊s tn̄
Auguſtinus improbat li.18. de ciui. dei. 52.
c. vbi ait. Proinde nec illud quidē temere
puto eſſe credendum ſiue dicenduꝫ ꝙ non-
nullis viſum eſt vel videtur n̄ āplius eccle-
ſiam paſſuram perſecutionis vſqꝫ ad tēpus
antichriſti q̄ꝫ ꝙ iam paſſa eſt decē: ⁊ vnde-
cimaꝫ eadēqꝫ ſit nouiſſima ab antixp̄o. Pri
mam quippe cōputant a Nerone. Secūdā
a Domitiano. Tertiā a Traiano. Quartā

ab Antonio. Quintā a Seuero. Sextam a Maximino. Septimā a Decio. Octauaȝ a Ualeriano. Nonaȝ ab Aureliano. Decimā a Dioclitiano: ⁊ Maximiano. Plagas enī egyptiorum que deceȝ fuerunt: anteq̄ȝ inde exire inciperet populus dei: putant ad hunc ītellectum esse referendas: vt nouissima antixp̄i persecutio similis videatur vndecime plage egypti: qua dū hostiliter persequerētur hebreos in mari rubro populo dei per siccum transeunte perierunt. Sed ego illa re gesta in egypto istas persecutiones prophetice significatas nō esse arbitrō. Quis ex eis qui hoc putant exquisite ⁊ ingeniose illa singula his singulis comparata videantur nō prophetico spiritu: sed ꝯiectura mentis humane: qua aliquādo ad veruȝ peruenitur: aliquādo fallitur. Quid enim q sentiunt hoc dicturi sūt de persecutiōe qua ipse dn̄s crucifixus est? In quo eam sūt numero posituri? Si āt hac excepta existimāt cōputandum tanquam ille computāde sint que ad corpus pertinēt: non qua ipsum caput est appetitum: ⁊ occisuȝ. Quid agēt de illa que posteaq̄ȝ christus ascendit in celum hyerosolymis facta est? Ubi beatus Stephanus lapidatus ē? Ubi Jacobus frater Joānis gladio trucidatus est? Ubi apostolus Petrus vt occideretur inclusus est: ⁊ p angelum liberatus? Ubi fugati ⁊ dispersi de hierosolymis fratres? Ubi Saulus: qui postea Paulus apostolus fact⁹ ē vastabat ecclesiā? vbi ipse quoqȝ iā fidem quā persequebatur euāgeliçans: qualia faciebat est passus siue p iudeā siue p alias gentes quacūqȝ xp̄m feruentissime predicabat? Cur ḡ eis a Nerone videtur ordiēdū: cū ad Neronis tempora īter atrocissimas p̄secutiones: de quibus nimis longum est cuncta dicere ecclesia crescēdo peruenerit? Hec Aug⁹: q in premissis verbis docet ecclesiā dei nō nisi inter turbines: ⁊ conquassationes varias floruisse. Et illud profecto mirabile vnicuiqȝ esse debet ꝙ īperatores romani qb⁹ mūdus oliȝ resistere nō potuit: vt totuȝ terraruȝ orbem sue iurisdictioni subiecerunt: nō valuerūt cultū dei ꝺlere de terra: quē nullus defendit armis: nec pecunia: non deniqȝ humanis fauoribus quinimo cū īportuna persecutione victores esse deberēt ipsi ita victi sunt: vt in vrbe collocaretur sedes ecclesie sancte dei. O admirabilis virt⁹ iesu xp̄i crucifixi. O īcogitabilis potentia xp̄i qui moriens resurgere voluit tertia die: vt stabiliret ecclesiam eamqȝ firmaret sicut p miserat Petro Math.16.c. Super hāc petrā.ſ.m e christū edificabo ecclesiam meaȝ: ⁊ porte īferi n̄ p̄ualebūt aduersus eā. Ipe ē de quo Daniel exposuit visionem Nabuchodonosor: ꝙ debebat subiicere regnum Romanorum. Nā Nabuchodonosor vt dicitur Danielis secundo. dixit. Uidi statuam magnam: cuius caput ex optimo auro erat pectus ⁊ brachia ex argento: vēter ⁊ femur ex ere: tibie autem ferree. Et post sequitur ꝙ abscisus est lapis de monte sine manibus ⁊ percussit statuam in pedib⁹ eius: ⁊ comminuit eos. Per statuam designāturquattuor regna. Primum est regnum chaldeorū qd̄ designatur per caput aureum: sicut ipse Daniel exponit. Secundum est regnum persarum: quod designatur per argentum: quod subiecit sibi regnum chaldeorum. Designatur autem per argentuȝ. vt dicit Nicolaus de lira: quia in illo regno multū vacabant sapientie ⁊ eloquentie: que significantur per claritatem argēti ⁊ eius sonoritatē. Et quia regnū medorū ⁊ persarū primo fuerūt duo regna. ⁊ in vno regnabat Darius. ⁊ in alio Cyrus. ideo signata fuerūt per illa duo brachia. Uerūtamē quia fuerunt coniuncta simul tempore Cyri: mortuo Dario: illa duo brachia erant ꝯiuncta in pectore vno. Tertium est regnum grecorū: quod subiecit sibi regnū persaꝝ tēpore Alexādri magni. Designatur autem per es propter sonoritatem: quia es inter alia metalla est magis sonoruȝ Quartuȝ est regnum romanoꝝ. quod designat̄ per ferꝝ: q2 subiecit sib regnū grecoꝝ ⁊ omnia regna mundi: sicut ferrum domat omnia alia metalla. Per lapidem auteȝ abscisuȝ sine manib⁹ designat̄ xp̄s: q ē nat⁹ de virgine sine manibus complectētium: que virgo designatur per montem propter excellentiaȝ vite. Cui xp̄o subiiciendū erat regnū romanorū. Quod īpletū fuit tempore.

Cōstātini: qui a beato Siluestro baptiçat⁹ romanū imperiuȝ xp̄o subiecit. Ex quibus oībus conuincuntur iudei. vt velint nolint dicāt xp̄m venisse: quē tamē impie negant absqȝ vlla rationabili causa .ꝛc.

¶ Qꝫ xp̄m venisse probatur claritate miraculorum. ¶ Capitulum. 3.

Tertia conclusio dicit miraculoruȝ claritas. Constat nāqȝ venisse xp̄ȝ qꝛ ante aduentū eius multa miracula facta sunt ī veteri lege. Nunc ꝟo illa fieri tm̄ videntur ī xp̄iana religione virtute dn̄i nostri iesu xp̄i. Quāta eni fuerint illa signa oliȝ exhibita: pȝ ī scripturis veteris testamēti. Ibi quideȝ vt Aug⁹ testatur libro .x. de. ciui. dei. c. 8. reperiem⁹ q̄lit̄ Abrahe ex sterili vxore datus est filius: etiā ipsa senescēte. Gen̄. 26. c. Ibi vxor Loth ī statuā salis cōuertitur: qꝛ supremū preceptū cōtēpsit. Gen̄. 19. c. Ibi in liberatione populi de egypto: colūna ignis ꝑ noctem: ꝛ nubis per dieȝ iter p̄bebat israelitico populo. Exo. 13. c. Ibi apertū mare rubrū ostenditur: ꝛ filii israel ꝑ siccū transeūtes. egyptii ꝟo ī mediis fluctibus īuoluuntur. Exo. 14. c. ¶ Ibi marath fluuius amarissimus immisso ligno dulcificatur. Exodi. 15. c. Ibi manna paratur patribus in deserto. Exo. 16. Sȝ quid oīa numerare tēptam⁹: cū breuis s̄mo illa explicare nequeat? Non negant ipsi iudei q̄ dicimus: sed respōdere volūt cur tot signa ꝛ virtutes defecerūt. Negant aūt ꝙ in nostra fide nunc tales virtutes ꝛ multo maiores inueniantur. ¶ Nos aūt q xp̄iani sumus: de dn̄o iesu xp̄o autētice legimus ꝙ miracula multa fecit curando infirmos: obsessos a demonibus liberando: illuminādo cecos mūdādo leprosos: ꝛ qꝺ mai⁹ est mortuos resuscitando: vt dictū ē fructu. 8. presētis operis. Et non soluȝ in creaturis rationabilib⁹ videntur hec signa: sed etiā ī īsēsibilib⁹ elementis. Hic est qꝺ Greg. ī omel. epiphanie ait. Oīa elemēta auctorē suū venisse testata sunt. Ut eni de his quasi quodā vsu humano loquar deū hūc celi esse cognouerūt: qꝛ protin⁹ stellā miserūt: mare cognouit: qꝛ sub ei⁹ plantis se calcabile p̄buit: terra cognouit: qꝛ eo moriēte cōtremuit: sol cognouit: qꝛ lucis sue radios abscōdit: saxa ꝛ parietes cognouerūt: qꝛ tēpore mortis ei⁹ scissa sunt. Infern⁹ cognouit: qꝛ hos q̊s tenebat mortuos reddidit. Et tn̄ hunc queȝ deū oīa elemēta insensibilia asserūt adhuc īfideliū iudeorū corda deū minime esse cognoscūt: ꝛ duriora saxis ad penitentiam scindi nolūt: eumqȝ confiteri abnegant: quem elemēta vt diximis. aut signis aut scissionib⁹ deum clamant: hec ille. Nec ipse xp̄s tantum ista miracula fecit: sed in eius virtute ꝛ nomine in ecclesia vsqȝ in hodiernum diem multipliciter fiunt. Sicut patet ī apostolis ī martyribus in virginibus: ꝛ in confessorib⁹. De quibus omnibus tanta dici possunt ꝙ vix aliqs illa queat aut legere aut audire. Uerūtamen illud vnum est miraculuȝ miraculorum omnium clarissimū ac mirabilissimū ꝙ mundus totus ꝑ apostolos in xp̄m crediderit. Nec fuer̄t rustici: simplices vulgares ꝛ idiote qui in xp̄m crediderunt: sed viri litterati: docti: periti philosophi oratores: p̄ncipes: reges: ꝛ imperatores. Un̄ Aug⁹. 22. li. de. ci. dei. dicit. c. 5. Jam ergo tria sunt incredibilia que tn̄ facta sunt. Incredibile est xp̄m resurrexisse in carne: ꝛ in celum ascendisse cum carne. Incredibile est mundū reȝ tam incredibilem credidisse. Et īcredibile ē homines ignobiles infimos paucissimos imperitos tam incredibilem reȝ tam efficacit̄ mundo: ꝛ in illo etiam doctis ꝑsuadere potuisse. Horum trium incredibilium primuȝ nolunt isti cum quibus agim⁹ credere. Secundum coguntur ꝛ cernere qꝺ tn̄ non inueniunt vnde sit factum si nō credūt. Tertium certe resurrectio xp̄i: ꝛ in celuȝ cū carne cum qua resurrexit ascensio toto mundo iaȝ predicatur: ꝛ creditur. Si credibilis nō est: vnde toto terrarum orbe iaȝ credita ē? Sed multi nobiles sublimes: ꝛ docti etiam vidisse dixerunt: ꝛ quod viderunt diffamare curarunt: eis mundū credidisse non mirum est. Sed istos adhuc credere nolle per durum est. Si autem vt verum est paucis obscuris minimis: ꝛ indoctis ea se vidisse dicētib⁹ ꝛ scribētib⁹ credidit mūd⁹: cur pauci obstinatissimi qui remāserunt ipsi mūdo iaȝ credēti adhuc vsqȝ n̄ credūt? Qui ꝓpterea

numero exiguo ignobilium infimorum imperitorum hominũ credidit: qz in tam contemptibilibus testibus multo mirabiliusꝰ diuinitas seipsa psuasit. Eloquia nanqz psuadentium que dicebant mira fuerunt facta nõ verba. Qui eniz xp̄m in carne resurrexisse et cum illa ad celum ascendisse nõ viderant hec se vidisse narrantibus nõ loquētibꝰ tm̄: sed etiam mirifica facientibus signa credebant. Homines quippe quos vnius vel vt multum duarũ linguarum fuisse nouerant repente linguis omniuz gentium loquētes mirabiliter audiebant. Claudum ab vberibus matris: ad eorum verbum i xp̄i noīe pꝰ 40. ānos incolumem constitisse: sudaria de corporibus eoꝝ ablata sanādis languētibꝰ ꝓfuisse: in via qua fuerant trāsituri positos in ordine īnumerabiles morbis variis laborātes vt ambulātium super eos vmbra transiret cōtinuo salutem solere recipere: et alia multa stupenda in xp̄i noīe p eos facta. Postremo etiā mortuos resurrexisse cernebāt. Que si vt legunt̄ gesta eē cōcedūt ecce tot incredibilia tribus illis īcredibilibus addimus: et vt credat̄ vnũ īcredibile: qđ de carnis resurrectione atqz in celum ascensione dicit̄ multoꝝ īcredibilium testimonia tanta cōgerimus et nōdum ad credendum abhorrēda duricia īcredulos flectimus. Si vero p ap̄los xp̄i: vt eis crederetur resurrectōez atqz ascensionē predicātibus xp̄i etiam ista miracula facta eē nō credunt. Hoc nobis. vnuz grande miraculũ sufficit: ꝙ iam terrarũ orbis sine vllis miraculis credidit. Hec Augꝰ. Cōfūdātur ergo iudei duri qui xp̄ianam fidem impugnant: qui xp̄m venisse negant: quem vt prediximus tot quottidiana miracula declarant et manifestant O iudei olim a deo predilecti: modo dati ī opprobriuz gētiũ reuertimini reuertimini: deponite vestrā duriciem. Currite ad xp̄m desideratum: qui iā venit māsuetus: qui ē benedictus in secula seculorum. Amen

Feria sexta post secundam dominicam de aduentu. Sermo de fide firma: qua debemus xp̄m cognoscere.

Fructus. 13. Jesus fide cognoscitur

Beatus qui non fuerit etc. vbi sup̄. Magna ē multitudo et numerus pene īcredibilis eoꝝ qui eterno bono priuātur qm̄ ī xp̄z credere nolūt cũ tn̄ vt apostolus docet ad Heb. xi. c. sine fide ipossibile ē placere deo. Ipsa nanqz ē que ītellectum illuminat. mēti veritatē reserat. et aīam ducit ad noticiam eoꝝ que necessario sunt cognoscēda ꝓ obtinēda salute. Et quoniā qui sine fide viuit vel ī aliquo articulo fidei dubitat: vt notatur extra de hereticis. c. p̄. ifidelis simpliciter ē. Jdcirco ī presenti sermone dicturi sumus cōtra eos qui fide integra carent. et in xp̄o scandalisantur. Pro quibꝰ ponemus fructum qui est: Jh̄s fide cognoscitur. Ad quod plene intelligēdum tres cōclusiones erunt notande.

Prima cōclusio dicitur paruitas.
Secūda cōclusio dicitur sublimitas.
Tertia cōclusio dicitur superioritas.

De proprio ingenio xp̄z cognoscere non possumus. Caplm̄. i.

Prima conclusio dr̄ paruitas. Jn q̄ scire debemus ꝙ xp̄m p fidem cognoscere possumꝰ: ingenio autem ꝓprio nequaꝙ̄: qz ītellectꝰ rationalis creature p semetipsũ ad talem noticiam extēdere se minime valet. Nisi diceremus ſƺ eos qui fatui sunt: ꝙ ītellectus noster intelligit oīa quod ē falsũ. Et falsitas ista haberi pōt si cōsideretur ꝙ triplex ē ītellectus

Primus ē ītellectus diuinus.
Secundus ē ītellectus angelicus.
Tertius ē intellectus humanus.

Primus ītellectus ē diuinus: de quo dicit Scotus. di. 2. primi. li. ꝙ ē infinitus: et cognoscit quodcunqz ītelligibile pfectissime: q̄rũ ē ītelligere ī se: et vnico. actu ītelligēdi ītelligit semetipsũ et oīa. Quod etiā late declarat scūs Tho. li. primo cōtra gentiles. c. 24. Et qz esse dei ē ifinitũ ipse solus se ifinite ītelligit. Secundus ītellectus ē angelicus. de quo dicit Dioꝰ ī li. de diui. no. ꝙ est deiformis. Quod ideo dicitur ſm̄ Boñ. i. 2 dis. 3. nō qz hz deiformitatē quā hz ītellectꝰ

gloriosus ꝑ assimilationē que ē ī statu ꝑfe/
cto. sed qꝛ sine susceptiōe specierū ꝑ illud qđ
hꝫ ī se actu cognoscit. ¶ Ex h̄ angel⁹ natura
li cognitione diuā essētiā videre n̄ potuit in
claritate sua: tum qꝛ hec cognitio ē primuꝫ
p̄miū: q̊ habito mēs creata qescit tāq̄ btā ⁊
ꝑfecta. ſꝫ illud Jo. 17. Hec ē vita eterna vt
cognoscāt te deū verū. Angel⁹ āt n̄ erat per
naturā beat⁹. iō h̄ p̄miū non obtinuisset nisi
gratuita dei īfluētia. tū qꝛ diuina lux ꝑꝑ sui
eminētiā ē iaccessibilis virib⁹ oīs create na
ture: ⁊ ꝑ q̄dā benignitatis cōdescēsionē fa/
cit se cognosci: ita ꝙ ī illa cognitione cogno
scēs multo pl⁹ agat q̄ agat. Jlla āt cōdescē/
sio bonitatis qđ gratuitū dicit: sed ↄstat ꝙ n̄
dicit diuine essētie humiliationē: qꝛ nō pōt
minorari sed dicit alicui⁹ radii gratuitā īmis
sionē: ꝑꝑ quā aīa clare cognoscit cū ē īmis/
sio abūdātia sicut ē ī gloria. Tū ēt nō vidit
angel⁹ naturali cognitiōe diuinā essētiā: qꝛ
ꝓximior ē deo aīa habēs gratiā q̄ sit āgel⁹
habēs sola naturalia. Aīa v̄o exuta cū grā
n̄ pōt aspicere lucē sūmā nisi adiuuet̄ ꝑ glo/
riā. sicut pꝫ de his qui fuerūt ī lībo: ⁊ đ aliis
qui sūt ī purgatorio. A fortiori ergo nec an
gel⁹ hꝫ cognitionē de diuina essētia ꝑ natu
rā: sꝫ cognouit deum tūc ī puris naturalib⁹
cōstitut⁹ ꝑ speculū clarū ⁊ ꝑ vestigium. hec
Boñ. i. 2. vbi oñdit̄ limitatio ītellect⁹ āgeli/
ci. qꝛ nō extēdit se ad ītelligendū essētiā di/
uinā eo mō quo ītelligit ītellect⁹ diuin⁹. Jn/
suꝑ ēt ī glīa vn⁹ angelus magis ītelligit q̄
ali⁹: qꝛ vt vult Dio⁹ li. de ange. hierar. diue
reuelatiōes fiūt a deo ī mēte ipsī seraphin.
illas v̄o coīcat cherubin. ⁊ sic ſm ordinē su/
ꝑiores īferiorib⁹ reuelāt. ¶ Terti⁹ ītellect⁹
dr̄ human⁹: qui lōge īferior ē ītellectu āge/
lico: qꝛ cognoscit res ī tp̄e: ⁊ cū discursu rati
ocinādo: q tn̄ nō ē equalis ī oībus rōe vtēti/
b⁹. qꝛ qđ vn⁹ scit alter ignorat. nec ēt aliqs
ita ē doctus: quin possit fieri doctior. ſm il/
lud prouer. i. Audiēs sapiēs sapientior erit.
vnde refert Hiero⁹ de Themistide ph̄o scri
bēs ad Nepotianū ꝙ cū expletis. 127. ānis
ad mortē appropinquaret: amare flebat di
cēs: se tūc e vita migrare: cū aliquid scire ī/
ciperet. Quo exēplo mouemur ꝙ non nisi
fatue existimāt quidā se oīa scire. ⁊ illa pu

tāt esse que ipsi ītelligūt: ⁊ que nō ītelligūt
oīo nō eē. Jsti sūt qui spū suꝑbie ⁊ presūpti
onis decepti a veritate fiūt alieni: qꝛ vt di/
cit Bern̄. suꝑ cātica. Bubo oculo veritas
nō videt̄. Et Aug⁹. 7. cōfessionū semetipsū
de tali errore redarguit dicēdo. ¶ Tumore
meo seꝑabar a te. ⁊ nimis īflata facies clau
debat oculos meos. Cum itaqꝫ oīum ītelle
ct⁹ n̄ sint equales: oportet vt oēs fide iuuēt.
¶ Qꝛ ea que de xp̄o cognoscūtur sunt ita
sublimia ꝙ excedūt capacitatē humanā. iō
necesse ē ipsū fide cognoscere. Caplm. 2.

Ecūda cōclusio dr̄ sublimitas. Ne/
cesse ē eni iesum fide cognoscere:
qꝛ ea que de ipso dicūtur adeo sūt
sublimia vt hoīs naturaleꝫ capacitatē exce
dant. Qđ coueniens eē ostendit Tho. in. i.
cōtra gentiles triplici rōne:
¶ Primo rōne ordinationis.
¶ Secundo rōne vere cōditionis.
¶ Tertio rōne delectationis.
¶ Primo equidē decēs fuit hoībus ꝓponi
fide tenenda ea que supra naturales animi
vires sunt rōne ordinationis. Ordinamur
eni ad alterius bonū q̄tū expiri in presenti
vita possumus. Jō oportuit mēte euocari ī
aliquid altius q̄ ratio nr̄a ꝑtingere ī presēti
possit: vt sic discamus ī illud studiū tēdere:
qđ totū statū p̄ntis vite excedit. Et h̄ preci
pue xp̄iane religioni cōpetit: qꝛ singulariter
dona ꝓmittit. ¶ Secūdo hoc cōueniēs fu/
it ratione vere cōditionis ad dei. s. veriorē
cognitionē habēdam. Tūc eni solum deuꝫ
ī p̄nti vere cognoscimus qn̄ ipsū eē credim⁹
supra oē illud qđ de deo cogitari pōt ab ho
mine: eo ꝙ naturalem hoīs cognitionē diui
na substātia excedit. ¶ Tertio illud fuit cō
ueniēs rōne delectationis. Noticia nanqꝫ
diuinorū ē valde delectabilis. Unde. Ar. x.
ethicoꝝ. c. 7. cōtra Symonidē ph̄m dicit. ꝙ
hō ad diuina ⁊ īmortalia tēdere debet q̄tū
pōt. Hic symonides dimittēdā hoī dicebat
suꝑiorū cognitionē: ⁊ humanis rebus inge/
niū applicāduꝫ: inquiēs humana sapere ho
minē ⁊ mortalē mortalia. Et. xi. de aīalib⁹
Ar. dicit. ꝙ q̄uis parum sit qđ de substan/
tiis suꝑiorib⁹ ꝑcipim⁹. illud tn̄ modicū ē ma
gis amatū ⁊ desideratū oī cognitione: quā

habemus de substātiis īferioribus. Et i. z. de celo ꝛ mūdo ait. ꝙ cū de corꝑibus celestibus questiones solui possunt conuenit audiri: vt vehemēs sit gaudiū eius. ostēdēs ꝙ de rebus nobilissimis ꝗ̄tūcunqꝫ iperfecta cognitio: maximā ꝑfectionē ꝛ delectationē anime confert. Multo magis ergo cognitio diuinorū secretorū que fide haberi pōt.

¶ De ↄfirmādo predicta: fidei sacrā superāt altitudinē humani itellectꝰ. ¶ Capłm. 3.

TErtia cōclusio dr̄ suꝑioritas. Ex dictis ī prima ꝛ ī secūda cōclusiōe cōstare pōt ꝙ fidei sacramēta suꝑant altitudinē humani itellectꝰ. iō rōne demōstratiua cognosci nō pn̄t. Oportet ergo: vt simplici fide ꝛ nō sophistica iterrogatiōe suscipiant̄. Jō scribit̄. i. c. ꝺ sū. tri. ꝛ fide ca. vbi glo. ait. Ubi rō deficit supplet fides. Et hoc Hilarius li. de trini. ait. Neqꝫ celestiū ꝑ se sciam humana ībecillitas consequit̄. Nā visibiliū itelligētiā ipse sibi corꝑaliū sensus assumat. Nō. n. subeant igenia nostra i celesti sciētia neqꝫ incōprehēsibilem virtutē sēsu aliquo īfirmitas nostra cōcipiet. Neqꝫ ꝑꝑ hoc irrōnabiliter mouētur qui sic credūt ea que humanā rōnē suꝑant. qꝛ vt iquit Ugo de scō Uic. li. i. 3. ꝑte. c. 24. circa credenda quedā sūt extra rōnē: vt necessaria. quedaꝫ secūdum rationem: vt probabilia. quedam cōtra rōnē vt icredibilia. q̄dā supra rōnē vt mirabilia ꝛ diuina. Si ꝟo vicat̄ ꝙ ī fide ꝓponit̄ aliquid qꝺ ēt humana rōe iuestigari possit. vt deū eē: ꝛ tn̄ credēdū nobis ꝓponitur. tradere ꝰ saltez ista tāq̄ credēda vr̄ eē suꝑfluum Ad ħ rn̄det scūs Tho. 2. 2. q. 2. ꝙ necessariū ē hoī accipe ꝑ modū fidei ēt q̄dā que naturali rōne ꝓbari pn̄t triplici rōe.

¶ Primo ꝑꝑ generalitatem.
¶ Secundo ꝑꝑ velocitatem.
¶ Tertio ꝑꝑ securitatem.

¶ Primo ꝑꝑ generalitatē. Quia noticia fidei pōt esse generalior ꝛ cōmunior. Si eniꝫ veritas solūmodo rōni inquirēda relinqueretur: paucis hoībus inesset noticia dei. Secūdum enī Tho. ꝑ. cōtra gētiles. c. 4. a fructu studiose iniquisitionis que ē iuētio veritatis plurimi īpediūtur tribus de causis. Quidā siquidē ꝑꝑ cōplexionis īdispositionē ex qua multi sunt naturaliter indispositi ad sciēdum. Unde nullo studio ad hoc ꝑtigere possent vt sūmum gradum humane cognitionis attingerent: qui ī cognoscendo deū cōsistit. Quidam vero īpediuntur necessitate rei familiaris. Oportet enī īter hoīes eē aliquos qui tꝑalibus administrādis īsistāt qui tātum tēpus ī ocio ↄtemplatiue inquisitōis nō possent expēdere: vt ad sūmum fastigiū humane inquisitionis ꝑtingere possint. s. dei cognitionem. Quidā autē īpediuntur pigritia. Ad cognitionem enī eorum que de deo ratio īuestigare pōt. oportet multa ꝓcognoscere. cū fere totius philosophie cōsideratio ad dei cognitioneꝫ ordinet̄. Propter qꝺ metaphisica que circa diuina versatur: īter philosophie ꝑtes vltima remanet addiscēda

¶ Secūda rō ē ꝑꝑ velocitatē. Uelocius eniꝫ fide q̄ rōe cognoscitur deus ꝛ citiꝰ. Nā qui ad predicte veritatis cognitionē ratiōe vellēt ꝑuenire: vix post longū tēpus id possent attingere: tū ꝑꝑ multa que exigunt vt dictū ē. tum etiam qꝛ tēpore iuuentutis diuersis passionum motibus anima fluctuās nō est apta ad tā alte veritatis cognitionem: sed in quiescendo fit prudens ꝛ sciens vt habet̄. 7. phisicorū.

¶ Tertia ratio ē ꝑꝑ securitatē quia noticia fidei ē securior inuestigatione rationis. Plerunqꝫ enim tali inuestigatiōi falsitas admiscet̄ propter debilitatem itellectus nostri ī iudicādo: ꝛ fantasmatum permixtioneꝫ. Et ideo oportuit: vt per viaꝫ fidei veritas elucescat. ¶ Hinc apostolus ad Eph. 4. Non amplius ambuletis sicut ꝛ gētes ambulāt in vanitate sensus sui: tenebris obscuratum habentes intellectum. Igitur humiliet vnusquisqꝫ mentem suam: deponat omnes coriositates animi sui: abiiciat quilibet presumptionem a se: ꝛ cum de xp̄o senserit fide videant propter rationis debilitatem. Sed nescio quid dicam de multis qui nullo argumento flecti pn̄t ad credēdū que credere obligantur. Nisi forte dixerim eos excecatos vel superbia: vel auaritia: vel luxuria: a quibus cum abstinere nolint id credunt quod volunt. ¶ Hoc nanque solum eē videtur malorum refugium. Quapropter nos veram fidem habeamꝰ: vt de-

um in celo videre possimus qui ē benedict⁹ in secula seculorum. ¶ Amen

¶ Sabbato post secundā dn̄icam de aduētū. Sermo de sequela xp̄i. cōtra falsos xp̄ianos: qui dicunt se i xp̄m credere quem tn̄ in operibus virtutū nolūt imitari vnde in ip̄o merito scandalizantur.

¶ Fructus.14. Jesus est imitandus.

Beatus qui non fuerit scādalizat⁹ i me. vbi supra. Ostēdūt quidā se in hac vita xp̄m diligere. ⁊ i ipsum credere verba ꝓferēdo: sed operibus ipsi contrariātur: qm̄ vitiosius viuūt vitaqȝ corū ē reprehēsibilis valde atqȝ in his que di sūt facillime fatigant̄. adeo vt nec i minimo laborare velint ꝓ adipiscēda gloria sāctorū ꝓ quibus in presenti sermone dicturi sumus de sequela iesu xp̄i. qr vt Jac. ait. 2. c. fides sine opib⁹ mortua ē. Nō. n. ꝓdest nob xp̄m ↄm̄dar̄. xp̄m laudar̄: xp̄m magnificare: xp̄m nominare nisi ipsū fuerimus imitati. Erit itaqȝ h⁹ sermonis fructus: Jh̄s ē imitādus. Nam qui ipsū sequitur in illo nō scādalizatur. pro cuius declaratione circa xp̄i sequelam tres cōclusiones notabimus.

¶ Prima cōclusio dr̄ determinatio.
¶ Secunda cōclusio dr̄ ratio.
¶ Tertia cōclusio dr̄ retardatio.

¶ Qr debemus imitari xp̄m: nō tn̄ in oībus sed ex necessitate in obseruantia humili diuinorum consiliorum ⁊ opib⁹ pfectionū.

Prima cōclusio dicitur. ¶ Caplm̄. i. determinatio. In qua expedit scire in quo debemus xp̄m sequi. De quo Petrus ait. i. Petri. 2. c. Xp̄s passus ē ꝓ nobis vobis relinquēs exēplū: vt sequamini vestigia eius. Et Joh. p^a canonica. 2. c ¶ Qui dicit se in xp̄m credere: debet sicut ille ambulauit: ambulare. Et Lactātius. 7. li. diuinarū institutionū ait. Pater eni noster ac dn̄s qui cōdidit firmauitqȝ celum qui libratā magnitudine sua terrā vallauit mōtibus mari circūdedit: oīaqȝ distinxit: ⁊ quicquid ē in hoc ope mūdi cōflauit atqȝ pfecit. Qui ꝓspectis erroribus hoīum ducē misit vt nobis iusticie viā panderet. Nunc sequamur oēs. hūc audiamus. huic deuotissime pareamus: quoniā solus vt ait Lucretius. Veridicis hoīum purgauit pectora dictis. Et finē statuit torpedinis atqȝ timoris. Exposuitqȝ summum bonū quo tēdim⁹ oēs. ¶ Qui formā atqȝ viā mōstrauit limite puo. Quo possem⁹ ad id recto cōscēdere cursu Nec tātū ostēdit: sed precessit ne quis difficultatis gratia iter veritatis horreret. Et Greg⁹ dicit. Qui xp̄i vestigia dedignātur sequi: qua temeritate sperāt ad eius claritatis gaudia cōsequēda puenire? Et i euāgelio ip̄e saluator ait Joh. 8. Ego sum lux mūdi: qui sequit̄ me nō ambulat i tenebris. Et Joh. 13. Exemplū eni dedi vobis vt queadmodū ego feci ita ⁊ vos faciatis. Ex his remanet dubius animus: in quo debeam⁹ xp̄m sequi: cū xp̄s ieiunauerit quadraginta diebus ⁊ quadragita noctib⁹. ⁊ nihil comedēs vel bibēs: i desertū locū ad orādū accesserit: aīam suā psecutoribus obtulerit: fueritqȝ multipliciter illusus: flagellatus: cōtumeliis affectus: in medio duorū latronū crucifixus: ⁊ tādem ꝓ nobis cū amaro dolore mortuus. Si ergo debemus xp̄m sequi: nūquid ⁊ talia pati obligati sumus: ita vt aliter nō possimus saluari? Ad qd̄ ē notādum illud quod dicit dn̄s ¶ Bon. in quodā libello suo: qui intitulatur apologia pauperū: qꝫ in xp̄o contingit tres actus reperire.

¶ Primi respiciūt dignitatē excellētie.
¶ Secundi cōdescensionem misericordie.
¶ Tertii informationem perfecte vite.

¶ Primi actus in xp̄o respiciunt dignitatē excellētie: vt illi in qbus apparet sua potentia: sicut opera miraculosa: vel sapientia sic reuelatio secretorū cordis. vel seueritas iudicii: sic eiicē vēdētes ⁊ emētes de tēplo ⁊ dura increpatiōe ferire pōtifices. vel auctoritas officii: sicut sacrm̄ ↄficere. ⁊ man⁹ ipōere: ⁊ relaxare peccata. Que oīa xp̄o coueniunt: qr ip̄e erat de⁹ oīpotēs: erat hō: ⁊ ex grā vniōis oīa sciēs: erat iudex ⁊ erat sacerdos. Secūdi actus in xp̄o respiciūt ↄdescēsionē misericordie. Nā xp̄s nuptiis interfuit: comedit cū pharisco. Luc. 7. in domo Marthe ⁊ Magdalene mltotiēs hospitabat̄: ibiqȝ co

medebat apposita sibi cibaria. Comedit cū publicanis ꝛ peccatoribus. vt patꝫ Math. 9. Et qñ comedit in domo Mathei pharisei murmurabāt dicentes: quare cum publicanis ꝛ peccatoribus manducat magister vester? Habebat tunicam inconsutilem nō rudem nec hispidaꝫ. Cōuersabatur inter hoīes: ꝛ tandem cū peccatoribus loquebat̄. Que oīa ipse fecit nō tanꝗ̄ imperfectus sed pfectissimus. Et huiusmodi opa in ipso ipfecta nequaꝗ̄ fuerunt. qꝛ sicut bonum dicit̄ tripliciter: ita ꝛ malum tripliciter. ꝛ sicut perfectuꝫ dicitur tripliciter ita ꝛ impfectum tripliciter. ¶ Est enim bonum ex genere vt actus transiens super debitam materiam. Ut ire ad ecclesiam: dare elemosynam: ieiunare ꝛ similia. Est etiaꝫ bonum ex circunstantia: sicut actus circunstātiis debitis īformatus: vt occidere hominē pp iusticiam. qꝛ lex ita iubet. Est etiā bonum ꝭꝫ se: qđ nullo modo pōt fieri male: vt ē diligere deum: ē opꝰ virtutis ex radice caritatis procedēs. Similiter malum aliquid est ex genere: vt actus trāsiens sup materiā īdebitam sic occidere hoīem. Est malum ex circunstātia: sicut dare elemosynam diuiti: pauperibus fame perire permissis. ꝛ ieiunare pp inanem gloriā. Et ē malum ꝭm se. ꝛ ē illud qđ nullo modo pōt fieri bonum sicut odire deū: ꝛ de facto peccare mortaliter. Perfectum etiā quoddā ē ex genere vt ē actus difficilis: ꝛ excellēs: vt oīa relinquere ꝛ religionem intrare. Quoddā ē pfectum ex circunstantia: vt est actus debitis circunstātiis ꝛ pfectionibꝰ informatus: sicut fugere mortē nō ex īfirmitate ꝛ timore: sed pro meliori bono: vel ꝗ̄tum ad deum vel ꝗ̄tum ad ꝓximum. Tertiuꝫ ē pfectum ꝭm se: sicut ē actus difficilis a virtutis sublimitate procedens. vt ē motus feruide ꝛ calide dilectionis in deum. Imperfectum etiam dr̄ tripliciter. Quoddam ē iperfectum ex genere. vt ē actus facilis ad quē humana īfirmitas ꝛ fragilitas cōmuniter īclinatur vt possidere pecuniaꝫ: habere vxorem ꝛ similia. Quoddam ē ex circunstātia: vt dimittere vestem pp fugam maioris iniurie. Tertium ē impfectum ꝭm se quod nullo modo potest stare cum euangelica perfectione: vt fugere pauptatē. Ex his oibus apparet ꝙ bonū ꝭm se nunꝗ̄ potest esse malū ꝛ ecōuerso. Sed bene bonum ex genere potest esse malū ex circunstantia: sicut qui iret ad ecclesiam vt placeret hominibus ꝛ ñ dō. Et malum ex genere potest esse bonum ex circunstātia. sicut si iudex maleficiorum ꝭm iura aliquem occideret. In quo casu nō male faciunt: sed bene faciunt. vt pꝫ. 23. q. 5. c. lex eterna. c. cum minister. ꝛ. c. qui malos. Perfectū etiam ex genere pōt esse iperfectum ex circūstantia: sicut ītrare religionē causa alicuius cōmodi tēporalis. Ita etiaꝫ iperfectū ex genere posset perfectuꝫ esse ex circunstantia: sicut facere aliquod opus ad debitum finē caritatis ordinatum ꝓcedens ex radice intime caritatis. Hoc modo xp̄us benedictus omnia perfectissime fecit: qꝛ cū comedit vel bibit: vel cōuersatus est cū hoībus: vel cuꝫ nuptiis īterfuit: ꝛ similia. ñ hoc fecit: vt satisfaceret alicui suo irrationabili appetitui: q in ipso nō erat: sed vt īfirmos cōfortaret ne crederent si christus talia opera nō fecisset se nullo modo posse saluari si ab eis operibus imperfectionis oīo nō abstinerent. Unde similiter dicimus ꝙ in xp̄o maioris perfectionis fuit familiare colloquiuꝫ cum peccatoribus: ꝗ̄ dura increpatio facta p Ioānem baptistam ipis phiseis. Maioris pfectiōis fuit in xp̄o ɔuersatio cuꝫ hoībꝰ ꝗ̄ solitudo Ioānis in heremo: qm̄ hec ꝛ similia procedebant a christo ex ardentissima caritate. Nā sic humanā assumēdo naꝫ ī nr̄ā ꝗdem factus est humilis. sed in ꝓpriis remansit excelsus: sic ꝛ summe caritatis dignatio ad actus quosdaꝫ nostre ībecillitatis: ꝛ imp fectionis conformes deprimitur ꝛ summe p fectiōis rectitudine nō curuatur. Et iō talia opera perfecta in ipso fuerunt. Neqꝫ acceptanda est sentētia falsa illoꝝ qui minus bene ītelligētes dicūt ꝙ pfectio ꝛ ipfectio differunt sicut duo cōtraria: sicut iusticia ꝛ peccatum: gloria ꝛ ignominia: vita ꝛ mors. Sꝫ bene verum ē ꝙ differūt sicut magis bonū ꝛ minus bonū: magis meritoriū ꝛ minꝰ meritorium. Item nō valet consequentia. vnꝰ facit opus perfectionis. ergo benefacit. Alter facit opus imperfectionis. ergo male fa

cit. Ideo Amb.li.i.de offic.ait Officiuꝫ oē
aut bonū aut ꝑfectū ē. Quod cū scriptura/
rū auctoritate possum⁹ probare. Habemus
enī in euangelio dixisse deū Math. 19. Si
vis ad vitam īgredi serua mādata. Nō ho/
micidiū facias. Nō adulterabis. Hec me/
dia sunt officia quib⁹ aliquid deest. Idō sequi
tur Math.19.c. Si vis ꝑfectus eē vade: ⁊
vēde oīa que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ ve
ni sequere me. Hoc ē ergo ꝑfectum officiū
qđ greci cathōcū vocant: quo corrigimur
oīa que aliquos potuerunt lapsos habere.
hec ille. Et idem Ambrosius sup eplam ad
Cor. ait. A licitis tempare vult fideles: vt
nō solū īnocentes sed gloriosi videamur cō
cessa enim preterire virtutis ē maxime. Et
Aug⁹ in li. de bono cōiugali inquit. Bonuꝫ
erat qđ Martha faciebat occupata circa
ministerium sanctorū: sed melius qđ Ma/
ria soror eius. Bonū Susanne in coniuga/
li castitate laudamus: sed tamē ei bonū vi/
due Anne ac multo magis Marie ꝟginis
anteponimus. Bonū erat qđ faciebāt qui
de substantia sua xp̄o ⁊ eius discipulis mi/
nistrabant: sed melius quidē faciebant qui
omnē substantiā suā dimiserāt: vt xp̄ꝫ expe
diti⁹ sequererētur: Et Hiero. ad Demetriadē
īquit. Prohibent mala precipiunt bona: cō
cedūtur media: suadent ꝑfecta. In duobus
primis omne peccatum concluditur. Reli/
qua vero posita sunt in nostra potestate: vt
aut vtamur concessis ac licitis: aut ob ma/
ius premiū ea que nobis permissa sūt respu
amus. Quibus omnibus apparet ꝙ perfe
ctum non differt ab imꝑfecto. sicut virtuo/
sum a vitioso: sꝫ sicut magis bonum a mino
ri bono. ¶ Tertii actus ī xp̄o respiciūt īfor
mationem ꝑfecte vite sicut offerre se morti
virginitatem ⁊ paupertatem obseruare: ⁊
huiusmodi. Cuꝫ ergo queritur in quo debe
mus sequi xp̄m. ¶ Rn̄deo ꝙ in obseruantia
diuinorum mandatorum: vt apparet ex pre
missis. In operibus autem ꝑfectionis nō te
nemur ipsū sequi: nisi inquantum volumus: si/
cut si nos astringeremus ad obseruandum
diuina consilia: vel ī casu ꝙ extrema neces
sitas expostularet sicut si aliter vnus nō pos/
set se defendere: vt si nō negaret xp̄m mo/
reretur. in quo casu tenetur de necessitate
salutis magis eligere mortem. Idcirco mul
ti iudices sunt: qui ex operibus perfectiōis
vel in xp̄o consideratis vel in sanctis suis:
eos lacerant: in quibus talia opera nō relu
cent. Quis ignorat ꝙ etiam in opibus ꝑfe/
ctionis ⁊ gradus ⁊ varietas īueniatr? Op⁹
nanqꝫ perfectionis ē pro xp̄o comburi: la/
pidari: crucifigi: capite trūcari: sagittari vel
decoriari. Opus perfectionis ē: mundo di
misso in solitudine deo seruire. Opus perfe
ctionis ē habitum religionis assumere: ⁊ in/
ter homines stando: verba vite predicare.
Que fatuitas ē ergo dicere: Paul⁹ prim⁹
heremita stetit in heremo: ⁊ benefecit. Ste
phanus fuit lapidatus ⁊ nō stetit in heremo
ergo male fecit? Sanctus franciscus nō fu
it sacerdos: ⁊ noluit esse propter humilitatē
⁊ benefecit. ergo sanctus Antonius qui fu/
it sacerdos male fecit? O rudis intellectus
ē ista cogitare. O ruda ingenia o mētes īsi
pide atqꝫ bestiales. Certe absqꝫ vlla ratio/
ne volunt pleriqꝫ de quibus loquimur: oēs
ad opera ꝑfectionis fore obligatos: dānāt
cōiugia: dānāt reges: duces: barones: mili/
tes. mercatores: artifices: ⁊ quoscunqꝫ in se
culo constitutos. Quibus ego dico ꝙ hi q
in seculo sunt in quolibet gradu: ⁊ seruant
mandata dei: ⁊ salus eterna eis nō denega/
tur. Asserunt etiam hi eos qui perfectionis
viam īgressi sunt ad oīa ⁊ singula perfectio
nis opa teneri. quod falsū ē vt ostendimus
exēplis preallegatis. Sequamur ergo xp̄ꝫ
bono animo: q: ad nihil īpossibile nos cogit

¶ De tribus rōnibus inducimur sequi xp̄ꝫ
quem multi fugiunt. ¶ Caplꝫ. 2.

Secunda conclusio dicit ratio vel ī/
ductio. Inducimur nanqꝫ christum
sequi: quē multi fugiūt triplici rōe.

¶ Primo ratione nominationis.
¶ Secūdo ratione honorationis.
¶ Tertio ratione remunerationis.

¶ Primo īducimur sequi xp̄m ratione no/
minationis. Nominamur enī xp̄iani: qđ no
mē primo ab apostolis ⁊ discipulis fuit ītro
ductuꝫ. Nā vt scribit in. 2. li. ecclesiastice hi
storie. cū passim p gentiliū populos diuina
cēsūderetur dignatio: primū Corneli⁹ apud

Cesaream palestine vrbem maximā cuꝫ oī
domo sua ad fidem xp̄i Petro ministrante
ꝑducitur. Jamqꝫ ī dies q̄plurimi ⁊ alii ex
gentibus apud Antiochiam ad fidem vene
runt. Ob qđ ibidē florentissima congregat̄
ecclesia: in qua oībus pariter ⁊ ī gratia dei
⁊ vnanimiter degētibus: ibi primū discipuli
perēni fonte sūpto mutato vocabulo appel
lati sunt xp̄iani. Quia vero xp̄ianus a xp̄o
dicitur: oportet vt qui illud nomen habent
xp̄m sequātur: qꝛ nomen debet esse conso/
nans rei: sicut probatur. zi. di. c. cleros. ⁊ de
prebendis ⁊ dignitatibus. c. cū scđm. ⁊ isti/
tuta de donati. §. ē. Hinc est quod scribitur
extra. de sacra vnctione. c. cōuenisse. A chri
sto xp̄iani dicūtur: vt quasi vncti deriuent̄
ab vncto: vt omnes currāt in odorē vnguē
torum illius cui⁹ nomē vt oleū ē effusū. Et
Aug⁹ ī li. de doctrina xp̄iana de hoc sic loq/
tur. Ex sacramēto vnctionis christianorum
oīum vocabulū descēdit. Quod nomē ille
frustra sortitur qui xp̄ꝫ minime imitatur

¶ Secūdo inducimur ad sequēdum xp̄m rōe
honorationis: qꝛ honorat xp̄s se sequentes
tanto honore vt maior excogitari nō possit
Jō dixit discipulis suis xp̄s Joh. 15. Jaꝫ nō
dicaꝫ vos seruos: sed amicos. Et in ps. 148
Nimis honorificati sūt amici tui ds. Qđ ve/
rū esse conspicimus: cum videmus tam ce/
lebri veneratione coli memoriam sanctorū
Et magis aperte videbitur: cum in fine se/
culi imitatores xp̄i magis honorabūtur q̄ꝫ
purpurati reges: q̄ꝫ īsatiati diuites: q̄ꝫ deli/
cati iuuenes: q̄ꝫ hi qui voluptatibus ⁊ blā/
ditiis seculi vacauerunt. Tunc vt scribit̄.
Sap̄. 5. Stabunt iusti in magna constantia
aduersus eos ⁊c. vsqꝫ illorum est. Erit tunc
maior gloria ⁊ honor piscatoris amici dei:
q̄ꝫ fuerit gloria exhibita quibuscunqꝫ impe
ratoribus romanorum. Nulla erit tunc illo
rum romanorum gloria qui post multos la
bores: ⁊ sudores: ⁊ angustias: ⁊ effusionem
sanguinis: ⁊ dira vulnera superatis hosti/
bus in vrbe maxima triumphabant. Erat
nanqꝫ triumphus ille honor maximus: qui
dari poterat a romanis. Et dicit̄ a tris: qđ
est tres ⁊ phanus: quod est sonus: quasi tri/
plex sonus pro benemerito ciue. Fiebat āt

triplex consultatio pro triumpho. Nam pri
mo consulebatur exercitus. Secūdo sena/
tus. Tertio populus. Quibus cōcordanti/
bus triūphabat victoriosus dux. Uel dicit̄
ꝙ triplex fuit leticia triumphātis. Prima ꝙ
cum ad vrbeꝫ triumphalis ciuis rediret ei
cum effusa leticia occurrebat populus vni
uersus. Secūda erat leticia: qn̄ triūphātis
curruꝫ p̄cedebāt captiui omnes manib⁹ p⁹
terguꝫ ligatis. Tertia leticia qꝛ triumphās
seruū post se habebat gestātem ānulū simi/
lē suo: ⁊ a tergo triūphantis coronā aureaꝫ
deferentē. Ipse vero triūphans īdutus ve
ste aurea ascendebat sup currū aureum tra
ctū a quattuor equis albis: vt scribit Luci
us flor⁹ li. primo. Et sic pōpatic⁹ dux cūte
senatu ī capitolio albos mactabat tauros
⁊ sacrificabat Joui. Et ob tēpamētū huius
effuse leticie: licebat īpune oībus iocose ad
uersū triūphantem dicere quecunqꝫ cōui/
tia. Et iō moti romani ad tātā gloriam: sine
rubore postulabāt sibi đcerni triūphales ti
tulos ob quecunqꝫ leuia. Quibus vt occur
reret̄ teste Ualerio sub rubrica de iure triū
phādi. lege cautuꝫ ē nequis triūpharet nisi
5. milia hostiū ī vna acie occidisset. ¶ Et ne
lex cupiditatis glīa fraudaret̄: adiutorio al
terius legis suffulta ē: quā Lucius Mari/
us. ⁊. M. Cato tribuni plebis tulerūt. Mi
nabatur enī penam impatoribus: qui falsū
numerū occisorū hostiū aut amicorum ciui
um senatui suis litteris nunciassent. ¶ Jube/
bāt etiā vt q̄ꝫ primo vrbē ītrassēt apud q̄sto
res vrbanos iurarēt de vtroqꝫ numero ab
his senatui scriptuꝫ esse. Erat ēt sācitū: vt ꝓ
habito īperio: nō ꝓ recupatis romani popu
li triūphus decerneret̄. Ob quā legē vt scri
bit Ualeri⁹. supior african⁹ ob recupatas hi
spanias nulluꝫ triūphuꝫ habuit. Nec. M.
Marcell⁹ ob recupatas Siracusas. fiebāt
āt in his triumphis solatiosi ludi ⁊ festiui io
ci in honorē triumphantis. Unde maxime
mouebantur ipsi romani ad viriliter agē/
dum ⁊ aggrediendum quecunqꝫ ardua: ⁊
difficilia sibi cōmissa Sic triumphauit Lu
cius posthunius megetellus secūdum Ti/
tum Liuiuꝫ. li. p̊. ab vrbe condita: qui Sā/
nites vicit ⁊ Uriam superauit. Triumpha

uit Lucius Emiliꝰ: Paulꝰ filiꝰ Lucii Emi/
lii: qui apud Camios occiſus ē ſecūdū Pli
niū de viris illuſtribus: eo ꝙ Ligures vicit
⁊ perſem regem macedonie ſuperauit. Tri
umphauit Papilius: qui lucius Papilius
curſor dictus ē: qui Sānitum duritiem fre
git: ⁊ adeo clare cuncta geſſit ꝙ romani ſm
Eutropium ⁊ Horoſium: hunc Alexandro
maximo duci parē eſſe preſtolabātur. Triū
phauit Quintus Cecilius Metellꝰ dictus
Macedonicus ſꝫ Eutropiuꝫ li. 4. a domi/
ta Macedonia: qui philippum regē de ma
cedonia deuictum eduxit. Triūphauit me
tellus filius eius ſm Horoſiū creticꝰ dictꝰ:
qꝛ Cretā romano pplo ſubiugauit Triūpha
uit Pōpeiꝰ magnꝰ poſt ſupatos duos reges
ſm Horoſium trahētibus currū elephantis
preferēs ante ſe filios Mitridatis ⁊ Triga
nis ⁊ Ariſtobolū pricipem iudeorum. Triū
phauit Ceſar quinquies vt Suetoniꝰ ſcri/
bit. ⁊ Florus. propter ea que geſſerat ī gal/
lia ⁊ britānia ⁊ egypto ⁊ africa. Triūphauit
Probꝰ impator: qui ſm Eutropiū. 9. li. ⁊ ru
finū ī annalibus romanorū: vicit alemanos
germanos: gottos exarmatos. ⁊ diebus. 5.
ſic glorioſe triūphans inter alia ſpectacula
totū currū ī ſpēm ſilue fecit cōſeri arborībꝰ
ac per diuerſos aditꝰ mille apros: mille cer/
uos: mille leones: cētūqꝫ lupicos īmiſit leo/
pardos: ⁊ quaſcunqꝫ alias feras habere po
tuit viuas ⁊ oīa conceſſit diripiēda populo
Multiqꝫ fuerūt alii: qui in huiuſmodi triū/
phis nō paruum ſibi honorem vēdicauerūt
Sed vere fumus fuit ⁊ vanitas talis honor
Laborauerūt ſollicitudine pro re inſtabili ⁊
momētanea. Non ſic autem erit de honore
amicorum dei qui honorem perpetuū ⁊ īde
ficientē acquirent. Non dicetur impatori/
bus olim triūphantibus: tunc vero fletibus
ſed his qui xp̄m ſunt imitati Math. 25. c.
Venite benedicti patris mei. O ergo mun
dana pigritia. o vituperabilis negligentia:
Si illi ciues terrene ciuitatis tantum labo/
rarunt pro illo modico honore accipiendo:
cur omnes nō inuigilant ad imitandum xp̄ꝫ
pro honore: qui pmittitur oībꝰ btīs ī regno
celorum: ¶ Tertio inducimur ad imitāduꝫ
xp̄m rōne remunerationis. Dat nanqꝫ ſe ſe/
quentibus remunerationem liberaliſſimaꝫ
pro ſeruitio tpali vitaꝫ eternam: p breui la
bore bonum quod nunq̄ꝫ deficiet. Hinc eſt
quod Hiero. in queſtionibus ad Elbidiam
ait. O quāta btītudo pro paruis magna re/
cipere: eterna pro breuibus: pro morituris
ſemp viuētia: ⁊ habere deum debitoreꝫ.

¶ Qꝛ multi ſine ratione pp tria retrahun/
tur a xp̄i ſequela. ¶ Cap. 3.

TErtia cōcluſio dicitur retardatio:
Retardant̄ equidem ⁊ retrahūtur
multi a ſequela xp̄i irrationabiliter
maxime propter tria.

¶ Primo pp fidem dubiam.
¶ Secūdo pp humanam verecundiā.
¶ Tertio pp ſpem falſam.

¶ Prima retardatio dicit̄ eſſe pp fidem du
biam: qꝛ nolunt firmiter credere exiſtiman
tes nihil aliud eſſe niſi quod ī pn̄ti vita inue
nitur atqꝫ videtur. ¶ Quos Gregꝰ in quar
to dialogorum quodam exemplo valde di/
gno cōuincit: vbi ait. ꝙ ſi caſu vna mulier ī
fouea aliqua terre obſcura ⁊ anguſta pari/
at filium: ibique eum educat vſque ad an/
nos diſcretionis. poſtmodum ei dicat: qua/
liter eſt ſupra ipſos celum: terra: ſol luna ſtel
le: plāte: hoīes: edificia: fōtes: maria ⁊ huiuſ
modi. fatuus eſſet ille filius ſi non crederet
dicens: iſta nō pn̄t eē: qꝛ ea nō vidi. Pariſor
miter ſtultus ē hō qui nō credit ſācte matri
eccleſie: nō credit predicatoribus ⁊ cōfiten/
tibus de futura vita regni celorū. ¶ Secū
da retardatio dicitur eſſe propter humanaꝫ
verecundiam. Timēt enim malorum homi
nū latratus ⁊ morſus: qui derident ſepenu/
mero eos qui benefacere ſtudent: ſm illud
puer. 13. Deteſtātur ſtulti eoſ qui fugiūt ma
la. Et puer. 14. Ambulans recto itinere: ⁊
timens deum deſpicitur ab eo qui infami
graditur via. Et. Joh. 3. Oīs qui male agit
odit lucem. Contra quos Hieroꝰ dicit ad
Pāmachium. Prima virtus monachi ē cō
temnere oīa iudicia. ⁊ recordari apoſtoli di
centis. Si adhuc hominibus placerem xp̄i
ſeruus non eſſem. Magiſqꝫ deridendi ſūt
qui imitantur diabolum q̄ꝫ qui ſequunt̄ xp̄ꝫ
Tertia retardatio dicitur eſſe propter ſpeꝫ
falſam: quia ſperāt diu viuere: qđ vnicuiqꝫ

dubiū eē dz. Sz euenir solet qđ Hiero. scribit ad Serūtiā. Nemo iquit eni ē tā fractis viribus ac taz decrepite senectutis vt ñ se putet vnum adhuc ānū superuicturum esse Unde subripit obliuio conditiōis sue vt terrenum animal iamqz soluendum erigatur in superbiā: τ aīo celuz teneat: Hec ille. Coexcitentur itaqz omniū mētes: aperiantur oculi cognoscam⁹ seculi vanitatem: labilitatē: falsitatem istabilitatem calamitatem breuitatem τ finē. Conemur itaqz imitari xp̄m iesum qui nos iuitat: ac ad nos clamat. Uenite ad cenā paradisi: τ ad beatitudinez impetrabilē que parata est oībus post me venire volentibus: quam nobis concedat iesus christus Amen.

¶ Dn̄ica tertia de aduentu. Sermo de predicatione Joānis baptiste: qua christum đi filium publice predicauit.

Fructus. i5. Jesum Joānes predicat.

M Edius autem vestrum stetit quē vos nescitis. Jo. i. c. τ in euāgelio p̄ntis dn̄ice. Precursor domini nostri iesu xp̄i Joānes babtista ex dispositiōe sp̄us sc̄i xp̄z dei filiū publice p̄dicauit: cuius altitudinē singulariter idicare voluit his q fuerāt ab hierosolymis ad eū missi: q tamē cū ceteris phariseis ac iudeis p̄fidis nullo modo acquieuerūt Jōhis testimonio veracissimo. Noluerūt que de xp̄o audierāt a Jōhe humilimē te suscipere. Et qz i euangelio hodierno fit specialis mētio de Jōhis predicatione: qua xp̄z dei filium firmiter: fortiter veraciterqz asserebat. Jdcirco p̄ euāgelij declaratione fructū p̄ponim⁹ elucidādū q est. Jh̄z iōhes predicat. Ad cui⁹ expositionē tres ɔclusiones occurrūt annotāde.

Prima ɔclusio dicit missionis.
Secūda ɔclusio dicit iterrogatōis.
¶ Tertia ɔclusio dī magnificatōis.

¶ Ꝋ missi sunt ad Joānē sacerdotes τ leuite iterrogātes an esset xp̄s. ¶ Cap^m. z.

P Rima conclusio dicitur missionis. Que notatur i prima parte euāgelii vbi dicitur q miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes τ leuitas vt interrogarēt eum. Tu quis es? Ubi nō imerito querimus quare iudei potius opinabantur de Joāne q esset christus: q̄z de dn̄o nostro iesu christo. Nā s̄m Origenē tēpus aduentus xp̄i populū recreabat: τ quodāmō iam p̄ns existēs legis peritis ex sacris scripturis speratū colligentibus: pp qđ Theodas nō modicā multitudinē quasi xp̄s ɔgregauit: τ post illum Judas galileus i dieb⁹ professionis. Cū ergo feruentius expectaret xp̄i aduentus: iudei transmittunt ad Joannem cōiter scire volētes si ipse se xp̄m fateretur: propter tria.

¶ Primo propter baptismi nouitatē.
Scđo pp predicatiōis claritatem.
¶ Tertio pp vite austeritatē.

Primo iudei habuerunt de Joāne talez opinionē pp baptismi nouitatē: qz vt dicit i fine huius euāgelii. Joānes erat i bethania trans iordanē baptizans. Hec bethania s̄m glo. alia fuit ab illa q̄ non longe erat ab hierusalez: vbi fuerat Laçarus mortu⁹ suscitatus. De qua etiā dicit Origenes q alio nomine vocabatur bechabora. Et qz nullus p̄phetarū ante Joānē acceptauerat baptiçare: iō baptismus ei⁹ quandā nouitatē pretendere videbatur: que nō imerito superiores iudeoꝝ mouere poterat: vt de Johe suspicarēt q eēt xp̄s. De quo baptismo quatuor veritates tenēde sunt catholice. ¶ Prima veritas s̄z Ric. in. 4. q si extēdam⁹ nomē sacramēti ad omne signū rei sacrātis suscipiētē: sic baptismū Jōhis erat sacramētū qz expresse representabat xp̄i baptismū: qui ē res sacrās suscipiētē. Si aūt restrigamus nomē sacramēti ad illud qđ est sacre rei signū τ cā: sic nō erat sacramētū: qz nō ɔferebat gratiā ex vi sacramēti vt declarabim⁹. Uñ respcū sacri baptismi xp̄i debet dici fuisse sacramētale: qz fuit quedam dispositio τ p̄paratio ad illi⁹ baptismi susceptionē: vt dicit magister sn̄iaꝝ i lr̄a. di. z. quarti li. Secūda veritas q baptismus Joānis vt dicit p̄fat⁹ doctor fuit istitutus auctoritate dina. Qđ p̄bat p illud qđ dī a Joanne baptista. Jo. i. Qui misit me baptiçare ille mihi dixit Sup quē videris sp̄m descēdētē τ manētē

ff

ſuꝑra cū.ipſe ē q baptiçat ī ſpū ſcō. Hoc ipꝫ
patet.qꝛ Math.zi.xp̄o quereñti ꝺ baptiſmo
iohis. vtrū eſſet ex celo an ex hoīb⁹:nō fue
rūt auſi dicere ꝙ ex hoīb⁹. Et dr̄ ille baptiſ/
mus Joānis:eo ꝙ ipſe ſol⁹ fuit miniſter pri/
marie īſtitutōis ⁊ executiōis illi⁹ baptiſmi.
¶ Tertia veritas ꝙ baptiſm⁹ Joannis ſm̄
glo.ſup illud Luc.3.p̄dicās baptiſmuꝫ pnie.
nō dabat ſeu ꝯferebat gratiā:qꝛ vt dicit̄ ibi
Johēs dare non potuit baptiſmū:quo pctā
ſoluerētur. Nā vt dicit Boñ.z.di.quarti li.
talis baptiſm⁹ fuit īſtitut⁹ ꝑ quādā p̄parati/
onē ⁊ aſſuefactionē ad baptiſmū xp̄i.ꝺ ꝯſe.
di.4.c.nō regnabant̄. Uñ glo. Math.3.ſuꝑ
illo verbo. Ego baptiço.ait. Tātuꝫ corpora
lauo:qꝛ peccata ſoluere nequeo vt ſicut na/
ſcendo ⁊ predicando precereo.ſic baptican/
do .ad chriſti baptiſmum dirigam. ¶ Quar
ta eſt veritas ꝙ baptizati baptiſmo Joānis
iterum debuerunt rebaptiçari: ſicut pa/
tet ꝑ Aug.ſuꝑ ioh.⁊ ponit̄ de conſe.di.4.c.
Aliud. vbi dicit̄. Si quos baptiçauit iudas
iterum nō ſunt baptiçādi:⁊ quos baptiçauit
Joānes:iterꝫ ſunt baptiçādi. Et ideꝫ li.z.de
baptiſmo cōtra donaſtitas ait. Dñs ihs xp̄s
tali baptiſmo mūdat eccleſiaꝫ:quo accepto
nullū alterꝫ requirat̄. ioānes aūt tali baptiſ
mo precingebat.quo accepto eſſet etiaꝫ ba/
ptiſmū dñicū neceſſariuꝫ. Et hoc habet̄ ex/
preſſe Act.19.c.quādo baptiçatos baptiſmo
ioannis Paulus baptiçauit baptiſmo xp̄i.
Dic̄ tñ dñs Boñ.ꝙ quorūdā opinio fuit ꝙ
baptiçati baptiſmo Joānis ſi nō habebant
fidē trinitatis rebaptiçādi erāt. Si āt habe/
bāt fidē trinitatis:quā iterius īſignebantur
tāꝗꝫ caractere: habebāt ſpm̄ ſcm̄ ꝑ ipoſitio/
nē manuū ⁊ iō ñ erāt rebaptizādi. Scot⁹ aūt
in.z.di.ſui quarti.q.vnica īquit ꝙ duplicit̄
poteſt itelligi baptiſmus iohis. Uno modo
ī forma baptiſmi xp̄i: quā potuit didiciſſe a
diſcipulis xp̄i vl̄ ab aliis audiētib⁹ eos bapti
çare. Et tunc non dicitur ꝓprie baptiſmus
Joannis ſicut non dicitur baptiſm⁹ ¶ Petri
vel Pauli. Et planū ē ꝙ tales ſic baptiçati
nō erāt baptiçādi. Alio modo poteſt itelligi
baptiſmus Joānis nō ī forma baptiſmi xp̄i
ſed ī aliqua alia forma ꝓprie.ſ.ī noīe vēturi
vt dicit̄ Act.19.vel abſq3 aliqua forma. Et
ſic ꝺ baptiçato ſatis videt̄ neceſſariū ꝙ erat

baptizādus baptiſmo xp̄i:tum ꝓpter prece
ptū generale obligās omnes.qꝺ nō iplebāt
ſic baptizati a Joāne.tū qꝛ medicina prepa
ratiua ſuſcepta:ꝯgruum eſt recipere medi/
cinā curatiuā. Baptiſmus aūt Joannis vt
dixi paulo ſuperi⁹ erat ſicut diſpoſitio ⁊ me/
dicina preparatiuā ad baptiſmū xp̄i ¶ Ideo
nō tenet̄ opinio magiſtri a doctoribus ī hoc
paſſu:quia nō videtur habere rationes cō/
uenietes. ¶ Secūdo iudei magis opinabā/
tur ꝙ Joannes eſſet xp̄s ꝗꝫ de dño nr̄o ihu
xp̄o propter doctrine claritatē. Adeo nanq3
doctrina eius erat grata: vt magna popu/
lorꝫ frequētia cōueniret ad ipſuꝫ audiēduꝫ
Unde Math.3.dicit̄. Exibat.ad eū hiero/
ſolyma ⁊ oīs iudea:⁊ oīs regio circa iorda/
neꝫ. Et ſi dicatur ꝙ populi ſtulte faciebant
cum non conſtabat eis de auctoritate Jo/
annis:qui etiam nulla miracula faciebat.vt
dicitur Joh.i. Dicitur ꝙ fama miraculo/
ſe conceptionis Joannis de ſterili ⁊ ſene:⁊
annunciatio eius facta patri in loco:⁊ feſto
ſolenni:⁊ ablatio vſus lingue ⁊ eius reſtitu
tio nota plebi:⁊ preclara vita parentum:⁊
eius ab infantia permanſio ī deſertis:⁊ ſan/
ctitas:⁊ ſtupenda efficacia ſpiritus in loquē
do dabat apertiſſimum teſtimoniuꝫ ioāni
ꝙ eēt vox illa clamātis ī deſerto.ꝺ qua di/
cit Eſaias. Jō exit⁹ populorꝫ nō erat temeri
tas:ſꝫ poti⁹ motio ſpūs dei:⁊ rōis ⁊ volūta/
tis corꝫ ſibi ꝯſentiētis. ¶ Tertio iudei de io
anne opinabāt̄ ꝙ eēt xp̄s ꝑꝑ vite auſterita/
poſſumus ad illud qđ adducebať ī ꝯtrariuꝫ ꝙ ſi dicatur ꝑ metaphoraꝫ: qꝛ rex dr̄ caput regni mouẽs ⁊ impans ipſi. ſic ipſe chriſtus inq̃tum hõ ẽ caput angelorũ: qꝛ ẽ rex cõſtitutus ſup eos. Si aũt dicatur caput ſm cõformitatẽ nature: ſic xp̄s inq̃tum hõ non ẽ caput angelorum ſimpliciter: ſed ſm qd: qꝛ nõ ẽ cõformis angelis ſimpliciter ſed ſm qd. Dr̄ ꝙ aĩa rõnalis q̃tum ad partẽ ſuperiorẽ ĩtellectualẽ habet cõformitatẽ cũ angelis. Eſt ergo caput ipſis inq̃tuꝫ cõformať ipſis ĩ natura ꝑ partẽ rõis ĩtellectualem hoĩum. Aut ẽ caput ſimpliciter qꝛ habet plenaꝫ cõformitatẽ cũ illis. ❡ Secũdo cõſideremus q̃tum ad electos: ſi oĩum electoruꝫ vel aliquorum xp̄s ẽ caput. Et ꝙ nõ ſit oĩuꝫ caput ꝓbatur. Nã xp̄s proprie ẽ caput ſecũdũ ꝙ hõ. Sed nõ fuit hõ ante ĩcarnationem. Ergo nõ fuit caput ſcõꝝ patrũ. Ad hoc reſpondet glo. ſup. c. i. ad Col. querẽs: Cum eccl'ia ab Abel ceperit: quomodo chriſt⁹ caput eorũ ẽ: qui tũc fuerunt. Et dicit ꝙ xp̄s dicit caput ſm diuinitateꝫ ⁊ ſm humanitatẽ. Secũdum diuinitatem fuit principiũ ⁊ fundamentũ eccleſie: qꝛ oẽs iuſtoſ qui ab Abel vſqꝫ ad vltimum iuſtũ fuerunt ⁊ futuri ſũt generaliter virtute diuinitatis illuminauit. Secundum humanitatẽ põt dici caput vel principiũ eccleſie: qꝛ ſuper fidẽ humanitatiſ fũdatá ẽ. Ex hoc expreſſe relinquitur ꝙ ſi eccleſia fuit fundata ſup fidem humanitatis ſue ante ĩcarnationẽ. ⁊ ex eo dr̄ caput: q̊ eſt fides de ſua humanitate. ergo eſt caput coꝝ q fuerũt ante ĩcarnationẽ fideliũ: ſicut eorum qui ſũt poſt ĩcarnationẽ. Nã ſi diceretur caput ſolum: qꝛ habet humanitateꝫ: tũc eſſet caput fidelium ⁊ infidelium equaliter cum ſm humanitatem equaliter conueniat cuꝫ hominibus fidelibus ⁊ infidelibus. maximum eſſet ĩconueniens: ideo caput dicitur non quia eſt homo ĩ re: ſed quia eſt homo in fide. ⁊ creditus ẽ eſſe homo ab omnibus electis: lꝫ tp̱e variato: qꝛ patres ãtiqui fidem habuerunt de ipſo iam venturo: ⁊ nos fidem habemus quia iam venit: vnde omnium electorum ẽ caput. Et de hoc Aug⁹ ponit exemplum: in li. de cathetiʒandis rudibus: quod habetur Geñ. 38. c. de filiis iude ⁊ Thamar vidue in quorum natiuitate ʒaram prior eduxit manum: in qua obſtetrix ligauit coccinũ dicẽs. Iſte egredietur prior. Illo vero retrahente manuꝫ: egreſſus ẽ alter. Hec dicit Aug⁹. ꝙ ſicut ʒaram dum naſceretur prius emiſit manum. poſtmodum caput ſecutum ẽ. deinde cetera membra. Sed tñ caput dignitate ⁊ ptãte precellit. lꝫ tp̱e ſequeretur. Ita chriſtus mediator dei ⁊ hoĩuꝫ qui p̄triarchis ⁊ prophetiſ premiſit manũ anteq̃ appareret ĩ carne: vĩculis legis ſuperbum populum aſtringentẽ ſiue cõprimentem: tp̱e naſcendi ſecutum eſt caput corporis eccleſie. cui adheſerunt oẽs fideles credendo. ❡ Tertio cõſiderem⁹ q̃tum ad reprobos: qui ſunt in fide ⁊ caritate non tamen perſeuerantes: vtrum chriſt⁹ ſit caput ipſorum. Et videtur ꝙ nõ. qꝛ corpus chriſti verum quod traxit de virgine eſt figura ⁊ ſacr̄m corporis myſtici: quod ẽ eccleſia: quia ſicut corpus chriſti ẽ cõpactum ex puriſſimis ſanguinibus virginis ⁊ pertinentibus ad gloriam reſurrectionis: ita a ſimili corpus myſticum quod eſt in eccleſia cõpaginatum debet eſſe ex puriſſimis ⁊ fideliſſimis aĩabus pertinentibus ad gloriaꝫ reſurrectionis. ergo non ſunt membra eccleſie niſi pertinentes ad gloriam reſurrectiõis. ❡ Sed reprobi in fide exiſtentes in caritate: qui tamen nõ perſeuerabunt. ⁊ infideles nõ pertinent ad gloriã reſurrectionis. lꝫ pertineãt ad reſurrectionem. ergo nullus reprobus eſt membrum eccleſie. Et ſic xp̄s non eſt caput reproborum etiam exiſtentium in caritate. Ad hoc reſpondet Alex. ꝙ eſſe mẽbra chriſti vel eccleſie non ponit niſi ſenſum gratie per fidem ⁊ motum per amoreꝫ ⁊ caritatem vel conformitatem cum chriſto ĩ natura. Et qꝛ iſta ſũt in reprobis exiſtẽtib⁹ ĩ fide ⁊ ĩ caritate. lꝫ nõ cũ ꝑſeuerantia. iõ q̃diu ſũt iſta ĩ illis: cõcedẽdũ ẽ ꝙ ſũt mẽbrũ xp̄i ⁊ eccl'ie: ⁊ ꝯparanť ad xp̄ꝫ taq̃ ad caput. q̃tũ ad preſẽtẽ ſtatũ ĩ quo ſũt ĩ fide ⁊ ĩ caritate. Qñ ãt poſtea diſcedẽt ab iſtis tũc erũt mẽbra abſciſa a corp̱e eccl'ie. Ad rõnẽ ĩ ꝯtrariũ ẽ dicẽdũ ꝙ corp⁹ xp̄i veꝝ figura ẽ ⁊ ſacr̄ꝫ corporis myſtici q̃tũ ad p̄ntẽ ſtatũ: ſꝫ ñ q̃tũ ad futurũ. Rõ ãt ꝓcedit ac ſi reſpicẽt ſtatũ futurũ: cũ obiicit ꝑtinentib⁹ ad gloriã reſurrectiõis: Et qđ de reprobis dixim⁹ qui tñ ſũt

in fide: et caritate de malis itelligere debemus: lz ad vnionem corporis mystici siue ecclesie nunq̄ pprie pertineāt existētes i peccato mortali. Uerūtamē differt dicere vnitatē ecclesie et corporis ecclesie. In vnitate nanqz ecclesie sunt boni et mali: dūmodo habeāt fidē rectam. Et hoc ē qd̄ hr̄ Math. 13. q̄ ipsi tritico adiuncta ē zizania. Ubi dicit Aug⁹ q̄ ecclia ē ager i q̄ radicātur triticuz i. boni. et zizania hr̄ ē mali. Et tn̄ i fine sepabūtur. Unitas vo corpis ecclesie nō ē nisi p fidē formatā et caritatē: sicut dicit Ugo. li. de sacris. Iō mali nō sūt de corpe ecclie: q̄uis sint de ecclia. ¶ Quarto ɔsiderem⁹ q̄tū ad vtrūqz cōpositū. s. corpus et aīaz: si xp̄s ē caput aīaꝝ tm̄: aut corpoꝝ et aīaꝝ simlr̄. Ad qd̄ rn̄detr̄ ſm glo. i. ad Cor. 6. Nescitis qr corpa vestra mēbra sūt xp̄i? Qd̄ caput ē nō soluz aīarū: sed etiā corpum que i gloriosa resurrectione suā pfectionē habebūt. Tūc nāqz electi omnes erunt cū principe xp̄o: quē dilexerūt: i cuius aspectu placido hilari et iocūdo letabūtur et reficient̄ iterius et exterius: Sed q nūc nolūt eē mēbra illi⁹ nō poterunt tūc regnare cū illo. O ifelix mūdanorū cōditio. Uolūt hoīes mēbra poti⁹ fieri diaboli q̄ xp̄i. Illū sequūtur. a xp̄o fugiūt. virtutes spnūt: amplectunt̄ vitia: et de futuro nihil premeditatur. Nūc nūc tēpus ē i ecclia militanti xp̄m patronū accipe. vt in ecclia triūphāti valeamus cū xp̄o gloriari. O q̄ beata gēs. o q̄ beat⁹ pplus cui⁹ pius iesus xp̄s dn̄s et caput ē. O q̄ miserabil͛ et lachrimosa societas cui diabol⁹ pest: nō i ordine sz i errore: nō in gaudio sed in merore: nō i bono ſm in oī malo. Studeam⁹ itaqz q̄tū possum⁹ vt xp̄i mēbra et nō diaboli ieniamur

¶ De influentiam gratie a christo capite accipimus ¶ Capl'm. 3.

Tertia conclusio dicitur influentie. In qua perscrutari debemus de influentia gratie a christo capite. ex eo qd̄ Ioh. i. dicitur. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam. Pro cuius declaratiōe occurrūt quattuor dubia apiēda

¶ Primum vtrum possit esse influentia a christo homine in corpus ecclesie.

¶ Secundum vtrum possit eē iflūetia i āgel'.

¶ Tertium. vtrū maior fuerit influentia hoīs post icarnationē q̄ aā: vel equalis.

¶ Quartum vtrum vnio capitis ad corpus sit vnio simpliciter.

¶ Circa primū ē sciēdū q̄ xp̄s hō ifluit grāā corpi ecclie et mēbris eius trib⁹ modis.

¶ Primo per modū meriti.

¶ Secundo p moduz exemplaris.

¶ Tertio p modum capitis.

¶ Primo mō in nobis ē gratia a xp̄o homine per modū meriti: qr ipse ē qui nobis meruit gratiam per quā remittūtur peccata nostra et gratiā p quā cognosceremus et diligerem⁹ ipsū et oibus credētibus in ipsū et diligētib⁹ hoc meruit. Unde ad Ro. 5. dicitur. Sicut p vni⁹ hoīs inobedientiam multi constituti sunt peccatores: ita per vnius hoīs obediētiam iusti constituuntur multi. 2⁹ modo iflu it nobis gratiam p moduz exēplaris. Sicut enim videmus q̄ sic se habet exēplar ad exemplum q̄ quodammodo exemplum educitur ab exemplari: ita in ipso xp̄o homine ē exemplar propositum gratie. Cui debemus coaptare nos et conformare. Nam ipse est liber vite iuxta quem scribi debent libri nostri. i. conscie que sūt libri. vt habetur apoc. 20. c. Hinc et apostol⁹. i. ad Cor. 15. c. ait. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. qualis terrenus tales. et terreni: qualis celestis tales et celestes. Ergo sicut portamus imaginem terreni portemus et imaginem celestis. ¶ Tertio modo influit xp̄s nobis gratiam per modum capitis. ¶ Est enim quidam amor capitis ad membra: vt ipsum caput quodam naturali amore diligat membra. Unde spiritus naturales qui sunt in capite ex hoc amore decurrunt a capite in membris. ¶ Unde si aliquod membrum leditur: concurrunt spiritus a capite ad partem illam dolentem: et ibi colliguntur. ¶ Influentia ergo capitis ad membra vt sensificentur et moueantur ē per naturalem amorem. Et hunc appetitum implet spiritus animalis influens a capite ad membra. Secundum hoc ergo dicendum q̄ spūs increatus per quem est nobis cōmunio totius trinitatis. s. spiritus sanctus abundant i nostro capite scilicet i xp̄o

⁊ ipſius xp̄i ⁊ ſue beate anime ē deſideriuȝ vt ꝑcipiamus ſuū ſpiritū. Ipſe vero ſpirit⁹ explet deſideriū quod habet xp̄s ad nos ex ſuo ardentiſſimo amore. Circa ſecundum dubium eſt notandum ꝙ a capite xp̄o hoīe recipiunt angeli ſingulariter tria.

Primo cognitionē veritatis.
Secundo honorem.
Tertio dulcedinem ſiue iocunditatem.

¶ Primo cognitionē veritatis: qa erudiūtur ab ipſo. imo etiā per eccleſiaȝ que ē corpus eius innotuit eis myſteriū incarnationis. Nec erubeſcunt erudiri per ipſā. Unde Apoſtolus ad Eph.3.c. Mihi enī oīuȝ ſanctorum minimo data eſt hec gratia in gentibus euāgeliçare iueſtigabiles diuitias xp̄i illuminare omnes: que ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo: qui creauit omnia vt innoteſcat principibus ⁊ poteſtatibus in celeſtibus per eccleſiā multiformis ſapientia dei ſm̄ prefinitioneȝ ſeculoꝝ quā fecit in chriſto ieſu domino noſtro. Super que verba dicit Nicolaus de lira ꝙ redemptio xp̄i diſpenſabilis tam gentibus q̄ȝ etiam iudeis nō fuit ante reuelata niſi paucis ⁊ obſcure. Et myſteriū chriſti de vocatione gentiliuȝ nō ſolū hominibus fuit abſconditū: ſed etiā angelis. Qui etiā predicātibus apoſtolis hanc noticiā intuitiuam habuerunt per eccleſiam. ideſt ꝑ apoſtolorum ꝑdicatiōes: vidētes actu cōuerſioneȝ gētiū ad fidem: Qđ factū fuit ſm̄ prefinitionē ſeculorū. i. eternam diſpoſitionē. tpe plenitudinis adimpletā: quā fecit in xp̄o ieſu adimpleri. Cui dicto cōcordat Dio⁹. d. angelicas dignitates ſupra memoratū myſteriuȝ xp̄i ad plenū nō intellexiſſe donec cōpleta ē paſſio xp̄i: ⁊ apl̄oꝝ ꝑdicatio ꝑ gentes dilatata: Aug. etiā. 7. ſup Geñ. ad litterā ait. Sic fuit myſteriū incarnatiōis xp̄i a ſeculis abſconditū in deo: vt tamē innoteſceret pricipib⁹ ⁊ ptātibus in celeſtib⁹. Ubi dicit ſcūs Tho. in prima pte. q. 57. ar. 5. ꝙ de myſterio icarnationis xp̄i contingit loqui dupliciť. Uno mō in generali. Et ſic omnibus reuelatuȝ ē a principio ſue btitudinis. cuius ratio ē. qa hoc eſt quoddaȝ generale pricipiū ad quod oīa eorū officia ordinantur. Oēs enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Heb. p̊. in miſteriuȝ miſſi propter eos qui hereditatē capiunt ſalutis. Quod quidē fit ꝑ incarnatiōis myſterium. Unde oportuit de hoc myſterio oēs a pricipio coīter edoceri. Alio modo poſſum⁹ loqui q̄ȝtum ad ſpeciales conditiōes. Et ſic non omnes angeli a principio de omnibus ſunt edocti: imo quidā etiā ſupiores angeli poſtmoduȝ didicerunt ſicut dicit Dio⁹. 7. c. cele. hierar. Secundo accipiūt honoreȝ qui attenditur q̄ȝtū ad reparationē ſiue reſtaurationem ruine angelice. Non enim paruȝ erat eis detractū honoris ex ruina apoſtataꝝ angeloꝝ. Sȝ ꝑ incarnationē ⁊ paſſiōeȝ fit reſtauratio ruine angelice ꝑ hoīes implētes numeruȝ ipſoꝝ angeloꝝ. Uñ in p̊s. 109. dicitur. Judicabit in nationibus īplebit ruinas. Et glo. ad Ephe. i. dicit. Propoſuit reſtaurare. i. ad primū ſtatuȝ reducere omnia ꝑ peccatū deſtructa. angelos ⁊ homines qa ꝑ hoīs reſtaurationē ruina angelorū reparatur. Tertio recipiūt dulcedinē ⁊ iocunditatē ab ipſa humanitate xp̄i. Nam magnā recipiunt dulcedinē ⁊ contēplationeȝ diuinitatis. Sed cū vident diuinitatē in humanitate: ē eis alius modus dulcedinis. Propter quod Petrus ait. In quē deſiderabāt angeli conſpicere. Et Johel. 3. dicitur. Colles fluent lac ⁊ mel. Colles enim angeli ſūt: qui ante incarnationē fluebant mel in dulcedine contēplationis diuinitatis in ſe. Sȝ ex eius incarnatione fluunt dulcedines cōtemplationis diuinitatis et humanitatis: q̄ humanitas ſignificať ꝑ lac. Et ſi dicatur ꝙ angeli erant beati ante incarnationem chriſti. Sed beatitudo eſt ſtatus omniū bonoꝝ aggregatione perfect⁹. ergo ipſi erant ī ſtatu omniū bonoꝝ congregatōe pfecto. ergo nihil deficiebat eis đ aliquo bono. Reſpōdet Alex. in. 3. ꝙ q̄ȝuis ī bono eſſētiali eēnt perfecti ex viſione: tū de eis acceſcere potuit bonū ⁊ gaudium accidētale. Circa tertium dubiuȝ eſt dicendum ꝙ eccleſia poſt incarnationē ⁊ paſſionem xp̄i maiorē recepit grāȝ q̄ȝ ante. Qđ pȝ. qa ante incarnationē ꝑ fidē xp̄i erat remiſſio peccatorū q̄ȝtuȝ ad culpā: ⁊ nō q̄ȝtū ad oēm penam: qa remanebat pena carētie viſionis dei. Poſt icar

nationem ꝟo est remissio pctoꝝ q̃tū ad cul pam ꝛ oēm penā. Uñ lꝫ fides ecclesie añ incarnationē et pᵒ sit eq̃lis: virtuosioꝛ tñ est pᵒ q̃ȝ ante: qa hꝫ meritū passiōis xp̄i sibi cōiunctū. hec habent ab Alex. Circa q̃rtū dubiū dicendū ꝑm Ugo. de scō Uic. ꝙ vnuz dicit multipliciter. Primo mō ē vnū in nā. Et hoc modo pater filius ꝛ spūs sanctus sunt vnū. Secūdo mō ē vnum in ꝑsona. Et sic humanitas ꝛ diuinitas sūt vnū in ꝑsona filij. Tertio modo est vnuz per iusticiā p̄ntē: ꝛ futurā gloriā. Et illud est vnū qđ attendit in cōformitate voluntatis. Et sic dicimus ꝙ vnio membroꝝ cuȝ capite in corpe ecclesie ē vera vnio in qua beati sunt qui vniunt: ꝛ miseri q ab ea sepantur: quoniā oē bonuȝ felicitans animaȝ in xp̄o est: in ipso sunt thesauri icōpabiles: ꝛ iestimabiles diuitie dei. Ergo ipsuȝ queramus vt ab ipso recipiamᵒ gratiam: quā nobis ipse cōcedat. ꝛc̃. Amen.

Feria sexta post tertiam dn̄icam de aduentu. Sermo de scientia iesu christi.

Fructus. zo. Jesus est sciens omnia.

Mediis autē Jte₂ vbi s. Doctores iudeoꝛuȝ audiebant xp̄ȝ sepenumero scripturas ꝓpharū predicantem: ꝛ mirabantur quō litteras sciret: cuȝ eas non didicisset. Nec soluȝ eo perfectiōis tpe: quo maturuȝ igeniū litteraꝝ pinguedine solet esse delibutū hoc viderunt: veꝝ etiaȝ in infantili etate. anno videlicet. i z. in medio coꝝ sedentē: sapientissime audientē ꝛ interrogantē illū cōspexerunt. Quo spectaculo potuissēt si voluissēt cognoscere: ipsū esse filiū dei: in quo relucebat splēdoꝛ tāte scie ꝛ sapie. Sȝ voluntate sua peruersa i eū credere noluerūt: spreuerunt sciam eiᵒ: ꝛ ipsū ꝑsecuti sūt vsq̧ ad mortē. Et qm̄ singulare ē hoc priuilegiū in dn̄o iesu xp̄o: quo. s. scđm assumptam nām omni scia erat decoꝛatus. Ideo in p̄nti sermōe de scia aie xp̄i dicturi sumus. De qua fructuȝ vnū ꝓponimus contēplādū: q est: Jesus est sciens omnia. Pro cuius declaratione tres cōclusiones erunt notande.

Prima dicitur multiplicationis.

Secunda dicitur acquisitionis.

Tertia dicitur conditionis.

De multiplex fuit scientia in christo.

Capitulum primū.

Prima conclusio dicit multiplicatiōis. Jn qua scire debemus ꝙ ꝑm multiplicationē nārū in christo multiplicabat eius scientia put declarāt magister sn̄iaꝝ in tertio. ꝛ catholici doctores. Cuius rōnem assignat Alex. i. 3. sūme. d. vt dicit Joh. Dama. Quoꝝ sunt diuerse nāe: eorum sunt diuerse oṗationes. Oṗationibᵒ autē ꝓportionat habitus. Ergo cū in ipso sint diuerse oṗationes ꝑpter diuersas nās: erunt in ipso diuersi habitus. Et cuȝ scia dicat habitū ꝑm diuinā nām ꝛ humanā: in ipso erūt diuerse scie. Jnsup ꝓut dicit Boetiᵒ in li. đ diuersis naturis ꝛ vna ꝑsona. Xp̄s accepit aliquid a triplici statu humani generis: siue Ade vnus status fuit qui reddebat ei si stetisset: status. s. beatitudinis in premiū. Aliᵒ fuit status in q̄ erat. s. status innocentie. Et tertius statᵒ fuit pᵒ lapsū. Uñ xp̄m triplicez ꝑm hos status cognitionē decuit habere vȝ.

Primo cognitionem glorie.

Secundo cognitionē nature integre.

Tertio cognitionem penalis experientie.

Et hoc ꝑpt ꝑfectionē aie xp̄i: que nō tm̄ debet eē ꝑfecta ꝑm supioꝛē portionē: verū ēt ꝑm inferioꝛē: ēt ꝑm ptem sensualē: nō tm̄ q̃tum ad statū patrie: ꝫ ēt q̃tuȝ ad statum vie. Addit dn̄s Boñ. di. iȝ. tertij li. ꝙ q̄ ꝑfecta fuit aīa xp̄i q̃tuȝ ad cognitionē nō solū respectu cognoscibiliū: ꝫ ēt respectu modorum cognoscendi: ideo cum res triplicit sint cognoscibiles ꝑm ꝙ triplicit habent eē. Habent eni esse in ꝟbo in intellectu creato ꝛ i proprio genere. Ad hoc ꝙ intellectᵒ aie xp̄i plenaȝ de rebus habeat cognitionē: res cognouit ista triplici cognitiōe. Et sic pȝ ꝙ aīa nō tm̄ habuit cognitionē eoꝝ in verbo: sed ēt rerū a verbo. Cognitionē inquam nō tm̄ simplicis noticie: sed etiā experientie. Possumus tamen cōtra hoc arguere sic. Uniᵒ ꝑsone vna ē ꝑfectio. xp̄s est vna ꝑsona: ꝛ scia est ꝑfectio. ergo ipsius erit vna scia. zᵒ sic. Xp̄s est sciens sciētiā increatā. ergo ē certissima ꝑfectissima ꝛ nobilissima. ġ supfluuȝ est po

nere in ipso aliam scientiã: quia frustra fit p plura quod põt fieri p pauciora. 3° sic. Sciẽ tia xpi que est per gratiã vnionis est ẽm ma ius lumen q̃ sint alie tres sequentes de qui bus dictum ẽ. Sed sicut ẽ in lumine corpa li q maius lumẽ absorbet minus. g̃ similit est in lumine spirituali. g̃ nõ manent in xpo alij modi sciẽdi: nisi duo. s. vnus q est sciẽtie increate: alius qui ẽ per lumen gratie vnio nis. Ad primũ horũ argumentorum responde tur ẽm volũtatẽ dñi Boñ. di. 13. tertij li. et Alex. in. 3° q habitus non verificat ẽm pso nã: s ẽm naturã. Uñ dicit Joh. Dama. q in xpo sũt diuerse volũtates pter diuersas naturas z siliter debẽt esse diuerse sciẽtie; Ad secundũ dicendũ q q̃uis xpus sit vna psona cuz filio dei: non tamen p personalez vnionẽ. Et ẽm hoc ẽ sciens sciẽtia increata: sicut filius dei. Unde rõne psone nõ indiget alia scientia. tamẽ rõne psone i humana na tura indiget alia scientia. s. creata. Nõ enim debet esse hũana nã in xpo impfecta: qd se queret si careret scientia creata. Sed perfe ctior debet esse i ipso natura oibus alijs. iõ omni genere sciẽdi sciẽtia creata oportet q sit perfecta illa aĩa. Ad tertiũ dicenduz ẽ q in corpalibus minus lumẽ offuscat z absor betur a maiori. Et rõ hui° est: qm oĩa lumi na corpalia sunt ad vnũ actum. s. manifesta tiõis: qui qdẽ act° p se z pfectissime ẽ a lumi ne maiori. Sed in spiritualib° nõ ẽ sic. Non enĩ oĩa lumina spũalia sunt ad vnũ actũ. Di stinguẽdũ tñ ẽ ẽm statũ cõprehẽsoris z viato ris. Nã viatoris nõ ẽ vn° act° s plures. Uñ lumina plura ṽtutũ seu donorum i viatore nõ sunt ad vnũ actuz. Cõprehensoris vero non ẽ nisi vn° actus q determinatur ẽm clarita tẽ luminis z totalitatẽ ṽtutis eius lumine. s. diuine visionis in gloria. Xps autẽ erat i statu simul viatoris z comprehensoris secũ dum ptes anime differentes supiorẽ z infe riorez: z ideo scientia cõprehensoris non ab sorbebat alias scientias.

De scientia christi non fuit per successio nem temporis acquisita. Capitulum. z.

Secunda conclusio dicitur acquisi tionis. In qua notare debemus q scientia christi nõ fuit per successio nem tẽporis acquisita: sed ab initio sue con ceptionis sibi indita. Quod sentire videtur Alex. in. 3. Et ad hoc facit illud Grego. sup illo verbo. Luc. z. proficiebat etate. Pro ficiebat non q ipse sapientior fieret ex tem pore: sed paulatim demonstrabat sapientiã Sed circa hoc notanduz est secundũ Alex. i tertio. q in christo fuit multiplex modus sciendi. Primus fuit secunduz diuinam na turam. Et ibi scientia idem est quod ipsũ. Et iste modus fuit i filio dei ab eterno. Se cundus est ẽm gratiã vnionis: qui mod° di citur ab omni alio scienti incõicabilis cui cunq alteri creature. Tertius est ẽm grãz comprehensoris in quo cõicant angeli z aĩe sancte. Quartus ẽm naturã integrã anime ẽm q habuit Adam scientiam in statu inno centie. Quintus secũdũ penalem naturam assumptam. Sextus est quedam gratia da ta christo ad cognoscendum res ẽm nume rum z per progressum tẽporis. Q̃tum ad primum sciendi modum similiter se habet christus añ incarnationẽ z post. Secundus vero modus non fuit ab eterno. Et secũdũ istum habuit cognitionẽ omniuz coruz que pertinebant ad mysterium incarnationis: passionis z redemptionis. Secunduz vero tertium modũ non habuit cognitionẽ oiuz eorum que pertinebant ad gloriam suam z suorum. i. eorum qui ordinantur ad illam.

Secunduz ṽo quartuz moduz habuit noti ciã eorum que cognouit Adã in statu natu re integre. Secunduz quintuz moduz didi cit multas penalitates ẽm expientiã in affe ctiua q̃tum cognouit ẽm aliuz modũ. s. ẽm gratiã cognitiõis: que data ẽ sibi p gratiaz vnionis. Unde prescíuit illas p istã gratiaz: Sextus modus cognitionis est ad cogno scendum p expientiã nõ vt prior q fuit affe ctiue: sed cognitiue ex sensu. Secundũ no tandum est q cognitio in sensu p expientiã est duplex. Una cum res est in sensu scdm similitudinez. Alia cum res est in sensu secũ dum formam. Aliter enĩ est similitudo colo ris in oculo: aliter color. Ita duplex est co gnitio in xpo secundum expientiam. prima q̃tum ad naturam penalem. secunda q̃tuz ad specialẽ gratiã cognoscendi res secũduz

naturã ꝑ proceſſum temporis.

¶ Qꝫ anima chriſti eque erat ſapiens ut deus. ¶ Capitulum.3.

TErtia concluſio dicitur conditiõis ꝭ Fuit nãqꝫ ſciã chriſti magna ꝛ ad/mirabilis. Circa quã ꝯtigit dubitare: ſi fuit equalis ſciẽtie dei. ex eo ꝙ Ugo ꝺ ſancto Uic. ait. Anima xp̃i eque ſapiẽs eſt ut deus. Ad quod dicit. Alex. in. 3. ꝙ ẽ conſiderare diuinã ſciẽtiã ſecũdũ ꝙ dicitur re/ſpectu ſui. Et ſic ſciã ẽ uirtutis infinite. Et ſꝫm hunc modũ nihil eſt ei equale. Secũdo eſt conſiderare diuinam ſciam reſpectu creaturarũ: ꝛ hoc tripliciter.

¶ Primo reſpectu ad illud quod ſcitur.

¶ Secundo reſpectu ad modum per quẽ ſcit.

¶ Tertio reſpectu ad modum quo ſcitur.

¶ Et ad hoc ꝙ aliquid dicatur equale ſciẽ dei: oportet ꝙ equetur ſꝫm hec tria: quod non eſt poſſibile creature aliquo modo. Di/cendum ergo ꝙ cõparatione habita ſciẽtie anime chriſti ad diuinam ſcientiam: ſecun/dum illud quod ſcitur eſt dicere animam xp̃i eque ſcire ſicut deus: quia ſcit omnia q̃ deus. Comparatione vero habita q̃tũ ad medium per quod ſcitur: vel quantum ad modum quo ſcitur non erit dicere equalitatẽ: quia deus ſcit omnia per ſeipſum: ſicut cauſa omniũ. Anima v̄o xp̃i nõ per ſeipſũ cãꝫ immo ꝑ cãm deũ. Ecce inequalitas q̃/tum ad mediũ. Luculentior ẽ enim cogni/tio dei q̃ cognitio anime xp̃i ꝺ rebus oĩbꝰ q̃a deus ipſe omnes res videt ut in ſe: aĩa uero xp̃i nõ ut in ſe: ſed ut in deo. Nõ ẽ ḡ ab ſurdum dicere dominum noſtrũ iħm xp̃m noticiam habuiſſe ex lumine ſcientie ſue p̃/ſentium p̃teritorum ꝛ futurorum: qua ſciẽ/tia ꝛ cognitione fiebat ut dolor ineſtimabilis ſẽꝑ cruciaret animã illiꝰ. Et vllo vnq̃ tẽpore ĩueniri potuit ſine merore: q nũq̃ ca/ruit clariſſima cognitione. Cogita aĩa mea queẽadmodum ãte oculos xp̃i ſẽꝑ erãt pctã totiꝰ mundi. Uidebat ipſe q̃ſcũqꝫ deũ. offẽdẽtes q fuerunt a p̃ncipio mũdi ꝛ ſũt atqꝫ erũt vſqꝫ ad finẽ ſeculi. Uidebat ipſe peccata oĩa offẽdere deũ ſũmũ bonũ ꝛ infinitũ Uidebat ipſe multitudineꝫ eorũ q ingrati erãt ſibi de bñficio ĩcarnationis. Uidebat numerũ damnãdorũ. Uidebat ſingulas penas: quas ſuſtinuerunt quilibet ſcĩ cõfeſſo/res et martyres: ꝛ ceteri quiqꝫ ob ſuũ amorẽ. Uidebat q̃cunqꝫ tormenta paſſiõis ſue tpe ꝑ ipſum ſuſtinenda. O quot ſuſpiria ex fornaceo illo corde ſepiſſime ꝓrũpebant. O quot lachryme mitis iħu faciẽ rigabãt: qñ hec oĩa ſimul ꝯtemplãs in ſemetipſo di/cebat. Ego carnẽ aſſũpſi ut pctũ deſtruerẽ ꝛ ecce tot pctã multiplicant̃. Ego carnẽ aſ/ſũpſi ut ſpoliarẽ ĩfernũ ꝛ ecce grandis ẽ numerus illoꝝ qui ĩ illũ ſunt adiudicãdi. Ego carnẽ aſſũpſi ut ad paradiſũ omnes reducerem cruciatibꝰ meis. Paſſurus ſũ nãqꝫ opprobria: ĩfamiã: flagella: liuores: uulnera ꝛ mortem amarã. Et ecce quot a regno celo/rum expellentur. O ĩgratiſſimi homines. o ĩfideles: de vobis doleo: quia ad paradiſũ non uenietis. O iudei ꝓ uobis affligor: q̊s infernꝰ ſuſcipiet. o xp̃iani falſi ꝓ vobis con/triſtor: quos ignis gehenne indeſinenter exuret. O anima mea ĩ ꝓfundo amaritudinis poſita O mens mea anguſtiis vndiqꝫ vexata. Si inimicos meos cõſidero: ꝓ illis affli/gor. Si amicos inſpicio: ꝛ illis ex pietate. compatior. O Stephane ĩ amore meo eris lapidatus. Et tu Laurenti amore meo eris cõbuſtus. Et tu Sebaſtiane eris ſagittatus Et ſic ꝺ aliis dicere poterat: quos ĩ ſua mẽte lucida colligebat. Cõpatere ergo anima dño noſtro iħu chriſto: quẽ cũ audis ĩ aſſũ/pta natura omnia ſcientem: ſcias etiã q̃ crebro dolentẽ: merentem: lugentem ſuſpirantem ꝛ lachrimantem. Infige cordi tuo illiꝰ lachrymas ꝛ ſuſpiria: ut ſic valeas ab ipſo ſuſcipere gratiã: q ẽ bñdictꝰ ĩ ſecula. Amẽ.

Sabbato. Sermo de potentia xp̃i.

¶ Fructus. 11. Iħs potenter operans:

MEdius aũt Iterũ vbi. s.

Dñi noſtri iħu xp̃i maieſtatẽ diuinitatis declarãt nobis oꝑa illa miraculoſa: q̃ non niſi ſupernaturali potentia fieri potuerũt: ut di/ctum ẽ ĩ p̃cedẽtibꝰ. Et qñ poſſũt nõnulli eã potentiã xp̃o tribuere in aſſũpta natura. qđ erroneum ẽ dicere. Idcirco in preſenti ſer

mone de potentia xp̄i dicturi sumus: vt ita
credamus de ipso mirabilia facta: q̄ semꝑ
cōditiones ⁊ ꝓprietates seruem⁹ vtriusq̄
nature. Nam certissimū est q̄ sicut scientia
in xp̄o fuit admirabilis: ita ⁊ potentia. Ue/
rū scientia fuit in eo ꝫm humanitatē ⁊ diui/
nitatem vt diximus in anteriori sermone: po
tentia ꝟo in ipso est ꝫm diuinitatem. Ad qđ
plenius intelligendum proponemus in me
dio fructum qui est. Jesus potenter operās
¶ Pro cuius intelligentia tres conclusiones
erunt notande.
¶ Prima dicitur determinationis.
¶ Secunda dicitur negationis.
¶ Tertia dicitur impressionis.
¶ Qꝫ anima christi non est omnipotens:
¶ Capitulum primum.

PRima cōclusio dicit̄ determinatio
nis. Jn qua scire debemus de potē
tia xp̄i ꝫm doctores catholicos q̄
aīa christi nō est oīpotēs. sicut notat̄ in ter/
tio sententiarū. di. 13. Et rō huius ꝫm Ric.
ibidē q̄a oīpotentia includit actiuā potētiā
infinitā intēsiue: quia cum vnūquodq̄ agat
ꝫm q̄ est in actu: ⁊ patiat̄ q̄tum est in poten
tia. quantū res habet de actiua potentia: tā
tuꝫ habet de actualitate. ḡ potentia actiua
infinita includit actualitatē infinitā in habē
te illam potentiaꝫ. Actualitas autē infinita
in nulla creatura eē potest. quia oīs actua/
litas creature cuꝫ passibilitate ꝑmixta est.
Tū oīs potētia actiua que aīe xp̄i dari po/
tuit sibi data est. Dn̄s auteꝫ Bon̄. di. 14. ait
q̄ oīpotentia cōicari nō potuit alicui crea/
ture: q̄a omnis creatura eo ipso qđ ex nihi/
lo est deficit a sūma stabilitate. Unde quia
nō existit ꝑ seipsaꝫ: deficit a sūma simplicita
te. ⁊ quia nō agit ꝑ se totaꝫ deficit a summa
maiestate: vnde distare pōt ipsa virtus a sb
stantia. Et quoniā ꝑ se nō subsistit: nec in se:
nisi sustentet̄ a diuina potentia: quia nō pōt
seipsā sustentare. ideo īpossibile ē ipsam esse
omnipotentē. Rursus qm̄ ex seipsa tota nō
agit: nō potest in totā rei substantiā: ⁊ ideo
nō potest esse oīpotēs cū nō possit totū pro/
ducere. Postremo quia virtus eius nō di/
stat a substantia tantū pōt elōgari q̄ defi/
ciet oīo: vn̄ nō pōt in oīa. Sicut igitur soli
deo conuenit sūma stabilitas: sūma simpli/
citas. sūma īmensitas: sic ēt oīpotentia: que
necessario requirit ista tria. Unde nec ani/
me xp̄i: nec alicui creature potest oīpotētia
cōicari: nisi dixerim⁹ de aīa xp̄i q̄ ei oīpotē
tia cōicatur eo modo: quo cōicat̄ ei nomen
excellentie diuinitatis: hoc est ꝑ cōicationē
idiomatū: que ortū habet ex ꝑsonali vniōe.
Sicut etiā possum⁹ dicere q̄ homo ē oīpo/
tens: Sed cōtra hoc obijcitur: quia dicitur.
Math. vlt. c. Data est mihi oīs potestas in
celo ⁊ in terra. Ubi glo. inquit. Nō de coet/
na patris diuinitate: sed de assumpta huma
nitate dicit. Et iterū glo. super illud Luc. i.
Hic erit magn⁹. dic̄. Nō q̄ an̄ virginis par
tuꝫ magnus nō fuerit: sed q̄ potentiā quaꝫ
dei filius naturaliter hꝫ: homo ex tꝑe erat
accepturus. Ad hoc dicit Ric. q̄ iste glose
intelligūtur scđm illum modū loquēdi: quo
idiomata cōicant̄. Unde post verba glo. se/
cundo allegate statiꝫ subiungitur. Ut vna
sit persona homo ⁊ deus.
¶ Qꝫ in xp̄o non est potentia peccandi.
¶ Capitulum. 2.

SEcunda cōclusio dicit̄ negationis.
Nā negamus in xp̄o potentiā pec/
candi. sicut vult Anselm⁹ li. cur de⁹
homo. ⁊ oēs doctores in. 3. di. 12. Qđ decla
rans Ric. ait. q̄ xp̄s peccare nō potuit: nec
inq̄tū deus: vt ꝑ se pꝫ. nec inq̄tuꝫ homo: q̄
erat comprehensor. Et sicut āgeli boni pec/
care nequeūt: ita etiā nec ipse. Nō potuit ēt
peccare inq̄tuꝫ homo viator quia qn̄ mate
ria est sub aliqua forma cui⁹ actualitas eq̄t
⁊ implet totā capacitatē ⁊ possibilitateꝫ to/
tius materie: nō est possibilis ad cōtrariam
priuationē que est ꝑ pctm̄. Sed notādū ꝫm
Bon̄. ⁊ Alex. in. 3. q̄ potentia peccandi dici
tur dupliciť. Uno mō potentia qua peccat̄.
Et sic noīat ipsū liberū arbitriū creatuꝫ: qđ
quidē pōt in bonū adiutū gratia. Et quia ꝑ
sui naturā est defectiuū. hinc ē q̄ illa poten
tia siue facultas dici pōt potētia bn̄faciēdi
⁊ potētia peccādi. Nullus enī peccat nisi ꝑ
illā. Alio modo potētia peccādi dr̄ potentia
ordīata ad peccādū. Primo mō potētia pec
candi fuit in xp̄o: q̄ vt dicit Damascen⁹. oīa
que in nostra natura plantauit ds̄. assūpsit

dei verbũ. Si vero potẽtia peccandi dicit̃
potẽtia ordinata ad peccatũ perpetrandũ:
sic nõ est cõcedendũ ꝙ xp̃s habuerit poten
tiã peccãdi: ꝓ eo ꝙ peccare nõ potuit. Talis
enĩ ordinatio: imo deordinatio diminuit de
plenitudine libertatis. Qđ vt clarius vno
verbo intelligamus: dicimus ꝙ xp̃s habuit
potentiã peccãdi ex eo ꝙ habuit liberũ ar/
bitriũ: qđ ꝓpt̃ plenitudinẽ gratie ñ poterat
a bono deficere: ⁊ ita nec peccare. Et si di/
cat̃ ꝙ si xp̃s nõ potest peccare: ex necessita/
te cõseruat iusticiã. ergo nõ est laudãdus de
iusticia: qa vt inqt Lac. 6. dinaruz institutio
nũ aduersus gentes. Nulla laus est nõ face
re qđ facere nõ possis. Ad hoc rñdet Alex.
ꝙ est quedã necessitas coactiõis ⁊ ꝓhibitio
nis. Et cũ aliqđ bonũ fit ex huiusmodi neces
sitate nõ debetur laus facienti illud: qa ista
tollit voluntatẽ: Et ẽ necessitas imutabili/
tatis. Et ista nõ tollit voluntatẽ nec laudẽ:
sed ponit imutabilitatez volũtatis in bono.
Et hoc mõ dr̃ deus ex necessitate eẽ bonus
⁊ bona queqꝫ facere: sicut scribit Hiero. ad
Paulinũ dicẽs. Bonus est deus: ⁊ oĩa que
cũqꝫ facit bona sint necesse ẽ. Tali ergo ne
cessitate secũdo mõ dicta xp̃s seruauit iusti
ciã. De qua dicit Ansel. ꝙ improprie dicit̃ ne/
cessitas: eo ꝙ nõ est ibi coactio nec prohibi/
tio. Et sic pꝫ ꝙ sicut deus maxime laudãdꝰ
est de bonis q̃ habet ⁊ seruat: ita ⁊ dñs ih̃us
christus quia peccare non potuit.

De aĩa xp̃i dĩna ꝟtute poterat in istis ĩfe
riorib' vltra oꝑa nature — Captl̃m. 3.

Tertia cõclusio dicit impressiõis. In
qua pleriqꝫ querere solẽt si aĩa xp̃i
posset facere nõ mediãte oꝑe natu/
re impressiones: q̃ ꝑ nãm fiũt in istis inferiori/
bꝰ: qa ex qbusdã scõruz dictis ⁊ rõnibꝰ vide
tur ꝙ sic. Nã dicit Ioh. Dama. li. 3. loquens
de xp̃o. Supra hoĩez: q̃ hoĩum sũt, agebat.
Et ponit exẽplũ đ ambulatiõe suꝑ aquas.
ĝ videt̃ ꝙ hoc fecerit ꝑ nãz humanã super/
nãliter sublimatã. ĝ pari rõne aĩa xp̃i posset
facere nõ mediante nã impressiões quas fec̃
natura. Ad hanc questionẽ dixerũt aliqui:
ꝙ q̃uis aĩa humana ꝑ suã nãlem virtutem
nõ posset facere tales impressiones: tñ aĩa btã
⁊ maxĩe aĩa christi ꝓpter excellẽtiã sue bea
titudĩs ⁊ ꝓpt̃ excellẽtia sue actualis existẽ
tie posset facẽ tales impressiões nõ mediãte
oꝑe nãe. Vñ isti plane cõcedũt: ꝙ ipse pos/
set hanc mãm trãsmutare ad formã substan
tialẽ ⁊ accidentalẽ modo subliniori: q̃s trãs
mutet̃ oꝑe nãe. Sꝫ cõtra videt̃ posse argui
ꝑ euãgeliuz ⁊ ꝑ scõs: qa ꝑ miracula q̃ facie/
bat xp̃s ostendit se deũ esse. Que probatio
nõ fuit efficax: si illa fieri potuissent creata
virtute. Q̃uis aũt ꝑ btitudinẽ aĩe xp̃i ⁊ suã
existentiã in ꝟbo sit ĩ ea suꝑnaturalis ꝟtus:
tamen non transcendit terminos virtutis
create. Ideo dicẽdũ ꝙ q̃uis xp̃s qa ẽ deꝰ
⁊ homo possit ratione diuine potentie predi
ctas impressiones facere: tamẽ eius aĩa hoc
nõ põt. Unde Ric. li. i. de tri. ait. Illa signa
⁊ ꝓdigia que facta fuerũt ad cõfirmationẽ
fidei nostre nõ nisi diuĩa virtute fieri potue
runt. Vñ intelligendũ est verbũ Damasce/
ni: quia ĩ illo vult dicere: ꝙ xp̃s q̃uis esset
homo faciebat per diuinã virtutẽ opera ex
cedentia virtutẽ humanã. Et ꝙ iste fuerit
itellectus eius pꝫ: qa post illa verba: paucis
interpositis sic dicit. Nõ enĩ homo erat: sed
deꝰ hõ. Ista ergo q̃ supra dicta sũt de potẽ/
tia xp̃i catholice tenere debemus: quẽ cum
deuz ver ⁊ hoĩem profiteamur: nõ irratiõa
bilit̃ dicimꝰ ꝙ ptãtẽ hꝫ saluãdi ⁊ damnandi:
mortificare ⁊ viuificare. đducere ad ĩferos
⁊ reducere. Cui omnes debemꝰ gliã ⁊ hono
rem ꝑ infinita secula seculoꝝ Amen.

Dñica. 4.ª de aduẽtu. Sermo đ clamore
Ioannis qualiter cõgruo tpe xp̃z clamitat.
Fructus. zz. Iesum Ioãnes clamitat.

Actuz est verbuz dñi
suꝑ Ioannem
Zacharie filiuz in deserto
Scribũtur hec ꝟba Luc.
3. c. ⁊ in euãgelio p̃ntis dñi
ce. Exiuit precursor dñi di
lectꝰ Ioannes baptista in solitudinẽ deser/
ti a teneris annis: ibiqꝫ cõuersatꝰ ẽ vsqꝫ ad
etatẽ maturã. Quare factũ ẽ: vt xp̃m quez
in vtero matris existens exultando saluta/
uerat: toto illo tẽpore nunq̃ꝫ viderit sicut pa/
tere põt ex illo ꝟbo Ioh. i. Et ego nesciebã
eum. Sed spiritu sãcto in eũ veniẽte christũ
publice diuulgare cepit: ipsũ predicabat et

demōstrabat saluatorē seculi: ꝑut testatur lectio euangelica hodierna: que nō imerito a nobis diligenter est ponderanda ꝛ examinanda. Pro cuius declaratione occurrit nobis consuetus fructus qui est. Jesum Joannes clamitat. Pro q̊ tres ꝯclusiōes ponem⁹

Prima dicitur temporis opportunitas.
Secunda dicitur persone dignitas.
Tertia dicitur clamoris qualitas.

Quod tempus in q̊ Joannes christuꝫ clamitabat fuit opportunū. Capl'm. j.

PRima cōclusio dicit̄ tp̄is opportunitas. Notat̄ enī in p̄ia pte euāgelij opportunitas tēporis: in q̊ xp̄s in mundū veniēs a Joanne baptista est predicatus. Dicit nanq̧ euāgeliū. Anno. 15. imperij Tiberij Cesaris: ꝓcurante pontio Pilato iudeā: tetrarcha aūt galilee Herode. In quibus verbis tria tēpora designantur.

Primum vnionis romani imperij.
Secunduꝫ partitionis regni iudaici.
Tertium diuisionis sacerdotij.

Primū temp⁹ qđ hic designat̄ dicit̄ vnionis romani īperij. Nam vt colligit̄ ex dictis Liuij Orosij Eutropij ꝛ alioꝝ qui romane reipublice gesta conscripsere romani orbis dn̄ium appetētes vsq̧ ad Octauiani tēpora bellis ꝓuincias varias edomando: regimen in vrbe ꝓ reipu. statu sepenumero mutauerūt. Nā p̄io regnauerūt ibi reges vꝫ. Romul⁹. deinde Numa Pompilius: q leges romanis instituit. p⁹ hūc Tulli⁹ Hostilius: q albanos vicit: veientes ꝛ fidēnatos: cui successit Anc⁹ marti⁹: q dimicauit cōtra latinos ꝛ monteꝫ ianiculuꝫ ciuitati adiecit. P⁹ ipsū Tarquin⁹ Priscus: q ludos romanis īstituit. vicit sabinos: primusq̧ triūphās romā intrauit. P⁹ cuius obitū secut⁹ ē Seruius Tullus. Tandē fuit Luci⁹ Tarquin⁹ supbus: q prim⁹ excogitauit vincula carceres ꝛ fasces. ꝛ ꝓpter stuprū Lucrecie vxoris collatini. 35. anno regni sui cū vxore ꝛ liberis expulsus est. Et per hos reges regnatū fuit ānis. 243. cū adhuc Roma vix vsq̧ ad. 17. miliariū possideret. Post reges cōsules regnare ceperunt duo de hac cā creati: vt si vn⁹ malus esse voluisset: alter habens potestatē potuisset eū ꝓhibere. Et placuit ne imperiū longi⁹ q̄ꝫ p annū haberēt: ne ꝓpter diuturnā potestatē insolētiores redderent: sꝫ annales. semp essent: qui se post annuꝫ scirent esse priuandos. Habuerūt ergo romani primo anno Luciuꝫ Juniū Brutū. ꝛ Taquinum collatinum consules. Et cum amoueretur Tarquinus collatinus codeꝫ anno factus est cōsul Lucius Ualerius publicola. Et vsq̧ ad annū trecentesimum et vltra ab vrbe condita durauit imperiū cōsulare. Post quod pro duobus consulibus facti sunt decem: qui sententiā ꝛ potestateꝫ haberent. A quibus secūdo anno hec potestas sublata est: ex eo ꝙ Appius Claudius vnus ex decem filiā cuiusdam virgineꝫ voluit corrumpere. Restitutuꝫ est igitur imperium consulare: ꝛ vsq̧ ad ambo bella inter cesareꝫ ꝛ Pompeiū gesta nullus vnq̄ꝫ fuit: qui nec vrbi nec orbi per se imperaret. Sꝫ Julio cesare interfecto Octauianus imperiū sumpsit quia vt dicit Seneca in primo li. de questionibus naturalibus. ꝛ Plutarchus de vita ꝛ obitu Ciceronis: nepos erat Julij cesaris: eiusq̧ filius adoptiuus: quem cesar heredem in testamento reliquit. Hic Octauianus vt dicit Suetonius regnauit annis. 56. Duodecim cum Marco antonio et. 44. per se. Qui sedatis omnibus bellis orbem totum suo subiecit imperio: cūctis inimicis ꝛ turbationibus romanorum deuictis. Huic successit ī imperio Tiberius: cuius tempore romanorum imperium solidum erat ꝛ vnitum cuius anno. 15. imperij Joannes christuꝫ incepit predicare. Quod quidē tempus merito hic assignatur: vt notaretur ꝙ gētiles erant ad fidē xp̄i reuocādi. Unde Greg⁹ in omel'. ait. Redemptoris precursor quo tp̄e verbum predicatiōis acceperit memorato romane reipublice principe: ꝛ iudee regibus designatur: cum dicitur. Anno. 15. ꝛc̄. Quia enim illū predicare venerat: qui ex iudeis quosdam: et multos ex gentibus redempturus erat: per reges gentium. ꝛ principes iudeorum predicationis eius tp̄a designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat: ꝛ iudea pro culpa ꝑfidie dispergenda: ipsa quoqꝫ descriptio terreni principatus ostendit: quoniā ꝛ in ro

mana repu. vnus prefuisse describit. Ad h
ēt īquit Origenes. In pphetico qdē smōe
solis iudeis predicato solum iudeorum re-
gnum describitur. Uisio inquit Esaie in die
bus Ozie Joathan Achaz ꝛ Ezechie regū
iuda: Et in euangelio qḋ erat predicādum
in vniuerso mundo dominium describitur
Tiberii cesaris: qui totiꝰ orbis dominus vi
debatur. hec Origenes. Secundum tem-
pus quod hic designatur dicitur partitiōis
regni iudeorū: cū sequitur ī euāgelio. Pro-
curāte pontio Pilato iudeam. ꝛc̄. Ubi Be
da ait. Pilatus equidem. 12. anno Tiberii
cesaris in iudeam missus ꝓcurationē gētis
iudaice suscepit: atqꝫ ibi per decē annos cō
tinue usqꝫ ad ipsuꝫ pene finē Tiberii perdu
rauit. Herodes āt ꝛ Philippus ꝛ Lisani-
as filii sunt Herodis illius sub quo dominꝰ
natus ē. Inter quos ꝛ ipsum Herodeꝫ Ar-
chelaus frater eorum decem ānis regnauit
Quia uero a iudeis apud Augustuꝫ crimi-
natus ē: apud Uiennā exilio periit. Regnū
autem iudee quo minꝰ ualidū fieret: idem
Augꝰ p tetrarchas diuidere curauit. Hec
Beda Ueruntamē de Lisania dicunt ali-
qui ipsū nō fuisse filiū Herodis: sed magis
Ptolemei qui sub monte libano hitabat.
Et alexander filius fuit Aristoboli qui de
Mathan descēderat. Tetrarcha āt idē ē
quod princeps quarte partis. Naꝫ regnum
ipoꝝ iudeoꝝ ī quattuor partes erat diuisū
.s. iudee galilee ituree ꝛ abiline. Quibꝰ pre-
fuerunt quattuor. s. Pilatus tenēs locū im
peratoris sup iudeā. Et Herodes q erat te-
tracha. i. pnceps galilee. ꝛ philippꝰ q erat te
trarcha ituree ꝛ traconitidis regionis. ꝛ Li
sanias qui erat tetrarcha abiline. Abilina ē
nomē regionis. Nō autē sine causa factum
ē q̄ tot principes imperarent iudeis eo tpe
quo xp̄s uenit in mūdū. Ait nanqꝫ Greg. ī
omel. Quia. n iudea erat ꝓ culpa pfidie di
spergēda: in iudee regno p quartaꝫ partem
plurimi principabātur. sm illud. Omne re
gnum ī seipsum diuisū desolabitur ꝛc̄. Ter
tiū tēpus qḋ hic designatur dicitur diuisio
nis sacerdotii. cū subditur. Sub principi-
bus sacerdotū Anna ꝛ Caipha. Super q̊
verbo ait Beda. Ambo incipiente predica
tione. Johis. i. Anna ꝛ Caiphas principes
fuerūt sacerdotū: sed Anna illū annū: Cai-
phas vero eū quo dn̄s ascēdit crucē admi-
nistrabat: tribꝰ aliis ī medio pontificatu p-
functis. Uerū hi maxime q ad domini passi
onē pertinēt ab euangelista commemoran
tur. Legalibꝰ nāqꝫ tūc pceptis vi et ābitiōe
cessantibꝰ: nulli pōtificatꝰ honor vite vel ge
neris merito reddebatur. sed romana ptāte
summa sacerdotii prestabatur. hec Beda
Quare autē tale tēpꝰ ī euangelio notatur.
rationem assignat Greg. ī omelia. dicens.
Et quia Joannes illum predicauit q simul
rex ꝛ sacerdos extitit. Lucas euāgelista p̄
dicationis eius tpa ñ solū p regnum: sed ēt
per sacerdotium designauit.

De persona Johis erat dignissima.

Capitulum. 2.

Secunda cōclusio dicitur persone di
gnitas. Que notat̄ in uerbis euan
gelii. cum dicitur. Factū ē verbū
domini sup Joannē Zacharie filium ī de-
serto. In quibus tria notari possunt.

Primū est diuina inspiratio.
Secundum est Joannis commendatio.
Tertium est loci deputatio.

Primū est diuina inspiratio. qa factū est
vbuꝫ dn̄i. Nam Joānes baptista non cepit
predicationis officium presumptuose: sed a
spiritu sancto celitus īspiratus. Unde Cri-
so. super hoc passu ait. Uerbuꝫ dei hic man
datuꝫ dicit̄: quia non a se uenit Zacharie fi
lius: sed deo ipsum monente. Secundū qḋ
notatur hic dr̄ Joānis cōmēdatio. quia di-
citur. Super Joannē Zacharie filiuꝫ. Ubi
nobilitas designatur: quia erat ex genere
sacerdotali. ꝛc̄. Tertium qḋ hic notat̄ est
loci deputatio: quia subiungit̄. In deserto.
Ubi Theophilus ait. Per totū tempus p̄-
terituꝫ occultus fuit Joannes in deserto:
ut nulla suspitio nascatur in hominibus: q̄
gratia affinitatis ad xp̄m: uel cōuersationis
a teneris annis: diuina de ipo testaret̄. Ex
quibus verbis nos moraliter instruimur:
q̄ si verbū dn̄i. i. inspirationem diuinā sup
nos fieri volumꝰ: tria debemꝰ habere. Pri
mo humilitateꝫ cū qua habitat grā. iuxta il
lud Jac. 4. c. Superbis deus resistit: humi

libus autē dat gratiam. Nam Joannes in/
terpretat vas gratie .i.ille ī q̄ ē gratia. Se/
cundo debem⁹ habere memorie viuacita/
tem. Zacharias nanq memorans dn̄m inē
ptatur. Tertio debemus habere penitētie
rigiditatem.ut.s.sumus in deserto peniten/
tētie. Nam Math.3.dr. Penitentiam agi
te apropinquabit ī uos regnū dei. Non eq/
dē erat Joannes ī voluptatibus seculi:non
in delitiis mūdi:non ī gaudiis huius tempo
ris:sed in solitudine deserti: Nā quāto quis
q magis se elongat a dlectatiōe sensuū ex
teriorū.tanto plus attingit ad intelligentiā
et lumen secretorum dei. Non miremur in/
quam nō miremur: si falsi christiani de deo
n̄ bene sentiant:quia inebriauit eos fallax
gratia temporalium bonorum:quibus non
sapiunt ea que dei sunt.

Et Joannes uenit predicare in omnem re/
gionem iordanis. ¶ Capitulum.3.

Tertia conclusio dicitur clamoris q̄
litas. In qua notare debemus sm
euangelii seriē q Joannes venit ī
omnē regionē iordanis ut dicit Nico.de li
ra. Exiuit in deserto vbi pauci habitabant:
et uenit ad loca magis hītata:ut plures pos
sēt ad ei⁹ pdicationē venire et ab eo baptiza/
ri. Ibiq clamādo tria singularit pdicabat.

¶ Primo baptismi efficaciā.
¶ Secundo uie mundītiam.
¶ Tertio salutis notitiam.

¶ Primo predicabat baptismi efficaciam
dicit enī ī textu euangelii. Predicans ba/
ptismū penitētie in remissionē peccatorum
Que verba sm q Nico.de lira super.c.i.
Luc. videtur dicere:possūt dupliciter itel/
ligi. Uno modo pro baptismo Joannis:quo
licet n̄ dimitterent peccata:tamē susceptio
illius baptismi erat quedā ptestatio agen/
di uerā penitentiā:per quā ipsa peccata di/
mittuntur. Alio modo potest intelligi d ba/
ptismo christi cuius uirtute peccata dimit/
tuntur. Et qa tale baptismum Joānes dare
nō poterat. ideo pdicabat dādū p xp̄m in p
ximo ventur. Secūdo predicabat vie mū
diciā dicēs. Scriptū ē in li.sermonū. Esaie
pphete. Uox clamātis ī deserto:parate viā
dn̄i:rectas facite semitas eius. Ois vallis
iplebit:et ois mōs et collis humiliabit:et erūt
praua in directa et aspera in uias planas
Hec autē habētur Esa.40.c.q̄ ad litteram
xp̄o predicanti ouenīut. Nā Ambro.dicit.
Bene uox dicit Johes verbi nunci⁹:ex eo
q ipse manifestauit verbū īcarnatū:cui di/
cebat viā esse parandā: Nam si bene consi
derem⁹:ipse erat orbis cōditor totiusq vni
uersi gubernator et rector: quem suscipere
oēs debēt cū diligēti preparatione: Hinc ē
qd Ambro⁹ ī sermōe tertie dominice de ad
uentu dicit. Oportet nos eē oī sāctitate pu
ros :mūdos pudicitia:nitidos honestate. Et
Origenes sup his verbis ait. In corde no/
stro via paranda ē dn̄o. Magnū enī est cor
hominis et spaciosū:si tn̄ fuerit mūdū. Nec
ī corporis quātitate:sz ī uirtute sensuū ma/
gnitudinem eius intellige:que tantam sci/
entiam capiat veritatis. Prepara ergo in
corde tuo viam dn̄o per cōuersationem bo
nā et egregiis vl perfectis operib⁹ dirige se
mitam:ut ī te sermo dei absq offensa perā/
bulet. Hec ille. Et certe qd Joānes predi/
cabat populis circa iordanē:ecclesia hoc tē
pore sacratissimo fidelib⁹ suis cōmemorat
ut omnes se pparent p futura solēnitate do
mini nostri ih̄u xp̄i. Cui grati sunt illi q sibi
nascēti seipos p̄sētāt peītētia cādidatos d/
coratos v̄tutib⁹:et duotiōis feruētes: O te
meraria xp̄ianorū corruptela.o rep̄hēsibil
cōsuetudo.o d̄testabiles mores. Tunc nā/
q magis offenditur xp̄s cū magis ē hono
randus. In sequenti enī festiuitate multipli
cātur vanitates:pompe:solatia:inepte leti
cie:ioculationes:lenocinia :comessationes
ebrietates: vaniloquia: vsure:periuria mē
dacia: phibiti ludi.et qd horrēdū ē ipudēter
īuerecūde:publice ipia blasphemia dei au/
dit ī nocte natiuitatis dn̄i. Nam pastores
erūt laudātes et glorificantes deū:sed tot et
tāti uiri mulieres iuuenes et senes deū celi
erūt maledicētes. O celi quomō nō absco
ditis faciē vestrā a nobis? O sol quomō nō
abscōdis lumē tuum? O planete quō nō re
trahitis lumē uestrū? O terra quō nō con
tremiscis? O homines iusti et pij quō non
fletis in tam execranda iniuria creatoris?
Nascit xp̄s paruulus :hūilis:paup:lugēs ī

p̄sepio p̄ salute hominū: τ ecce blasphemāt. Non ē hec uia: ut eius grā nos dignos red/damus. Inquit eni apostolus ad Ro.13.c. Abiiciam⁹ opera tenebrarū τ iduamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus Non in comessationib⁹ τ ebrietatib⁹: nō in cubilibus τ impudicitiis: nō in cōtentione τ emulatione: sed iduimini dominū nostrū iesū christū. Uidem⁹ nāq̧ i xp̄o factū esse qđ i p̄phetia per Johēm allegata ɔtinebatur. Humiles eni qui p̄ valles intelligūtur iple ti sūt donis spiritualibus. Montes qui sūt superbi tyranni: sicut fuit Herodes: Nero Domitianus. Diocletianus: τ alii xp̄m perse quētes humiliati sūt. Corda praua directa sūt: sicut fuit in Maria magdalena pecca/trice: in Matheo publicano et ceteris ad xp̄z ɔuersis. Corda aspera τ ɔ̄ xp̄m idurata mollificata sūt τ deducta in uias planas sicut patet i Paulo: Si ergo xp̄s est q̄ gratiā donat rebelles reprimit pctā dimittit. τ duros sua pietate mollificat. ipsum amare. ipsū ti/mere tenemur: τ dignum sibi habitaculū in nostra mēte preparare. Tertio predicabat Joannes salutis notitiam. quando dicebat Uidebit omnis caro salutare dei. Ubi Criso. ait. Ostenditur hic qm̄ ad fines mundi diffūdet euāgelij virt⁹ atq̧ cognitio. Greg. in omel. ait. Oīs caro .i. oīs homo saluta/re dei. i. xp̄m in hac uita videre nō potuit. Propheta ḡ oculū ad extremū iudicii diez tendit. quādo hūc omnes τ electi τ reprobi pariter uidebūt. hec Grego. Nos itaq̧ qui xp̄m p̄ fidē videm⁹ conemur illi ita seruire ut mereamur ipsū aspicere gloriosū cū ple/nitudine oīuz nostroꝝ desideriorum in felici illo regno: in quo ipse viuit per infinita secula seculorum. Amen.

¶ In natiuitate domini nostri iesu christi ¶ Sermo de possibilitate qualitate τ iocun/ditate incarnationis uerbi dei.

¶ Fructus. 23. Jesus letanter nascitur.

Euangelizo vobis gau/dium magnum quod erit oī pp̄lo: q̄ā nat⁹ ē vob̄ ho/die saluator mūdi q̄ ē xp̄s dn̄s i ciuitate Dauid. Scri/būt hec uerba Luc. 2. c. τ in euangelio p̄me misse huius sacratissime solennitatis. Dies hic celeberrim⁹ dilectissimi i xp̄o ihū sūma cū deuotione est excolēdus: in quo scā ma/ter ecclesia recolit mysteria iocūdissima natiuitatis saluatoris nostri ihū xp̄i. Quid nā q̧ dulci⁹ potest audiri: quid suauius: quid/ue mirabili⁹ q̧ q̧ ihs xp̄s filius dei in beth/leez nascitur? Currite gentes et uenite oēs cum pastoribus ad videndum dei filium p̄ nobis peccatoribus i presepe natū. Hoc sit nobis hodierna die studiū τ magnificentia ut natiuitatem ihū xp̄i pie ardenter atq̧ affectuose cōtēplari velim⁹. Inuigilent sen/sus nostri τ puerulum xp̄m ihm̄ suscipiam⁹ reuerenter. De quo in presenti sermone di/cere uolentes fructū p̄ponim⁹. q̄ ē. Jhs le/tanter nascitur. Quod angelus testificatus ē in uerbis p̄positis i themate: in quib⁹ na/scentis xp̄i gaudium exp̄mitur. Ubi τ nos tria mysteria contemplabimur.

¶ Primū dicitur īcarnationis possibilitas.
¶ Secundum dicitur natiuitatis qualitas.
¶ Tertium dicitur natiuitatis iocunditas.

¶ De icarnatio xp̄i ē possibil'. Capitulū. j.

Primū mysteriū dicit' īcarnationis possibilitas. In quo explicem⁹ cō/tra nonnullos impie sentientes q̧ deū incarnari fuit īpossibile. De aūt hoc sit falsū patet: quia suū oppositū ē verū. Et h̄ tāgitur a doctorib⁹ videlicz scō Tho. τ btō Boñ. in. 3. snīaꝝ di. i. q. i. τ p̄batur ipsū possibile esse incarnari trib⁹ rationibus:

¶ Primo ratione omnipotentie.
¶ Secundo ratione excellētie.
¶ Tertio ratione conuenientie.

¶ Primo probant ratione omnipotentie. Nam deus cuz sit oīpotens: potest oē illud qđ nec cōtradictionē includit nec aliquem defectum i deo ponit. s̄m illud Luc. i. Nō erit impossibile apud deū oē verbū. Sed deum humanam naturā assumere nec iclu dit cōtradictionē: nec i deo aliquē defectuz ponit: Nā dīnā naturā vniri humane i vnitate p̄sone n̄ ē aliud q̧ diuinā p̄sonā q̄ ab eterno fuit hipostasis respectu diuine nature esse hipostasim respectu humane nature in tp̄e. hoc aūt non dicit aliquā īpfectionē: sed

Tertiũ ẽ cur in sua fuga egyptũ petere voluit. Ad primũ dubiũ videt a quibusdã dicendum q christus ad sui custodiam angelum habuit. Multa enim in scripturis inueniuntur ex quibus facile hoc colligi potest. Nam Luce. ii. c. habetur q angelus nũciauit christi natiuitatem: qui potuit esse angelus ad sui custodiam deputatus. Et ibidem xx. Ecce apparuit ei angelus domini cõfortans eum. Ubi Beda ait. In testimonium vtriusq natureangelum eum confortasse: et angelum ei ministrasse describitur. Jesus christus secundũ humanam naturam et passibilitatis statum fuit paulo minus ab angelis minoratus: vt declarat magister in primo sententiarum di. i6. Unde q̃tum ad hoc angelico videbatur indigere presidio. Angelicam custodiam deus fecit ad anime dignitatem secundũ Hieronymũ super Math. i8. c. qui dicit. Magna quippe est dignitas aiarum: vt vnaqueq ab ortu natiuitatis sue habeat ãgelũ ad sui custodiã d̃putatũ. Aĩa autem christi cũ sit nobilissima: nõ debet tanta dignitate priuari. Que tamen omnia: et si videntur concludere veritatem: tamẽ falsa sunt: quia non habuit christus angelum ad sui custodiam deputatum secundum doctores in. ii. di. xi. vbi ar. i. q. 3. beatus Bon. rationem assignat. Quia nec demones eum poterant opprimere per violentiam corporis diuinitati vniti nec poterãt allicere affectum per blanditias: plenitudine gratie confirmatũ. Ideo christus nõ indigebat angelo bono: nec q̃tum ad defensionem corpis nec q̃tum ad eruditionem rationis: nec q̃tum ad excitationem affectionis. Non solũ autem christus non indigebat: sed nec ei etiã competebat. Custodia enim in custodiẽte respectu custoditi dicit presidentiam quandã. Et q2 angeli xpo domino subijciebãt. iõ nullum officiũ presidentie ipsius iesu christi eis admitti debebat. Quicquid autem de scripturis allegatum est. de angelis administrãtib9: et custodientibus et seruiẽtibus ipi christo: non de presidentibus est intelligendum Nunq̃ enim ita minoratus est xps ab angelis: vt aliquis angelus auderet ei presidere: cũ ita bene sit adorandus christus in cruce et in sua infirmitate sicut in sua virtute. Cum ṽo dicebatur q ãgelica custodia fuit ad hominis dignitatem: dicendũ q custodiri ab angelis ita dicit dignitatem in aĩa respectu aliarũ creaturarum que nõ cõmittuntur angelice custodie: vt tamen dicat imperfectionẽ respectu beatorum: qui aliena custodia nũq̃ egent. Et anima christi ab instanti sue cõceptionis erat perfecte beata q angelum custodientem non debebat habere. sed bene ministrantem. Quod non in vno tm̃ sed ĩ pluribus locis manifestum est. sicut patet Math. 4. vbi dicitur q ministrabant ei angeli. In obsequium ergo christi angelus apparuit in somnis Joseph. Sz adhuc versatur in dubium animus. Quia apparuit an

gelus Zacharie:apparuit uirgini gloriose:
apparuit pastoribꝰ dũ vigilarent:cur Jo/
seph apparuit ĩ somnis. Ad hoc respondet.
Crisostomꝰ ĩ omelia dicens. Non apparuit
maniseste sicut pastoribꝰ:qa ualde fidelis
erat.pastores indigebãt quasi rudes:virgo
indiguit quasi ab angelis instruenda.simili
ter Zacharias indiguit ante conceptionem
prolis miraculi visione: Hec ille.De ß Re/
migiꝰ assignat rationẽ moralẽ ⁊ dicit. Per
hoc ꝙ angelus apparuisse ĩ somnis dicitur
mystice designatur quia illi q a curis terre
nis ⁊ secularibꝰ negociis requiescunt.ꝑfrui
angelica uisione merenter.hec ille. Jn hac
apparitione notãda sũt uerba ãgeli q dixit.
Surge ⁊ accipe puerũ ⁊ matrẽ eiꝰ:⁊ fuge ĩ
egyptuꝫ.Quia ut dicit Crisostomus super
Math.nõ propter matrẽ puer natꝰ ẽ:sꝫ ꝓ
pter puerũ mater separata ẽ. Et ꝼm Hila/
riũ.cũ euangelista despõsatã eã vocauit iu
sto coniuge nuncupauit:sꝫ post partum ma
ter iesu ostẽdit:ut queãdmodũ iustũ depu/
taretur Marie in virginitate coniugium:
ita uenerabilis ostenderetur eius ĩ iesu ma
tre uirginitas. Ad secunduꝫ dubium respõ
det Augustinus ĩ questionibus noui et ue/
teris testamenti. vbi ait. Oĩa propriis lo/
cis ⁊ temporibꝰ gessit saluator. Cum ergo
christꝰ mori disponeret pro hominibus.dif
ferre voluit: vsqꝫ ad trigesimum tertium
annũ etatis sue:tum ut illo tempore ĩterme
dio uerbo pariter ⁊ exẽplo instrueret. tum
ut ueritatem vtriusqꝫ nature insinuaret oĩ/
bus:tum ut dilectionem suam ardẽter ostẽ
deret:quia uitaꝫ suaꝫ pro nobis dedit:quã/
do erat in perfectissimo statu. Ad tertiũ du
bium respondet euangelista cum dicit:ꝙ ĩ
egypto christus mansit ut impleretur quod
dictum ẽ ꝑ ꝓphetam. Ex egypto vocaui fi
liuꝫ meũ. Augustinus ĩ quodã sermone de
epiphania dicit. Moyses aliquãdo ĩ egy/
pto clauserat diem:illuc christus adueniẽs
sedentibus in tenebris reddidit clarissimaꝫ
lucem. Quod vtiqꝫ verum esse ostẽdit ma/
giter in historia scholastica. Nocte enim il
la christus cum matre intrauit egyptum:
qua precepto suo exiuerant filii israel:ut si
cut non fuit domus:in qua primogenitus
non iaceret mortuus angelo percutiẽte:sic
ipso ingrediẽte non fuit templũ:ĩ quo ido/
lum nõ corruerit. Quod Esaias predixerat
19.c. Ecce dominus ascẽdet super nubẽ le/
ueꝫ:⁊ ĩgredietur egyptũ:⁊ mouebuntur si/
mulacra egypti a facie eius. Hanc ꝓuinciã
cõmẽdat Jsidorꝰ quartodecimo ethimolo
giarum dicens.eam esse que prius aerea
dicebatur.deĩde egyptꝰ vocata ab egypto
Danai fratre ibi regnãte. Hec ab oriente si
ne fine et rubro mari coniuncta ab occasu
Libyã habet. a septentrione mare magnũ.
regio celi imbribus ĩsueta:⁊ pluuiarũ igna
ra. Nilus solus circũfluens eam irrigat.et
inundatione sua fecundat: vnde multaruꝫ
terrarum partem frumento alit. Ceterorũ
quoqꝫ negociorum adeo copiosa:ut imple/
at mercibus suis orbẽ terrarũ. Hanc chri/
stus sibi elegit forte etiam ut ibi se esse mon
straret futurum. Jn egypto enim plus reli
gio viguit q̃ꝫ alibi. Si quis nunc ad egypti
veniat solitudines: paradiso omni illam vi
deret heremum digniorem. Et sic egyptus
anachoritis: veluti astris celuꝫ fuit adorna
ta. Hec ille. Multa declaramus de christi
fuga in egyptum: Sed pia mens nostra de
bet considerare q̃ꝫ dolenter audiuit mater
Joseph sibi dicentem. O uirgo dulcissima
fugiamus repente:quia Herodes filiuꝫ tu
um perdere querit. O quantus timor vir/
gineã mentẽ inuasit:quãtusue dolor cor be
nignissimum penetrauit. Puto enim ꝙ sine
mora filiuꝫ in brachiis suscipiens lachrymã
tibus oculis cum Joseph sene puella cum
paruulo desertuꝫ iter arripuerunt. Contẽ/
plare nunc anima mea quot noctes duxe/
rũt insomnes:quot uicibus sitis estuauerũt
ardore.quotiens ⁊ absqꝫ cibo nocte inuigi/
lauerunt in heremo. Compatere nunc ani
ma dura creatori tuo pro te peregrinanti.
Compatere ⁊ Joseph qui sollicitus erat ad
inquirendum per heremum:ut matris ⁊ fi
lii necessitatibus occurreret pro viribꝰ:⁊ ñ
valebat. Compatere ergo uirgini sacratis/
sime que nunc terretur:nunc pauet:nunc fi
lium inter vbera stringit.nunc faciẽ eius la
chrymis rigat:nunc adorat:nunc etiam eiꝰ
deflet penalitates. O impossibile eẽt exco/

gitare:q̃ ſupra hoc myſterio facta ſũt:et mł ta alia que fiebant. Profecto ſi excogita/ rẽtur vix oculi a lachꝛymis ↄtineri valerẽt

Qꝫ maxima ⁊ crudelis fuit nequitia He rodis contra chꝛiſtum.

Capitulum ſecundum.

Secundum miſterium contemplãdũ dicitur Herodis aſtuta neqtia ex puerorum necatione. De quo ho/ dic tria conſideranda ſunt.

Primum dicitur differentia.
Secundũ dicitur ſufferentia.
Tertium dicitur malitia.

Primum conſiderandum dicitur diffe/ rentia. Secundum enim hiſtoriarũ doctri/ nam tres fuerunt Herodes.

Primus dictus Herodes Aſcalonita:ſb quo dominꝰ natus. et a quo pueri occiſi ſũt

Secundus dictus eſt Herodes Antipas qui. Joannem decollauit

Tertius dictus eſt Herodes agrippa:q Jacobum occidit. ⁊ Petrum incarcerauit

Secundam conſiderandum dicitur ſuf/ ferentia. Non eni Herodes eo ipſo quo de luſus eſt a magis:pueros occidi mandauit: ſed poſt aliquod tempus. Quia ut dicit Ni colaꝰ d̃ lira cũ uellet oẽs pueros de Beth/ leem interficere : ne puer ſibi incognitus euaderet:impeditus eſt ab executione hu/ ius facti:eo ꝙ a ceſare Auguſto per epiſto/ lam eſt citatus romam filiorum accuſatiõi/ bus reſponſurus. Eundo aũt romam ⁊ re/ manendo in curia: ⁊ reuertendo ad iudeam appoſuit annũ ⁊ plus. Et ideo poſt fere du/ os annos ad regnum ſuum reuerſus: ⁊ in re gno confirmatus eſt:quando ſententiam ꝓ ſe cõtra filios habuit. Et tunc ꝑfecit necez puerorum prius in mente conceptam

Tertiũ cõſiderãdũ dicit̃ malitia. Quis nã explicet quanto dolo animus Herodis fuerit repletꝰ:qui ut chꝛiſtũ perderet: non ſolum ipſum ſꝫ oẽs pueros q erãt ĩ Bethle/ em. ⁊ ĩ oĩbus finibus eius a bimatu ⁊ ĩfra: ideſt ab ĩfantibꝰ duorum annorũ uſqꝫ ad pueros quinqꝫ annoꝝ mãdauit occidi: Cui aſſertioni vere fidẽ facit ꝙ q̃dã oſſa ĩnocen/ tum adeo grandia ſunt:ꝙ puerorum duos annos habentium eſſe nõ poſſunt. niſi dixe rimꝰ coꝛpora tũc maioris quãtitatis fuiſſe: Quare autẽ Herodes ita mãdauit:cũ chꝛi ſtus eſſet duorũ annoꝝ: ⁊ nõ uniꝰ anni tñ: ⁊ vniꝰ mẽſis:nec uniꝰ diei cuius etatis pue ri ĩterfecti ſunt ſecundum pꝛimã opinionez: nec trium annorũ ſcd̃ꝫ opinionem ſecundã: Reſpondet Auguſtinus ĩ ſermone de ĩno centibus :quia timebat ne puero cui ſidera famulabãtur paulo ſupra etatẽ uel ĩfra ſpe cies mutata eſſet: et ſic tẽpus occultaret. Jdeo uidetur pueros a bimatu vſqꝫ ad pu eros vnius diei ĩterfeciſſe. Tunc adimple/ tum ẽ quod dictũ ẽ per Hieremiã ꝓphetã Uox in rama audita ẽ. ploratus ⁊ ululatus multus. Rachel plorans filios ſuos. Ubi Hieronymꝰ ait. Quãdo dicitur ĩ rama:non putemus nomen loci eſſe:qui ẽ iuxta Ga/ baa:ſꝫ rama excelſũ ĩterp̃tatur:ut ſit ſenſus Uox ĩ rama audita ẽ. ideſt longe lateqꝫ diſ perſa. Cui dicto concoꝛdat dictum Criſoſto mi ſuper Matheum:ꝙ ploratꝰ fletus par uulorum oſtendit:ululatus autem matrũ ſignificat lamẽtũ. Et qđ dicit̃ ĩ euangelio. Rachel ploꝛãs filios ſuos:ſecundum ꝙ di cit Nico. d̃ lira ĩterpretat̃ metaphorice :q̃ſi merẽs ſit Bethleez ratiõe ſue ſepulture q͂a ibi ĩ ſepulchꝛo ẽ:ut habet̃ Geneſis.35. Et h̃ dicit Hieronymus ſuper Matheũ. Ubi ait Queritur quomodo Rachel filios alteriꝰ tribus ideſt bethleem quaſi ſuos ploret. Reſpondebimus bꝛeuiter quia ſepulta ſit iuxta bethleem in effrata ⁊ materni coꝛpu/ ſculi hoſpitium nomen matris accepit. Si/ ue quoniam Juda et Beniamin due tribꝰ iuncte erant: ⁊ Herodes preceperat non ſo luz in Bethleem interfici pueros:ſꝫ ĩ omni bus finibus eius. Unde ꝑ occiſionẽ Bethle em intelligimꝰ multos etiam de Beniamĩ fuiſſe occiſos. Hec Hieronymus. O quale edictum irrationabile ⁊ crudele. o q̃ꝫ lugu/ bris ⁊ flebilis executio. O q̃ꝫ iniuſta ⁊ iniq̃ occiſio. Rapiebantur paruuli quidam a pe ctoribus matrum:quidam in cunis iacen/ tes:quidam blande parentibus alludentes quidam vrbane in domibus perambulan tes: ⁊ ſine vlla pietate uel proiiciebantur ad muros:uel gladio:uel ſtrictis in gutture manibꝰ ſuffocabantur. Uidiſſes tunc in ter

ra iacere cadauera puerorū. Uidiſſes tūc terram coopertam ⁊ madefactaʒ ſanguine pueroruʒ paruulorum innocentium. Uidiſſes matres in qualibet domo ſparſis crinibus propter tam horrendum flagitium ſingultibus lachrymis ⁊ vllulatibus acclamātes. O quanta compaſſio animum audientium mouere debet in ſpectaculum adeo funeſtum ⁊ lugubre. ⁊ cetera.

¶ Qꝫ innocentes merito paſſionis chriſti ſunt remunerati. ¶ Capitulum. 3.

TErtium myſteriuʒ contemplandū dicitur occiſoruʒ remuneratio. De premio autem iſtorum ſanctorum apud nonnullos extiterunt varie ſententie: quas oēs ad tres ſententias reducemꝰ

¶ Prima dicitur ſententia falſa

¶ Secunda dicitur ſententia debilis.

¶ Tertia dicitur ſententia vera.

¶ Prima ſententia falſa eſt eorum qui dicunt paruulos hos occiſos nihil meruiſſe: eo ꝙ in eis nondum erat expeditus rationis vſus: nec uoluntarie pro chriſto patiebantur. Contra quos eſt auctoritas eccleſie uniuerſalis: que hos colit pro ſanctis: et in ſanctorum numero cōfitetur. Unde auguſtinus in ſermone innocentum. ¶ Hodie fratres cariſſimi natalēʒ illoꝝ infantiuʒ colimus: quos ab Herode crudeliſſimo rege interfectos eſſe euangelii textus eloquitur Et ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra: celeſtium militum: ⁊ tantaruʒ parēs fecunda virtutum. Ecce prophanus hoſtis nunꝗ̄ beatis paruulis tantuʒ prodeſſe potuiſſet obſequio quantum profuit odio Naʒ ſicut pn̄tis diei feſta manifeſtant: quātum contra beatos paruulos iniquitas abūdauit: tantū in eis gratia diuine benedictionis effulſit. Hec Auguſtinus. qui in hoc etiam ſermone multa pſequitur de gloria iſtorum ſāctorum. Ideo iſtorum falſa eſt opinio. Secūda ſententia eſt debilis Nam ut inquit Tho. 2. 2. q. 124. fuerunt quidam qui dixerunt ꝙ in innocentibus acceleratꝰ ē uſus miraculoſe liberi arbitrii: ita ꝙ uoluntarie etiam paſſi ſunt. Quod dictum nullibi reperitur autenticum. ideo vbilibet tanꝗ̄ debile acceptatur: quia ut inquit Hieronymus ad paulinū. Quod de ſcripturis auctoritatem non habet: eadem facultate contemnitur qua probatur. Tertia ſentētia eſt vera. De qua loquitur ſanctus Tho. vbi ſupra: ꝙ martyrii gloriam: quam in aliis propria voluntas meretur: illi paruuli occiſi dei gratia ſunt aſſecuti. Nam effuſio ſanguinis propter chriſtum vicem gerit baptiſmi. Unde ſicut in pueris baptizatis per gratiaʒ baptiſmalem meritum xp̄i operatur ad gloriam: ſic in iſtis operatum eſt ad palmaʒ martyrij obtinendam. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus in quodam ſermone de epiphania quaſi alloquens ad innocentes ſic inquiens Ille de ueſtra corona dubitabit ī paſſione pro xp̄o: qui etiam paruulis baptiſmum pdeſſe non eſtimat. Non habebatis etatem in qua in paſſurum chriſtum crederetis: ſꝫ habebatis carnem in qua pro xp̄o paſſuro paſſionem ſuſtineretis. hec ille. Cum itaqꝫ viderimus hos paruulos feliciſſimos celicolas eſſe factos: qui propter chriſtum paſſi ſunt: eos veneremur. ut etiam p domino ieſu chriſto ſimul cum eis pati non timeamꝰ qui profecto laborantes exaltat in fine: et beatos facit ī glorioſo regno celorum: in q̊ viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ In ſancto Silueſtro. Sermo de dignitate ſacerdotali.

¶ Fructꝰ. 27. Jeſus ſacerdotes approbās.

ECce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo. Ecc. 44. Uerba hec ſumit eccleſia ī cōmendatiōe beati Silueſtri confeſſoris ī hodierna ep̄la recitata. Qui mūdum ineffabili ſapientia multiplici varietate rerum creauit ipſe eccleſie ſue ſancte ſtatus diuerſos mire diſpoſuit: in quibus cōtemplari poſſumus candorem ſapientie ſue proficere ad ſalutem: cum ad illos vocati iuſte ac ſcē operari conamur. Eſt tamen inter eccleſiaſticos gradus laude dignus ⁊ vere commendandus ſacerdotalis ordo: quiuſqꝫ ad pōtificalem poteſt aſcendere celſitudinem. In qua qui normam debitam obſeruare ſtudet: deo placet: ⁊ gratus efficitur. Fecit hoc modo beatus Silueſter qui a ih̄u chriſto in ſancto

cõtubernio est gloriose deputat⁹. Ad cuius commendationem in presenti sermone de ipso loqui volentes fructum nostrum pro/ponimus consuetum: qui est. Jħs sacerdo/tes approbãs. Ubi tria pulchra notari p̃nt de beato Siluestro a christo probato: que quidem hec sunt. videlȝ

Primum dr̃ sacerdotalis dignitas

Secundũ dicitur sacerdotalis sublimitas.

Tertium dicitur sacerdotalis sanctitas.

De sacerdotalis dignitas excellentior ē quacunqȝ tpali dignitate. Cap̃. j.

PRimuȝ priuilegiũ dicitur sacerdotalis dignitas: quia de ipso dr̃. Ecce sacerdos. Est enim sacerdotalis dignitas excellentior quacunqȝ dignitate tẽporali. Quod ꝓbare possumus triplicit̃.

Primo ratione.

Secundo auctoritate.

Tertio exẽplo.

Primo probare possumus rõne excellẽtia sacerdotalis dignitatis. Que triplex potest esse. videlȝ.

Prima dicitur significationis.

Secunda dicitur institutionis.

Tertia dicitur conditionis.

Prima ratio dicitur significationis Nam sacerdos secunduȝ Isidorum. 7. ethimologiaruȝ. idem est quod sacer dux. vel sacra dans. Ratio autẽ istius duplicis interpretationis secundum Tho. in. 4. di. 24. ē quia per mysterium sacerdotale sacerdos ē medius inter deum ⁊ populuȝ. Nam ipse diuina nunciat et ministrat populo: et vota populi offert deo. Dicitur etiam sacerdos: quasi sacra dans. Sacra autem quis dare põt duobus modis: uel auxiliando: uel sacramenta dispensando. primo mõ qlibet iustus iq̃ntũ sacra sua merita dat uł coĩcat alijs auxiliando interpretatur sacerdos. Secundo modo nomen sacerdotis ē ĩstitutum ad significandũ eũ qui sacra dat. i. sacramẽtorum dispensationeȝ. Et sic ille q ē in gradu ordinis constitut⁹ dicitur sacerdos. Secunda rõ dicitur institutionis. Nam sacerdotium p̃cessit legẽ scriptã: qa ĩ testõ veteri p̃m⁹ sacerdos qui iubẽte dño victimas obtulit fuit Aaron. sicut pȝ Gen. 14. c. Demũ p sacerdotium iubente dño regalis potestas est ordinata. Unde. i. Reg. 8. c. dixit dominus ad Samuelem sacerdotẽ. Audi vocẽ eorũ. i. filiorũ israel petentium habere superiorẽ: ⁊ constitues super eos regẽ. Inde ē q spiritualis auctoritas terrenã potestateȝ habet instituere ut sit: ⁊ iudicare si bona nõ sit. Quod ꝓbatur p apostolum Paulũ. d. i. Cor. 7. c. Nescitis qm̃ angelos iudicabimus quanto magis secularia? Quod etiã notat̃ . c. p venerabilem. extra: qui filii sunt legitimi. 9. q. 3. c. nemo. ⁊ in. c. aliorum. Tertia rõ dicitur conditionis. Est eni sacerdotalis dignitas spiritualis. Et iõ quanto spirit⁹ nobilior ē corpore: tãto sacerdotalis dignitas ē nobilior quacunqȝ dignitate tẽporali. sicut patet extra. de translatiõe episcopi ⁊ electi in. c. inter corporalia. Et hoc est qd̃ notatur 6. dis. c. Duo quidẽ. ubi sic habetur. Auruȝ ñ tã preciosi⁹ plumbo. q̃ regia potestate sit ordo sacerdotalis altior. Et eadem di. in. c. qs dubitet. sic dicitur. Quis dubitet sacerdotes xp̃i regũ ⁊ principum omniũqȝ fidelium patres ⁊ magistros censeri? Secundo possumus probare excellentiam dignitatis sacerdotalis auctoritate. Nam Petr⁹ 2. sue prime epistole: sacerdotibus ait. Uos estis genus electum: regale sacerdotium: gens sancta: populus acquisitiõis. Et ecclesiastici. 7. c. dicitur. Honora deum: ⁊ honorifica sacerdotes. Et Esa. 61. c. scribitur sic de sacerdotibus. Uos sacerdotes domini vocabimini: ministri dei nostri dicetur vob̃ Et. xi. q. 3. in. c. absit. Antheri⁹ papa ait. Absit vt quicq̃ sinistrum de his arbitremur q apostolico gradu succedẽtes christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos christiani sumus qui claues regni celorum habentes ante iudicii diem iudicant. In veteri quidẽ lege habetur. Quicunqȝ sacerdotib⁹ ñ obtemperasset: aut extra castra positus lapidabat̃ a populo: aut gladio ceruice subiecta cõtẽptũ expiabat cruore. Et Hiero⁹ ad Rusticũ monacuȝ sic de sacerdotib⁹ scribit. Nõ ē humilitatis mee: neqȝ mensure iudicare d̃ ceteris: neqȝ d̃ mĩstris eccliaꝝ sinistꝝ qppiã

dicere. Et.6.q.i.c.sacerdotes. Telesphorꝰ papa ait. Sacerdotes q̄ proprio ore corpus dn̄i cōficiūt ab oībus sūt obediēdi ⁊ timendi nō dilacerandi: aut detrahendi. Et.xi.q.z.c. Sacerdotibus. Gregꝰ Mauricio īperatori sic scribit. Sacerdotibꝰ non ex terrena ptāte dn̄s rex noster citiꝰ indignet̄: sȝ excellenti consideratiōe ꝓpter eū. cuius sunt serui ita eis dominet̄: vt etiā debitā reuerētiam īpendat. Nā in diuinis eloquijs sacerdotes aliquando dij: aliqn̄ angeli nuncupātur. Nam ad Moysē de eo qui ad iuramētū deducēdus ē dicit̄. Applica istū ad deos vȝ. ad sacerdotes. Et rursum scriptū ē. Dijs nō detrahes .s. sacerdotibus. Et ꝓpħa ait. Labia sacerdotis custodiūt scientiam ⁊ iusticiā ⁊ legē requirūt ex ore eius: quia angelus dn̄i exercituū est. Quid igit̄ mirū si pietas vestra digneтur eos honorare: q̄bus in suo eloquio honorē tribuens eos aut āgelos aut deos etiā ipse appellat deus.′ hec ille. Tertio possumus ꝓbare excellētiam sacerdotal' dignitatis exēplo. Legimꝰ nanq̄ multos xp̄ianissimos īperatores fuisse non dedignatos subijcere se sacerdotibus. In quorum numero fuit ille piissimus Theodosius de quo scribit̄ in historia tripartita. Hic aūt cū audisset apud tesalonicaȝ ciuitatem quosdā iudices fuisse lapidatos: īdignatus omnes pariter iussit interimi. vbi .7. milia sunt occisi nullo precedēte iudicio: Cum vero Mediolanū venisset: ⁊ solēniter in sacrum voluisset intrare templū: occurrit ei Ambrosiꝰ ep̄s foris ad ianuas: ⁊ sic īgrediētem his sermonibus a sacris liminibus ꝓhibuit incessū. Nescis miser impator ꝑpetrate a te necis quanta sit magnitudo.′ Neq̄ post cām tanti furoris mens tua molē presūptionis agnoscit.′ Sed forte recognitionē peccati ꝓhibet potestas imperii.′ Decet tn̄ vt vincat ratio potestatem. Quibus igitur oculis aspicies coīs dn̄i templū.′ Quibꝰ calcabis pedibꝰ sanctū illius pauimētū.′ Quō manus extēdes: de quibꝰ adhuc sanguis stillat inoxius.′ Recede recede: ne secūdo peccato priorē nequitiaȝ augere cōtēdas. Audiens hos sermones imperator gemens et flens ad regalia remeauit. Cūq̄ octo menses transissent: ꝓpinquauit natiuitatis dn̄i festiuitas. Impator aūt satis angustiabat̄. Quē videns Ruffinus tunc magister militū ⁊ impatoris familiarissimus: cām sue tristicie quesiuit. Qua cognita Ruffinus ad Ambrosium perrexit. Quem cum Ambrosius vidisset: mox ait. Impudentiam canumꝰ imitatus es o Ruffine. Ego dico tibi: qnoniaȝ imperatorem ingredi limina sacra prohibeo. Que mox Ruffinꝰ imperatori rettulit. At īpator in media iā platea pergo īquit: ⁊ iustas ī facie suscipiā cōtumelias Et veniēs ad antistitē supplicabat vt vincula eius solueret dicēs. Tuū ē docere: meuȝ aūt est suscipere. Cui Ambrosius iniūxit vt legē conderet: ne quis sententiā mortis posset dare aīo irato: sȝ trāsacto dierum numero.30. Quod ⁊ fecit: sicq̄ lachrymosus ⁊ dolens cū humilitate ad ecclesiā ē introductꝰ seruās in oībus reuerentiā antistiti Ambrosio. Quid de Cōstātino impatore dicemꝰ: q̄ post susceptū baptisma sacerdotes honorare studuit.′ Nam de ipso scribit̄.96.dis.c.in scripturis. In scripturis narrat̄ Constantinus impator dixisse. Uere si proprijs oculis vidissem sacerdotē dei: aut aliquē eorum q̄ monastico habitu circūcincti sunt peccātē: chlamydem meā explicarē: ⁊ cooperirē eū: ne ab aliq̊ videret̄. xi.q.z.in.c.sacerdotibꝰ. sic habetur. Eccliastica quoq̄ testat̄ historia: q2 cū pie memorie Cōstātino pricipi scripto oblate accusatiōes ꝯ ep̄os fuissēt: libellos q̄dem accusatōis accepit: ⁊ eosdē q̄ accusati fuerant episcopos cōuocās in eoꝝ conspectu libellos quos acceperat incendit dicens. Ite ⁊ inter vos causas vestras disponite: q̄a dignū nō ē: vt nos iudicemꝰ deos. In qua sentētia sibi magis ex hūilitate q̄ȝ illis aliq̄d prestitit ex reuerētia īpensa. Ante cū q̄ppe pagani ī republica pricipes fuerūt: q̄ verum deum nesciētes: deos ligneos ⁊ lapideos colebant: ⁊ tamen eoruȝ sacerdotibus magnū honorē tribuebāt. hec ibi. Et ne multa dicamꝰ: efficacissimū est exēplum xp̄i. de q̊ Cyprianus carthaginēsis.93. di.c. dominus. ait sic. Dominus noster iesus xp̄s rex ⁊ iudex vsq̄ ad passiōis horaȝ seruauit honorem pontificibus ⁊ sacerdotibus. Nā

cum leprosum mūdasset: dixit ei Uade ostē de te sacerdotib⁹. Sacerdotē adhuc appellans quē sciebat esse sacrilegū. Itē cū sub ditus passioni alapā accepisset nihil ɔtumeliose locutus est ī personam pontificis. Ex quibus omnibus clare deprehēditur perampli ssimam esse sacerdotalem dignitatē. Cui nō debent xpiani esse infesti: quoniam ut dicitur. 3. q. i. c. Nulli. Dominū crucifigūt qui eū ī suis sacerdotib⁹ persequūtur. Sic faciebant antiqui tyranni et inimici christi: quos tamen diuina manus impunes non permisit abire.

Secūdū priuilegiū beati Siluestri dicitur sacerdotalis sublimitas: qa fuit ipse nō tm̄ sacerdos: sed etiam magnus. Nā mortuo Melchiade episcopo vrbis rome: Siluester ab omni plebe in sūmum pontificem est electus. Ubi sciendum est q̄ in nouo testamento xp̄s instituit triplicem gradum sacerdotum.

Primus est inferiorum.
Secundus est episcoporum.
Tertius est pontificum maximorum.

Primus gradus sacerdotū constitutus a christo est grad⁹ sacerdotum inferiorū. Nā habuit dominus septuagintaduos discipulos: quibus succedūt presbyteri: q sūt minores in auxilium operis: ut notatur. 95. dis. c. Olim. Secundus gradus est episcoporum. q sacerdotes maiores respectu aliorū īferiorū dici possunt. Hi locum duodecim apostolorū tenent ī ecclesia: sicut patet. 68. di. in. c. Quorū vices. 2. 12. q. i. in. c. Uidētes. Tertius gradus ē pōtificū maximorū. Nā domin⁹ super alios elegit Petrum ī sūmū sacerdotē: sicut notatur dis. 16. in. c. Ita dominus noster. Et. 21. dis in. c. In nouo testamento. ꝛ habet ī eadem dis. c. Cleros. Ubi etiā dicit q̄ talis grad⁹ seruatus ē in ueteri lege ubi Aaron sūm⁹ sacerdos fuisse tradit ꝛ filij ei⁹ sacerdotes minores fuerūt. Talis etiā discretio a gentilibus maxime introducta ē: quia suos sacerdotes flamines a filo qd̄ portabāt ī capite: alios simplicit flamines. alios archiflamines appellabāt. Quāte āt pēminētie sit maximi pōtificat⁹ grad⁹ ostēdit Agatho papa. 19. di. i. c. Sic oēs vbi sic dic. Sic omnes apostolice sedis sāctiōes accipiende sunt tanq̄ ipsius diuina voce Petri firmate. Quisq̄s eni catholice ad papalē celsitudinē sblimat: ipe ē Petri successor ipse vicari⁹ xp̄i. ipe ē cui tot⁹ mūd⁹ deuote ē subiectus. Et licet sit magna potestas imperialis: longe tamen nobilior est facultas pōtificalis. Et ideo scribitur de maioritate et obedientia. in. c. solite. Fecit deus duo magna luminaria in firmamento celi: luminare maius ut preesset diei: ꝛ luminare minus ut preesset nocti. Utrunq̄ magnū: sed alterum maius. Ad firmamētū igit celi: hē uniuersalis ecclesie: fecit deus duo magna luminaria. i. duas instituit dignitates: que sūt pōtificalis dignitas ꝛ regalis potestas. Sed illa que preest diebus. i. spiritualibus maior est: que vero carnalib⁹ minor. ut quāta est inter solem et lunam: tanta esse inter pontifices et reges differentia cognoscatur. hec ibi. Multa adduci possunt ad probandum ea que dicimus: que causa breuitatis omittim⁹: cōcludētes summū pontificem excellere dignitate ac auctoritate q̄scunq̄ siue temporali siue in spirituali statu exaltatos ꝛ honoratos.

Ertium priuilegium beati Siluestri dicitur sacerdotalis sanctitas quia diebus suis placuit deo. Tota. n. vita sāctorū ē dies. Un̄. i. ad Thes. 5. apostolus ait. Omnes vos filii lucis estis. Tria nanq̄ dū esset pontifex: ut placeret deo exercere voluit btūs Siluester.

Primo pascere populum exemplo.
Secundo pascere populum uerbo.
Tertio pascere populū temporali subsidio

Primo voluit pascere populum exēplo Nam adeo fide ꝛ morib⁹ resplendebat: ut non solum a xp̄ianis: uerum etiam a paganis miro diligeretur affectu. Secundo voluit pascere populum uerbo: quia sepi⁹ vultu angelico christum filium dei predicabat christianosq̄ confortabat: ut ī fide stabiles permanerent. ꝛ Constantinum de fidei sacramentis plene docuit ꝛ instruxit. Ut eni dicitur in ei⁹ legenda: persequēte ipso Cōstantino xp̄ianos: exiuit Siluester d̄ vrbe: ac in quodā mōte cū suis clericis māsit. Cū

vero Cōstantin⁹ in mirabilē leprā īcidisset ad cōsiliū pōtificū idolorum adducta erant tria milia pueroꝝ: ut eos occidi faceret: ⁊ se ī eorum sāguine recēti ⁊ calido balnearet. Egrediēte aūt eo ad locū vbi balneū ꝑparari debebat: matres pueroꝝ obuiauerunt ei miserabiliterq̧ vllulabāt. Cōstātin⁹ ꝗ iussit stare currū: ⁊ erigēs se dixit. Audite me omnes ꝗ hic statis. Dignitas iperii romani de fōte nascit̄ pietatis: que hāc etiā legē dedit: ut capitali sētētie subderet̄ qcūq̧ ī bello aliquem occidisset īfātem. Quanta ergo erit crudelitas: ut hoc nostris faciam⁹ filiis qđ nos ꝓhibuim⁹ alienis. Meli⁹ est ergo mori salua vita īnocētū: ꝙ̄ p eoꝝ interitu vitā recuperare crudelē. Jussit ergo ut matribus suis pueri ⁊ dona plurima ꝓberētur Sequēti ꝟo nocte Petr⁹ ⁊ Paulus apparuerūt ei dicētes. Qm̄ exhorruisti sāguinis effusionem: misit nos dn̄s ih̄s xp̄s dare tibi recuperādē sanitatis cōsiliū. Siluestrū ergo episcopum ꝗ apud montē sirapti latitat accersi. Hic tibi piscinā ostēdet ī qua īmersus ter ab oī curaberis lepre morbo Euigilans stati cōstātinus misit milites ad Siluestrū. Quos uidēs ad palmā martyrii credidit se vocari. Pñtat⁹ tandē Constātino audiuit p ordinē sui somnii visionē. Percūctāti aūt Cōstātino ꝗ essent ꝗ sibi apparuerāt duo dii. respōdit Siluester eos esse christi apostolos: ⁊ nō deos. Quorū imagines afferri fecit Siluester: ⁊ iperator tales eē ꝗ sibi apparuerāt exclamauit. Siluester āt eū cathecuminū fecit: ⁊ vnius hebdomade ieiuniū indixit sibi: ⁊ carceres aperiri monuit. Cūq̧ in aquā descendisset. baptismatis ibi admirabilis splēdor emicuit: sicq̧ mūd⁹ exiuit. ⁊ christū vidisse se asseruit. Ipsa āt die sui baptismatis multa ad ampliatione cultus christi statuit ⁊ ordinauit. Tertio uoluit beatus Siluester pascere populū tpali subsidio. Scribitur naq̧ ī sua legēda: ꝙ oīum orphanorū: viduarum: ⁊ pauperū noīa ī scriptis habebat: ⁊ omnib⁹ necessaria ꝓuidebat. Fecit etiā multa signa uiuens Qui mundum spreuerat cum oībus suis cōcupiscentiis. Unde et ī fine obdormiuit ī dn̄o Cuius exēplo animent̄ sacerdotes: ut sicut illi conformes fūt ī dignitate: ita eum studeant sequi ī uite sāctitate. Nam tanto magis oēs obligantur deo ad rationē reddēdam quanto ab ipso plura dona suscipiunt. Qui iō plura eis contulit beneficia: ut ei seruientes magis exaltentur in regno celorum: in quo uiuit et regnat: Amen.

In circuncisiōe domini. Sermo đ eadē. Fructus. 28. Jesus est circuncisus.

POstquam ꝯsūmati sūt dies octo ut circūcideret̄ puer. Scribuntur hec verba Luc. 2. c. ⁊ ī euangelio hodierno. Ardens amor iħu xp̄i ipsius mētē pulsare cepit ī etate tenella ⁊ īfantili: ut humano generi passionis sue beneficia īciperet dispensare. Octaua nāq̧ die sāguinē suum fudit ī circūcisione apparēs velut peccator circūcisionis legi subiect⁹: cū tamē mund⁹ fuerit ab oī sorde. Et ꝗa piū ē contēplari qualiter puerul⁹ ille lachrymans circuncidebatur. Idcirco ī presenti sermone de ipsius circūcisione dicturi sumus ꝓponentes fructū. Jesus ē circuncisus. Ad cuius explanationem tres cōclusiones notabimus.

Prima dicitur institutionis.
Secunda dicitur obseruationis.
Tertia dicitur cessationis.

De sacramentū circūcisionis conuenienter fuit institutum. Capitulum. j.

PRima cōclusio dicitur īstitutionis In qua dicimus circūcisionis sacramentū cōuenienter fuisse īstitutū ꝗa deus illud instituit sicut patet Geñ. 17. vbi sic habetur. Circuncidetur ex uobis oē masculinū: ⁊ circūcidetis carnem ꝑputii vestri: ut ī signum sit federis iter me ⁊ uos. Jn fans octo dieꝝ circūcidet̄ ex uobis. Huius autē īstitutionis conuenientia triplex assignatur a Ric. in. 4. di. i.

Prima ē ratione morbi.
Secunda ē ratione temporis.
Tertia est ratione persone.

Prima cōueniētia ē ratione morbi contra quē circuncisio fuit instituta: qui erat peccatū originale. Quod expresse represen

tabat circūcisio: ꝛ q̄tū ad cām ꝛ ad q̄tū ad ꝓcessū: ꝛ q̄tū ad effectū. Cōtrahit enī pec/ catū originale p ꝓpagationē libidinosam quaꝫ cām circūcisio representabat ratione membri in q̊ fiebat: qđ deseruit uirtuti ge neratiue. Processus aūt fuit circularis. ga ut dic̄ Anselmus. ꝑmo ꝑsona corrūpit nām deinde natura personam: quem ꝓcessum repñtabat circūcisio p circularē pellicule i/ cisionē. Effect⁹ vero ē supabundātia cōcu/ piscētie: quē represētabat superfluitas pel lis que ab ipso mēbro separabatur. Ideo ñ tm̄ causam ꝛ processus: ꝛ effect⁹ originalis peccati: sꝫ etiā deletio p circūcisionē signi/ ficabatur. ¶ Secunda cōueniētia fuit rati one tēporis ī quo instituta fuit circuncisio. Erat. n. q̄daꝫ dispositio ad suscipiēdū legē ꝛ ad distiguēdū populū cui dāda erat lex ab aliis populis. Et iō anteq̄ lex daret̄ debuit īstitui. Fuit etiā īstituta. circuncisio ad si/ gnificādum ppl'm qui eēt deo peculiaris: ꝛ suo cultui mancipād⁹. ¶ Tertia cōuenien/ tia dr̄ ratione persōe: cui data fuit: qui fuit Abraā de quo dicitur. Geñ. 17. Tulit autē. Abraā Ismaelem filium suū: ꝛ omnes ver/ naculos domus sue. vniuersosq̄ quos eme rat: cūctos mares ex omnib⁹ uiris domus sue: ꝛ circūcidit carnē ꝑpucii sui. Et Isma/ el filius eius. i3. annos īpleuerat ante tēp⁹ circuncisionis sue. Eadem die circūcisus ē. Abraā ꝛ Ismael fili⁹ eius: ꝛ omnes viri do mus illi⁹ tā uernaculi q̄ ēptitii: ꝛ alienige/ ne pariter circūcisi sūt. Ipse equidē Abra am post diluuium specialius se diuino cul/ tui mancipauit. Unde exiuit de terra sua: ꝛ ð cognatiōe: ut se ab īfidelibus separet. ut habetur Geñ. i2. c. a quo erat descensurus populus qui legem scriptam erat susceptu/ rus. ꝛ de cuius genere nasciturus erat san/ ctus sāctorū: Et hoc ē qđ dicit apl's. Ro. 4. Signū accepit circūcisionis signaculū iusti cie fidei: que ē ī ꝑputio: ut sit pater oīuꝫ cre dētiū. Huic dixerat deus Geñ. i2. c. Faciā te ī gentē magnā ꝛ benedicā tibi ꝛ magni/ ficabo nomē tuū: erisq̄ bñdictus. Benedi/ cam benedicentibus tibi: ꝛ maledicam ma ledicentibus tibi: atq̄ benedicentur in te vniuerse cognationes terre. De cuius pro/ missionib⁹ a deo sibi factis plenius suo lo/ co dicemus. Nunc vero hoc tantum cōclu dere sufficiat q̄ circuncisionis mandatum Abrahe deus dedit: quia erat fidelissimus amicissimus: ꝛ obedietissim⁹ sicut patet le/ gentibus sacram scripturaꝫ.

¶ De obseruatus est debitus ordo ī instru mento circuncisionis. Capitulum. 2.

Secūda conclusio dicitur obserua/ tionis. Obseruatus etenim est de/ bitus ordo in huius sacri dispensa tione: quia fiebat cum debito instrumento s. cum cultello petrino. Unde Iosue. 5. c. do minus ait. Fac tibi cultros lapideos ꝛ cir/ cuncide filios israel. Ubi dicit Ricardus. q̄ hoc non erat necessarium nisi in casu spe/ ciali. Et secundum Ugonem. li. ꝑ. de sacra/ mentis. parte. i2. c. 2. cultellus de petra fa/ ctus significat christum. de quo dicit apo/ stolus. i. Cor. x. Petra autem erat xp̄s. pro pter quē ab electis omnis erat abscindēda corruptio. Fiebat insuper circuncisio octa/ ua die. ut patet ex dictis in prima conclusio ne. Et si dicatur. Hoc nō est uerum: quia ha betur Iosue. 5. Populus qui natus ē in de serto per quadraginta annos in itinere la/ tissime solitudinis incircuncisus fuit: ꝛ po/ stea circuncisi sunt a Iosue in galgala. ꝛ ista dilatio circuncisionis non fuit secundum legem eis imputata in peccatum. Respon det Ric. ex glo. Aug. q̄ cum illis fuit dispē satum inspiratione diuina triplici de causa ut nō tenerentur circuncidi in deserto. Nā ut habetur Numeri. 9. quando nubes ele/ uabantur: de tabernaculo debebāt profici sci. Et quia non presciebant facturam ele/ uationē nubis: nō potuissēt sine nimio gra/ uamine ꝓficisci qñ de nouo essēt circuncisi. Ideo dispensatum fuit cum eis: ut non te/ nerentur circuncidi in deserto. Et etiā ga dum erant in deserto. in quo non alii habi/ tabant cū eis erāt sufficienter distincti ab aliis populis. Quare autē circūcisio fiebat octaua die: triplex ratio assignari potest.

¶ Prima ratio est secundum intellectum tro pologicum.

¶ Secunda ratio est secundum intellecum analogicum.

¶ Tertia ratio eſt ſm intellectum hiſtoricuȝ.

¶ Prima rõ eſt ſm intellectũ tropologicũ: ⁊ eſt iſta. Ut octo dies accipiãtur ꝓ octo q̃ requirũtur ad circuncisionẽ ſpiritualem.

¶ Primum eſt peccati cognitio.

¶ Secundum eſt propoſitũ deſerendi malũ. ⁊ faciendi bonum.

¶ Tertium eſt pudor de peccato.

¶ Quartum eſt timor de futuro iudicio:

¶ Quintum eſt contritio.

¶ Sextum eſt confeſſio.

¶ Septimum eſt ſpes venie.

¶ Octauum eſt ſatiſfactio.

¶ In quibus omnibus velut in octo dieb⁹ peccator iuſtificatur.

¶ Secũda rõ eſt ſm intellectũ anologicũ: quam tangit Ugo li. p̊ de ſacramentis. c. z. dicens. Octonari⁹ in ſacra ſcriptura aliqñ tempus reſurrectiõis ſignificat: quod p⁹ preſentẽ vitam ſeptẽ diebus currit. Sequitur aũt tẽpus gratie: in quo quaſi poſt ſabbatũ legis eterna bona deo ſeruiẽtib⁹ promittũtur. Merito ġ circũciſio iuſſa ẽ fieri octaua die vt oſtenderet̃ ꝙ ĩ tpe gratie corda circũcidẽda erant ꝑ emundationẽ iniqtatis: ⁊ in tpe reſurrectõis corpa ꝑ depoſitionẽ corruptiõis. Tertia rõ ẽ ſecũdũ ĩtellectũ hiſtoricum: ſeu litteralẽ. Nã ſicut dic̃ rabbi Moyſes maximus. phs ⁊ theologus iudeus. puer in ſeptẽ diebus tãte teneritudinis ẽ: quante eſt adhuc ĩ vtero matris ¶ In octaua aũt die fortificat̃ ⁊ ſolidatur. Et iõ noluit deus ante octauũ diẽ circũcidi: ne ob nimiã teneritudinẽ nimiũ lederet̃. Et ne parẽtes quorũ amor ꝑ ꝓceſſũ temporis creſcit ad filios: ſubtraherent filios a circũciſione: noluit ꝙ vltra octauũ diẽ differret̃. Sed circa h̃ contingit dubitare: qa vt dicit Ugo de ſacramentis vbi ſupra. illi qui añ diẽ octauũ decedebãt ſaluabant̃ ĩ fide parentũ: qui ante octauã diẽ nõ debebãt circũcidi. Et magr̃ ſentẽtiarũ cõtrariũ videt̃ ſentire. di. i. quarti. vbi dic̃ ꝙ neccitate mortis añ octauã diẽ circũcidebãt. Ad quoꝝ cõcordiaȝ dic̃ Ric. ꝙ ſi circũciſio fiebat ex neceſſitate mortis añ octauã diẽ ſuũ habebat effectũ: ⁊ tamen ſi nõ fiebat ꝓpter timorẽ ne acceleraretur mors pueri puer ſaluabat̃ in fide parentuȝ. Uñ dicit Ric. ꝙ nõ eſt conſentiendũ magiſtro: ꝙ tales peribant ſicut paruuli q modo moriunt̃ ante baptiſmũ. Noluit enim deus puerũ obligari ad circũciſionẽ añ octauam diẽ Si aũt querat̃ quare mulieres non circũcidebãtur: aſſignari poſſunt plures rationes. Pria ratio ẽ Alexãdri de ales ĩ quarto volumĩe ſũme ſue. ⁊ Ric. ĩ declaratione littere. ſ. quia corruptio nature ꝑ quã pctm̃ originale cõtrahitur principalius fuit a viro q̃ȝ a muliere. Nã ſi Adã nõ peccaſſet poſt q̃ȝ Eua peccauerat: peccatũ originale ꝓles eius nõ contraxiſſet. Secũda ratio ẽ eorundẽ quia mulieris membrũ virtuti generatiue deſeruiẽs nõ eſt aptũ circũciſiõi ſicut virile membrũ. Tertia rõ eſt ſm eoſdẽ: ꝙ circũciſio data fuit ĩ ſignũ diſtinctiuuȝ. Et qa vir ẽ caput mulieris: vt dicitur. i. Cor. 9. iõ ſufficiebat ad populi fidelis diſtinctionẽ ſignaculũ datũ viris. Ugo ṽo de ſacramentis libro p̊. parte. iz. aliã aſſignat rationẽ dicens. ꝙ in ſacra ſcriptura per maſculinum ſexũ animã. ꝑ muliebrẽ ṽo carnẽ ſignificari ſolet: vt oſtẽderetur ꝙ illa exterior circũciſio animabus ſanctificationeȝ contulit. ſȝ carni non abſtulit corruptionem.

¶ Qr conuenienter multis rationibus ceſſare debuit circuncisio. ¶ Capl̃m. 3.

Tertia cõcluſio dr̃ ceſſatiõis. Ubi d̃ ceſſatione circũciſionis inquiri debent: ⁊ conſiderari permaxie tria.

¶ Primum rationis euidentia.

¶ Secundum temporis circunſtantia.

¶ Tertium digna obſeruantia.

¶ Primũ cõſiderandũ dicit̃ rõnis euidentia. ſ. qua rõne circũciſio debuit ceſſare. ſm illud apl̃i ad Gal̃. 5. Si circũcidimini: xp̃us vob̃ nil ꝓderit. Et ad h̃ rñdet Alex. de ales in. 4. volumĩe ſũme. ⁊ Ric. ubi ſupra: quia ſicut dicit apl̃s. i. Cor. 13. Cũ venerit qd̃ perfectuȝ eſt: euacuabit̃ qd̃ ex pte eſt. Sed baptiſm⁹ ẽ ꝑfectior medicina q̃ȝ circũciſio: et q̃ȝtũ ad ſignificationẽ: ⁊ q̃ȝtuȝ ad gr̃ie collationẽ. ⁊ ẽt q̃ȝtuȝ ad ampliorẽ ſui oſtẽſioneȝ. Significat enĩ ſanationẽ morbi expreſſius: ⁊ cõfert gr̃aȝ abundãtius. Et etiã qa ẽ ſacramentuȝ cõmune: qa ſibi non appropriat nec ſexũ nec gẽtẽ. Uñ ad Gal̃. 3. apl̃s ait. Qui

cunqz in xp̄o baptizati estis xp̄m induistis Non est iudeus nec grecus: nō est seru⁹ nec liber: non ē masculus nec femina: oēs vos vnū estis in xp̄o. Jō nō ē ampli⁹ circuncisio conueniēs nec necessaria: ¶ Secūdū considerandū dr̄ temporis circunstantia. Nā vt dicit Ric. legalia habuerūt virtutē suam ꝛ seruari debuerunt vsqz ad passionē xp̄i: sed in passione xp̄i vim suā amiserunt. Cui attestatur qđ dicit saluator Joh. 19. Cōsūmatū est. Tamē post passionē ante temp⁹ diuulgati euangelij licituz fuit illis qui de iudeis conuertebantur ad fidē seruare legalia: nō spem ponēdo in eis: sed ad euitandū scandalum: ꝛ vt lex deduceret̄ ad tumulum cū honore: ne ac si semper mala fuisset videret̄ repudiari. Post tēpus vero diuulgati euāgelij nulli fuit licitū seruare illa legalia. Hinc ē ꝙ Paulus vt habetur Act. 6. circūcidit Timotheū: qꝛ nondū erat diuulgatuz euāgeliū: ꝛ ne iudeos scādalizaret: quia Timotheus erat de matre iudea. Titū vero quia simpliciter erat gentilis circuncidere noluit vt in circūcisione Timothei ostenderet sacramēta legalia non debere dānari: ꝛ ī hoc qꝛ Titum circuncidere noluit ostēderet ea non esse necessaria. ¶ Tertium considerandum dicitur. digna obseruantia. Uoluit enī dn̄s nr̄ iesus xp̄s dignā circūcisionis legem obseruare. Quod conueniēter factum ostēdit Alex. in quarto propter sex causas. Prima causa ē vt ostenderet se eē filiū Abrahe cui data est circūcisio: ꝛ cui predictum erat Gen̄. 22. Benedicētur ī semine tuo oēs gētes. Semē aūt istud est xp̄s: vt dr̄ ad Gal. 4. vnde cum tota posteritas Abrahe circuncideretur: non crederetur xp̄s esse fili⁹ Abrahe: nec ille in quo implende erant promissiones: nisi fuisset circuncisus. ¶ Secunda causa fuit: vt per subiectionē suaz nos a seruitute legis absolueret. ¶ Tertia causa fuit qꝛ noluit soluere legē: sed adimplere ꝛ terminare. ¶ Quarta causa fuit vt se ostenderet principium ꝛ causam sāctificationis q̄ fiebat ꝑ tria remedia ꝯ peccatū. s. per sacrificia a tp̄e Abel vsqz ad Abrahaz. ꝑ circūcisionē ab Abrahā vsqz ad xp̄z: a xp̄o ꝑ baptismuz ī nouo testamēto. Uñ decuit xp̄m eē baptiçatum ꝛ circuncisuz ꝛ oblatuz. Quinta cā fuit: vt eēt frater iudeoꝝ: vt ostenderet se eē illum de quo Moyses dixit. Prophetam suscitabit vobis deus de fratribus vestris: ipsum audite. Deute. 18. ¶ Sexta cā fuit: ne iudei occasionē haberēt ipsū non recipiēdi nisi eēt circūcisus. Uide ergo o rationalis creatura quanta fuit hodie humilitas incarnati filij dei. Intuere quāta sit caritas eius qui non ꝑꝑ se: sed ꝑꝑ te voluit circuncidi. Contēplare qualiter hodie īnocentem sanguinē cepit effundere. Inspice quādo accipitur ex manibus matris: vt ducat̄ ad circūcisionē. Audi matrē dicētē Joseph qui forte euz portabat. Sit tibi cōmissus filius meus paruulus vt q̄z leuius fieri possit circuncidatur. O virgo sāctissima ꝛ de filio tuo tenera qd facies quando filium tuuz videbis a planta pedis vsqz ad caput totalit̄ vulneratum sanguineqz irrigatum? Remanet in tuguriolo mater expectans filiuz circuncisum. O anima fidelis cōpatere dilecto tuo. Quādo enī circūcidebatur: plorabat: flebat. lachrymabat: clamabat dicēs a. a. a. quasi diceret. Aīa mea: ꝑꝑ tua peccata hāc penā sustineo: ꝑꝑ tua peccata sanguinē fundo o aīa. Sed multo maiora ꝓ te facere suz paratus: qꝛ amore tuo lāgueo: amore tuo vulnerari: ꝛ crucifigi cōcupisco: ſꝫ tēpus expecto cōueniēs: ꝛ idoneū. Reportat̄ filius matri quē plangentez pre dolore ipa stringit ad pectus consolatur cum blāditijs virgo pijssima: ꝛ lacte pascit virgineo: ei tm̄ dicere poterat: ꝛ non sine lachrymis. O sacratissime fili: in quo nullum reperitur peccatuz: hodie ꝑꝑ peccatores tan̄q̄ peccatores vulneratus. Hodie de tuo corpore cum dolore sanguis effluxit. Hodie violētā penam ꝓ hominibus subire cepisti. O fili mi delicate. Et hi⁹ verbis dilectū iesum osculādo alloquebatur Nos vero matrē cū filio veneremur: ipsāqz matrez deprecemur humiliter vt dignetur filium suū nobis propicium facere ꝑ meritum sue circuncisionis: q̄ est benedictus in secula. Amen.

¶ In festo epiphanie sermo de eadē.

¶ Fructus. 29. Jesum adorant reges.

Vidimus stellã eius in oriente: ⁊ venimus adorare eum. Scribuntur hec verba Math. z. c. ⁊ in euangelio presentis solẽnitatis. Ne putarẽt homines xp̃m non esse deũ cuius natiuitas a pastorib⁹ tanq̃ a simplicibus fuerat reuelata: aduocati sunt reges ⁊ sapiẽtes p̃moniti miraculo nouo stelle apparentis: qui xp̃m natũ in hierusalem querunt adorare: ipsumq; ibi nõ inuenientes nõ destiterũt a cepto ꝓposito. ⁊ exeuntes hierosolymã stelle ducatũ secuti sunt: q̃ illos ad p̃sepiuz duxit. Ubi xp̃z vidẽtes pannorũ viliuz paupertate cõclusuz: tanq̃ deũ ꝓ hominũ salute incarnatũ sunt venerati. Hoc nobis sacramẽtuz pie ꝯtemplãduz preponit hodie sãcta mater ecclesia. Ubi ⁊ nos studia nostra debemus apponere: vt sic cũ his regibus xp̃z inueniamus dicentes cum ipsis. Uidimus stellã eius in oriente. i. spiritus sancti gratiã: qua illustrati sumus ꝑ patriarcharũ oracula ꝑ ꝓphetaruz testimonia ac ꝑ sãctoꝝ omniũ documẽta: vt cognoscamus xp̃z filiuz dei affectuosa mẽte a nobis fore colenduz. Et venim⁹ adorare eũ. In q̃bus verbis fructus occurrit declarandus: q̇ ẽ. Iesũ adorant reges. Pro cui⁹ intelligẽtia ð his regib⁹ tria mysteria ꝯsiderabimus

- Primum dicitur illuminatio.
- Secundum dicitur affectio.
- Tertium dicitur deuotio.

Qr magi illuminati fuerunt apparitione stelle.

Capitulum. i.

Primũ mysteriũ contẽplandum dicit̃ illuminatio. de quo fit mẽtio in euãgelio vbi dicit̃ ꝙ magi isti fuerũt illuminati vt crederẽt in xp̃m apparente eis stella miraculi. Ubi tres conclusiones sunt notande.

- Prima dicitur nominationis
- Secunda dicitur apparitionis.
- Tertia dicitur conditionis.

Prima conclusio dicit̃ nominatiõis. Isti enĩ reges noĩantur magi. i. malefici Unde Exo. 8. malefici Pharaonis dicunt̃ magi Dicit enim Criso. istos fuisse maleficos: sed postea conuersos. Quibus dñs voluit natiuitatẽ suã reuelare. Uel dicunt̃ magi quasi illusores: quia Herodẽ illuserũt. Rabanus vero dic̃. Magi sunt qui de singulis rebus philosophãtur. Unde magus idẽ ẽ qð sapiens. Nã perse mag⁹: hebraice scriba: grece philosoph⁹: latine vero sapiẽs dicit̃. Unde ⁊ magi quasi sapientia magni. De his sic dicit Remigius. Sciendum est autem ꝙ varia est de magis opinio. Quidaz enĩ dicunt eos fuisse chaldeos: Et chaldei pro deo stellã colebãt: ⁊ idcirco dixerũt: ꝙ nũcupatio eoruz deorũ ostẽderit verũ deum natuz. Alij dicunt persas eos fuisse. Nonnulli dicunt illos de vltimis finibus terre fuisse. Alij xo asserũt eos fuisse nepotes Balaã quod magis est credẽdũ. Balaã enĩ int̃ cetera que ꝓphetauit dixit Numeri. z4. Orietur stella ex Iacob: ⁊ exurget hom o de israhel. Illi vero per hanc prophetiam mox vt viderũt stellã nouã intellexerũt regem natum: ⁊ venerũt adorare euz. Hec Remigius. Secunda cõclusio dicitur apparitionis. Scðz enĩ qð dicit Criso. sup Math. q̇dã secretorum inspectores de genere Balaam elegerunt de seipsis duodecim. Et si quis moriebatur filius eius aut aliquis propinquoruz ĩ ei⁹ loco substituebatur. ⁊ ꝑ singulos ãnos certo tempore super montẽ victorialẽ ascẽdebant. vbi tribus diebus orabant deũ vt eis stellã illã quã Balaam p̃dixerat ostenderet. Quadã autez vice dũ sic ibi manerent tres reges: stella quedã ad eos super montẽ venit: que habebat formã pulcherrimi pueri. sup cuius caput crux spendebat: que magos allocuta ẽ dicẽs. Ite velocius in terrã iuda ⁊ regem quem queritis natum inuenietis. Tertia conclusio dicitur conditionis. Fuere nãq; ſm Remigium multi qui dixerunt stellam illam sp̃m sanctuz fuisse: q̇ sicut discipulis in flãma ignis apparuit: ita ⁊ his regibus ĩ specie stelle. Alij autem dixerũt fuisse angelũ. Sed vera doctoꝝ opinio ẽ: ꝙ fuit stella realiter de nouo creata. Unde glo. super illo verbo. Uidimus stellã ei⁹ dicit. Propriam. quia hanc deus creauit ad ostensionem. Dicunt tamẽ sãcti ꝙ hec stella ab alijs differebat ĩ multis. Prima differentia erat q̇a ſm glo. super Math. differebat ĩ origine. q̇a alie facte sũt ĩ mũdi pricipio. hec

vero de nouo creata est. Secunda diffe-
rentia erat: quia differebat i officio. qa alie
stelle facte sūt vt sint i signa ꝛ tpa: hec autē
vt magis viā preberet. Tertia differentia
erat qa differebat in duratione: qa alie stel-
le sūt ppetue. hec autē completo officio suo
redijt in preiacentem materiam. Quarta
differentia erat: quia ſm Fulgentiū differe
bat in situ qa non erat localiter sita i firma-
mēto: sꝫ pēdebat i meditullio aeris proxima
terre. Quinta differētia erat quia diffe-
rebat in fulgore: qa ceteris erat splendidior
ꝛ i meridie splēdidissima apparebat: nec splē
dorē eiꝰ splēdor solis poterat occultarī. Sex
ta differentia erat. quia differebat in motu:
quo precedebat magos motu viatoris. Nō
enī mouebatᷣ motu circulari: sꝫ qsi motu p-
gressiuo. Septīa dr̄a erat: qa differebat ſm
Criso. i occultatione ꝛ apparitione: qa aliqñ
apparebat: aliquādo occultabatur. Cū enī
itrauerūt hierosolymā occultauit seipsam:
deinde vbi herodem reliquerunt seipsam
mōstrauit. Unde concludit Criso. Uidetur
hec stella virtutis inuisibilis fuisse in talem
apparentiā formata. Sꝫ dubiū in mētē ve-
nit ppter ea que dicta sūt: quomodo isti xp̄ꝫ
deuꝫ natuꝫ i stelle apparitiōe itellexerunt
Et dicit Leo papa in sermōe de epiphania
Preter illam stelle speciem: que corporeuꝫ
incitauit obtutuꝫ: fulgētior veritatis radiꝰ
eorū corda pdocuit. Augꝰ vero in li. de que
stionibus noui ꝛ veteris testa. cōcordare vi
detur cum sentētia Criso. superius allega-
ta. Ait enī sic. Judeoꝝ natuꝫ regē itellexe-
rūt cū stella indice tēporalis rex soleat desi-
gnari. Hi enī magi chaldei non maliuolen
tia astroꝝ cursū: sꝫ reruꝫ curiositate specula
bātur. In sermone vero de epiphania ait.
Dicturus es. A quibus audierunt ꝙ talis
stella xp̄ꝫ natū significaret. Profecto ab an
gelis aliqua admonitione reuelatiōis. Que
ris fortasse an ab angelis bonis: an a malis
Christum quidē ꝛ angeli mali hoc est de-
mones filiuꝫ dei esse confessi sūt. Sꝫ cur ꝛ
a bonis non audierunt. quādo i xp̄o adoran
do salꝰ eoꝝ inquirebatᷣ: nō iniquitas damna
batᷣ? Potuerūt ergo illis āgeli dicere. Stella
quā vidistis xp̄i est. Ite adorate illū vbi na
tus sit. hec Augꝰ. Colligimꝰ tñ ex omnibus
mentem illorū regum siue apparente illis
angelo siue loquente: siue puerulo in me-
dio stelle fuisse illuminatam intrinsecus vir
tute spiritus sancti vt omnes simul intelli-
gerent natum esse filium dei.

Qꝫ grandis erat affectio magoruꝫ erga christum natum. Capitulum secundum

SEcundum mysterium contemplā-
dum dicitur affectio. Tanta etenī
affectione ad christum natum ma-
gi postq̄ꝫ eum cognouerunt: sunt moti: vt
non terrerentur viarum asperitate: quin ad
christum querendū omni sollicitudine se p-
cingerent. Nam ab oriente venerūt hiero-
solymā. Ubi tria occurruntt consideranda

Primum est velocitas.

Secundum est localitas.

Tertium est iniquitas.

Primū cōsiderādū dicitᷣ esse velocitas
Quia vt cōmuniter tenēt doctores cuꝫ tre
decim dieꝝ esset xp̄us: magi ad cū stella du
ce venerunt. Qđ si admirari nos cogat ꝙ
in tam paruo tpe p tāta terraꝝ spacia veni
re potuerūt. s. ab oriente in hierusaleꝫ. que
in medio mūdi dicitᷣ esse sita: potest dici ſm
Remigiuꝫ ꝙ puer ad quē ipsi properabāt
eos perducere potuit. Uel ſm Hieronymū
ꝙ sup dromedarios venerūt: qui sūt anima
lia velocissima: que tantum currunt in vna
die: quantum equus in tribus. Secunduꝫ
considerandum dicitᷣ localitas. Ubi docto-
res querunt: cur isti magi specialitᷣ venerūt
hierusalē potiꝰ q̄ꝫ ad aliam ciuitatem mun-
di. Et respondet Remigius dicens: ꝙ hie-
rusalem regia ciuitas erat. Et crediderunt
ꝙ talis non nisi in vrbe regia nasci debuis-
set. Siue venerunt vt locum natiuitatis cer
tius discere possent. Siue vt adimplere-
tur quod dictū ē. De syō exibit lex: ꝛ verbū
dñi đ hierusalē. qa ibi pmo ānūciatꝰ ē xp̄s
Siue vt studio magoꝝ dānaretᷣ pigritia iu
deoꝝ. Hec Remigiꝰ. Oꝫtaꝫo fuerit tūc iu
deoꝝ negligētia: p se pꝫ: q cum p scripturas
īuenerūt xp̄i aduētū eē ppiquū: viderūtqꝫ
reges a finibꝰ t̄re venisse ad illuꝫ adorādū:
